18

7
2-c
18

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
2 A
5

Bibliotheca
...ri Coll. Rom.
...ociet. Jesu

7-2.c.18

61 61
D D
12 12

61.D.12

Digitized by Google

Analecta sacra

Digitized by Google

Digitized by Google

ANALECTA SACRA NOVA ET MIRA,

DE

REBVS CATHOLICORVM IN HIBERNIA.

Pro ſide & Religione geſtis,

Diuiſa in tres partes.

Quarum,


I. Continet ſemeſtrem grauaminum relationem, ſecundâ hac editione nouis adauctam additamentis, & Notis illuſtratam.

II. Parænesin ad Martyres deſignatos.

III. Proceſſum martyrialem quorũdam fidei pugilum.

Collectore & Relatore T. N. philadelpho.

Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta ne pereant. IOAN. 6.



COLONIÆ,

Apud Stephanum Rolinum. 1617.

Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IMPERATORI, REGIBVS, ET PRINCIPIBVS Orthodoxis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EGREGIVM *eſt, & planè Regium* (inuictiſſime Imperator, ſereniſſimi Reges, illuſtriſſimi Principes) *indignè afflictis, dignanter opem afferre: cum autem priuatorum fortunæ, ſi proſtrata ſit, non careat laude reparatio; in multorum calamitate populorum, quando vnius alicuius Regni vniuerſa natio, ludibrio inſultantium expoſita & opprobrio habita conijcitur in grauem miſeriam, quò illa miſerior eſt, eò etiam miſerabilior videri debet; tantoque illuſtrior eſt mi-*

Digitized by Google

ſeratio, quanto illuſtrior eſt cauſa ob quam gens illa patitur; latiuſque patet infortunium integri Regni alicuius, quam iniuria ſingulorum quantumuis enormis.

Qui patiuntur Hiberni ſunt, Orthodoxi ſunt; non vnus aliquis popellus, aut vnius ciuitatis vel Prouinciæ inquilini; ſed vniuerſi ferè indigenæ totius tam vaſtæ, & propemodum vaſtatæ à Proteſtantibus Inſulæ & Regni Hiberniæ. Cauſa *propter quam patiuntur, communis illis eſt cum omnibus* Regnis, *populis,* & Gentibus *in quibus* viget Catholica Religio *:omnibus eadem eſt forma credendi, ſed illis ea efficitur piacularis, & fornax tribulationis, quæ alijs eſt honoris & eminentiæ officina; illis vertitur in pœnam & panicum, quod aliis in gaudium & exultationem conuertitur; vna eſt omnium profeſsio Religionis, ſed non vna afflictionũ perpeſsio.*

Vos vero, Chriſtianiſsimi, *Catholi-*

ciſsimiq; Heroes, cum in ſole orthodoxæ veritatis, eminentiſsimæ ſolium dignitatis habeatis collocatum, vt nec timeatis à timore nocturno, nec diurnos impetus vereamini, noſtris clementer intendite querimonijs; & qui veram Chriſti fidem, vel ad orbem noſtro orbi oppoſitum, ad noſtros vſque Antipodes, per aduerſa nobis veſtigia gradientes, extendere ſatagitis; ſi nobis porrò, vt ipſi poteſtis, & nos poſcimus, dignabimini intendere, inuenietis in hoc orbe, nec procul diſsitos, ſed in eodem Regno, ſub eodem Climate, in eadem Inſula, ſub vno eodẽq; meridiano, miros & nouos Antipodes. Qui lucis & noctis officia peruertunt, in eadem vrbe Antipodes eſſe arguitè Seneca notauit: qui dicunt lucem tenebras, & tenebras lucem; qui bonum dicunt malum, & malum bonum, qui non tantum rebus, ſed nominibus etiam rerum abutuntur, non immerito nobis Antipodes habebuntur. In noſtra Hibernia tales

Digitized by Google

inueniuntur, & nobis adeò in omnibus aduerſantur: greſſus eorum noſtris greſſibus obnituntur, pedes pedibus, brachia brachijs, capita capitibus, ſtudia ſtudiis, omniaq; ipſorum contrario nobis veſtigio obuertuntur; Regimen illorum Religioni noſtræ, vires virtutibus inſidiantur. Quid faceremus? reluctari nefas, rebellare impium, obteſtari irritum putamus: illud olim inconſultè; iſtud inconſideratè, ſed non inultè; hoc vero inaniter tentatum à noſtris eſt.

Quid vero! ſi quod nobis, tum per nos, tum per Sereniſsimi Walliæ Principis apud parentem ſuum Regem noſtrum, tam obnixe imploratam mediationem inconceſſum hactenus fuit, veſtro nunc interuentu ſperemus, & reſpiremus? Non eſt æquum aut dignum, vt tot tantiſq; interpellatoribus negetur, quod noſtræ puſillitati toties negatum fuit. Vos itaque pientiſsimi iuxta ac potentiſsimi Heroës; optamus, obteſtamur, & in-

Digitized by Google

terponimus pro nobis deprecatores, ad Sereniſsimum Regem noſtrum, Magnæ Britanniæ Monarcham, in cauſa ſacratiſsimo veſtro nomini & honori conſentanea; ne penitus opprimamur & deleamur de ſuperficie terræ, propter conſtantem innoxiamque communis fidei Religioniſque Catholicæ profeſsionem. Pro veſtra ſingulari pietate ac munificentia, extorribus noſtris ſtudioſis, refugium præbetis & refrigerium, in Catholicis veſtris ditionibus, per quos conſeruatur fidei ſemen in hoc Regno, cum magno fructu & fœnore ſalutis plurimorum, quos illi alumni veſtri, cum ſudore ſuo & ſanguine corroborant in vera Religione, & intra gremium Catholicæ Eccleſiæ illibatos conſeruant. Concutiuntur illi quidem, & quaſſantur ab aduerſa poteſtate, ſed in eis non caſſatur Religionis integritas; tametſi de illis vereamur, ne diuturna pulſatione, crebreſcentibus ictibus & preſſuris, tandem loco

propellantur, & cedant.

Grauamina quæ illis infliguntur, in Tractatu ſequenti exprimuntur; non omnia, ſed multa, quæ tamen ipſa meritò commoueant heroicas mentes ad mitigationem procurandam. A Rege noſtro nil petimus, niſi vt regiè tractet Regnum ſuum, & ſub regia clementiâ regales ſubditos patiatur ſeruire ſummo Regi cælorum, ſecura conſcientia: à qua cum per vim abſtrahere illos ſatagant Miniſtri Regij, nihil magis aſſequuntur, quam vt eorum conſtantia magis eniteſcat; cum iactura tamen bonorum & libertatis, quam inuicta mente perferunt.

Multa celebrantur huius Regni encomia: Quod [1] Inſula ſanctorum vocitata ſæpe ſit à ſede Apoſtolica: [2] Quod Chriſtianæ Religionis dignitate florens: [3] Quod omnem vicinarum gẽtium fidem excellens: [4] Quod ſanctis & mirabilibus viris plena: [5] Quod locus ſanctus; fœcunduſque ſanctorum; & quaſi inun-

1 Literæ Apoſtolicæ extant: vide Iocelinum in vita s. patricij, c. 175
2 Ionas in vita s. Colũb. & Surius 21 Nouemb.
3 Marian. lib. 2. pag. 372.
4 Bernard. in vita s. Malach.
5 Flodus in vita s. Helani.

Digitized by Google

datione facta, effundens ſanctorum examina: [6] *Quod omnibus vicinis gentibus fide præpollens:* [7] *Quod ſtellarum numerum propè æquans patrociniis ſanctorum:* [8] *Quod tota Inſula, ſicut omni terrarum gleba fœcundior, ita ſanctorum glorioſa ſimplicitate beatior:* [9] *Quod aliis honorificentiſsimis titulis, à pluribus & vetuſtis, & recentioribus ſit inſignita.*

Hoc vnum elogium pro re nata delegi, quod ſit Inſula fidei Catholicæ tenaciſſima: *& quam verè hoc dictum ſit ex ſequentibus eluceſcet. Quæ omni cum humilitate, legenda offero, & conſideranda benigniſsimæ dignationi veſtræ, quam ſummus Deus ſecundet longa & fœlici in terris ſoſpitate, & poſt hanc vitam, perenni in cœlis beatitudine.*

6 Molan. 8. Maij.

7 Surius, 1. Iulij.

8. S. Antoni. 2. p. Hiſtor. tit. 14 c. 4. vide Nauclerum, Iagninum, Polydorum, Sabellium, H. Can ſiū, Ioannē Valent. Bedā, Huntindonium, Malmeſberg. Cambrenſem, Houeden. Canden. & alios.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

NVNCIA veritatis Hiſtorica fides, tranſmittens ad poſteros præteritorum memoriam, tantò maiorem exigit attentionem, quantò digniora ſunt quæ commemorantur: Quò enim vſui noſtro, & inſtructioni inſequentis æui magis illa deſeruire poterunt, eò etiam magis infigi debent mentibus eorum qui modò ſuperſunt, & Commentarijs celebrari mortalium, ad immortalitatem quandam ijs quibus debetur conciliandam. Sicut enim nocumenta ſunt documenta, & (vt apud Græcos ſcitè dicitur) παθήματα ſunt μαθήματα; ita etiam monumenta ſunt munimenta; dumq; iſtorum monemur quæ vel Maiores noſtri fortiter patrârunt, vel noſtri etiã coæui patienter ſuſtinent pro virtute, pro Religione, pro honore Dei, cauſâ omnium iuſtiſſimâ; munimur ipſi, & poſteri quoque armantur ad parem patientiæ laudem, & fortitudinis lauream promerendam.

Itaque ne lateat non dum natos, ſed aliquando victuros, quæ nunc viuentes, & ex Dei munere vincentes perferunt, non male nata eſt cogitatio, nec inutiliter viſa collocanda hæc opella conſignandi poſteris memoriam tenacitatis, & conſtantiæ in Catholica fide Nationis Hibernorum; indigitando per certos tempo-

rum articulos, & digerendo certas obſeruatiun-culas, (dum alij ſpiſſa parant volumina) per quas elucescat, & quibus illi artibus rapiuntur ad interitum animæ, & niſi præripi ſibi patiantur Religionem diuinam, ſine qua piè non viuitur, ea neceſſe habent amittere, ſine quibus in hac interitura vita non viuitur.

Sed cum feralis iſtius ærumnarum annonæ, quâ vbertìm diffluimus, ſemeſtria duntaxat Analecta Sereniſſimo Vvalliæ Pprincipi, optimo parenti ſuo, Regi noſtro porrigenda, ſupplices iam antea obtulerimus; atque aliud nullum inde experiamur emolumentum, quam vt nouo ingraueſcentium calamitatum commeatu ſuffocemur potius quam vllatenus ſuſtentemur; eadem non modo fragmina, anniuerſarijs Notationibus auctiora iam illuſtrioraq; ; ſed & Parænesin quoq; ad martyres deſignatos; cũ proceſſu martyriali quorundam fidei pugilum (quæ ſecundæ tertiæq; Analectorum parti argumentum ſuppeditant) celebriori nunc apparatu, vniuerſis ſimul Orthodoxis principibus conſecrare, è re viſum eſt: quo nimirum tot tantique Chriſtianæ incolumitatis Tutelarij, interuentu ſuo, amicum Regem, ipſis in ciuili fœdere ſocium, miſerando commoueant ad commiſerationem; neque ſinant ſudorem & ſanguinem noſtrum in terram amplius effluere, vulnera incrudeſcere, afflictiones aggrauari; vt non penitus exhauriantur ſpiritus noſtri, & vitalia confodiantur; dum alij in fortunis, alij in conſcientijs vulnerantur; alij flent, alij fluctuant; omnes praxium ſtratagematumq; denſiſſimam

quæ impendet nubem, velut per rimulas obſeruant; atque formidant. Quibus omnibus teſtimonium perhibere poſſunt, non muti & mortui (quales olim conſiliarios in ſummo pretio, meritoque habuit Alfonſus Rex) ſed multo magis qui ſuperſtites ſunt viui & veraces, atque in arena etiamnum poſiti pugiles Catholicæ veritatis.

Muti Magiſtri libri. Aul. Gel. lib. 14. c. 2.

Digitized by Google

PRIMA PARS
ANALECTORVM.

Continens ſemeſtrem grauaminum relationem nouis additamentis & notis illuſtratam.

Digitized by Google

SERENISSIMO WALLIORVM PRINCIPI, CAROLO BRITANNICARVM INSVLARVM

Hæredi conſpicuo.

EXORIENTE verno ſydere huius anni, quem excurrimus, oriebatur in animo clientuli tui Analectæ horum fragmentorum, & increſcebat indies, pro re nata, deſiderium adoriendi dixerim, an adorandi Celſitudinem T. aliquali teſſerâ, ac teſtificatione clientelæ ſuæ, & venerationis quam debet orienti radio Principatus tui. Et cum emenſus hybernum rigorem iam nonnullas collegiſſet primulas veris, aperiebantur æſtiui flores, areolarum acanthi, & lilia conuallium

Digitized by Google

quæ faſciculi digeſtionem morabantur, ſi forte vario adflatu poſſent melius oblectare. Hiſque carpendis dum opera ſubſeciua impenditur, ſuccedit autumnus; quem ille veritus, ne arbor autumnalis bis mortua, ſine fructu honoris horrida, ſine fronde decoris marcida, penitus areſceret; vernos illos & æſtiuos floſculos maceratos hiemali, quæ præceſſerat, pruina, offerendos duxit ſi minus naribus tuis delibandos, ſaltem oculis cōſpiciendos. *Agricolæ quidem* (inquit D. Cyrillus ad Reginas) *ex agris redolentiſſimos flores ſuo tempore demetentes, & in corbiculis ponentes, afferunt ad Dominos, iique valdè hilariter de fructibus gaudent, & occaſionem nacti accedunt.* Ad quorum imitationem cliens iſte tuus ciſtellam ſuam infarſit floribus illis (vtinam acceſſum huc tuum alliciant) quos Hibernia tua protulit conſtantiæ, ſufferentiæ, & longanimitatis in negotio fidei erga Deum, & fidelitatis erga Regem ſuum, Parentem T. Celſitudinis. Non ideo diſpliceant illæ violæ, quia redolent aliquam violationis auram in ſubditis, aliquam violentiam in Gubernarchis conſpicabilem: non offendat liliorum afflatus,

Epiſt. Iudæ Apoſt.

Lib. de recta Fide.

quia

Digitized by Google

quia è conuallibus illa ſunt conuulſa per manum hortulanorum, qui incrementum magis quam exterminium cogitare debuerunt. Oderat ſanè Alexander olitorem qui radicitus herbas exſcinderet. Hîc vero non odium, ſed odorem bonum ingerimus; & pro malorum medela ingemiſcimus. Sertum miſeriarum & calamitatum, quas Hibernia tua patitur, vertici tuo admouendum porrigimus; vt per te, qui corona es capitis noſtri, pateant aures patris, pateant etiam tuæ querimonijs patriæ noſtræ: quem enim alium opportuniorem deprecatorem, quam filium ad patrem, pro patria noſtra, & paterna hæreditate ſua præſentemus? Ecce tota animi demiſſione aduoluit ſe genibus tuis Hibernia, ſuſpirat gemitu inenarrabili, vt alleues faſtidiū, & faſtuoſos oppreſſores eius, ſi qui adhuc inhiant, ab eius viſceribns amoliaris. Mucronem Domini exacuerunt in nos peccata priora; ſed illis iamdudum, vt ſperamus, abolitis, velitis, iubeatis non conſurgere duplicem tribulationem de tranſactis; quæ vt in alios magna fuiſſe fateamur, tamen aduerſus patrem tuum regem noſtrum nullam cognoſcimus

Digitized by Google

præuaricationem; vel ſi vlla ſit, illam maiorum noſtrorum maximè agnoſcēdam credimus, quâ nictantibus illis magis quam annuentibus, procuſæ ſunt quædam leges comitiales ſub Regina Patruele, quæ Regi ſucceſſori vexādi conſcientias rimam dederunt. Quam poſtea lato hiatu aperuerunt ad noxam innoxijs inferendam, qui inſecuti ſunt Iudices, & Gubernatores. Quæ quidem leges cum ſiluiſſent ſub cōditrice, iam incrudeſcunt in vulnus noſtrum: & fœces illæ, quæ exoletæ videbātur, iterum inoleſcunt, occinentibus aduerſarijs fidei noſtræ, & ingeminātibus præteritorum memoriam, ad inuidiam præſentium: Dum illi inſuſurrāt vanos timores auribus Regijs, qui ex ſpolio noſtrorum cupiunt diteſcere. Supplicat ipſa patria Benignitati tuæ, vt nutationi iſti quam agnoſcimus ignoſci facias, nec aſperneris hanc luctuoſam ſemeſtrium notationem, aſperam licet & incultam, admittere in conſpectum tuum, vt per te innoteſcat Regi noſtro quænam grauamina, quorſum, & à quibus patiantur Catholici in Hibernia; & quando nullum inde commodum reportat aliud quam

Digitized by Google

carnificinam mentium, & fidelium ſubditorum expilationem, vt expleant ſuas cupiditates pauci quidam pollinctores, & funerarij curatores noſtræ reip. iubeat tandem modum imponi inexplebili illorum libidini, & ſuos reſpirare Hibernos, iam primùm confugientes ſub alam & tutelam Altitudinis T. Non deſpicies illos, quia in extremo angulo populorum tuorum, in extremo ſunt lymbo titulorum tuorum; ſed magis cum D. Baſilio conſiderabis, *Digito pedis noſtri impingente, capillos capitis mox in ſublime ferri.* Ita te efferes ad querelas noſtras exaudiẽdas, & offerendas paternæ pietati, de qua nobis ſperare liceat, quod de Theodoſio D. Ambroſius veraciter, & citra omnem aſſentationem & oſtentationem, dixerat olim in hæc verba: *Beneficium ſe putabat accepiſſe auguſtæ memoriæ Theodoſius, cum rogaretur ignoſcere. Et tunc propior erat veniæ, cum fuiſſet commotio maior iracundiæ. Prærogatiua ignoſcendi erat indignatum fuiſſe; & optabatur in eo quod in alijs timebatur, vt iraſceretur. Hoc erat remedium reorum, quoniam cum haberet ſupra omnes poteſtatem, quaſi parens expoſtulare malebat, quam quaſi iudex punire: ſæpè trementes vidi-*

lib. de vera Virginit.

De obitu Theodoſij.

Digitized by Google

mus quos obiurgabat, & conuictos ſceleris cum deſperaſſent ſolutos crimine. Vincere enim volebat non plectere, æquitatis index, non pœnæ arbiter, qui nunquam veniam confitenti negaret. Aut ſi quid eſſet quod occulta conſcientia inclueret, Deo ſeruabat. Hanc vocem eius homines magis quam pœnam timebant, quod tanta Imperatorem ageret verecundia, vt mallet ſibi homines religione quam timore aſtringere. Hoc inſitum eſt nationi noſtræ, vt religio percellat, quos timor nõ potuit perfringere; idque euidẽter ex decurſu huius relationis elucefcet, nullos carceres, nulla legum repagula, nullam ſuppliciorum acerbitatem perdomare potuiſſe efferatiora quorundam ingenia, quæ ad omnem humanitatem pertraxit diſciplina orthodoxa, & religionis cultura noſtræ. Pro qua etiam, omnẽ calamitatem & contumeliam, ne eam deſeruiſſe inueniantur, ſuſtinendam ſibi arbitrantur.

Cicurata igitur cum ſint, & ſecura ſatis ad Patris ſubiectionem (ac tuam eidem innexam) illa pectora, quæ ferocula prius, & aduerſus legitimum imperium rigidiuſcula videbantur, vt non diffitemur aliorum operam valuiſſe ad iſtum rigorem edurandum, tamen fatendum

Digitized by Google

eſt magna ex parte emollitum quoq; per Romanæ educationis & religionis ferulam, quam inuexit Catholicum magiſterium; tametſi iſtud publico præſidio deſtitutum, ſolis clanculariјs ſit fretum adminiculis: Huius verò in hac gente auctoritatem, fruſtra laborat aduerſa poteſtas labefacere.

Et quia iam experimentum conſtantiæ factum eſt; per te, Sereniſſime Princeps, illuceſcat nobis Serenitatis auſpicium: Fiat nobis prerogatiua ignoſcendi, indignatum nobis fuiſſe parentem. Nunc propior ſit veniæ, cum commotio maior iracundiæ præceſſerit. Experti ſumus in omni ordine, ætate, gradu huius commotionis terrorem. *Commota ſunt ſuperliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo*: à fremitu leonis concuſſi ſunt anguli populorum, & reliqua plebs vel fimo obſita, vel fumo obſeſſa in ſqualore & ægeſtate contabeſcit. Verumtamen non deficit in ſpe, quin hæc indignatio Regis conuertenda ſit in beneficam dignationem & indulgentiam: Vt cum tempeſtas in ſummo fuerit, tunc pro foribus appropinquet nobis tranquillitas & malacia. Tua Altitudo nobis

Eſai. 6. verſ. 4.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Alcedo ſit in hac procella ſedāda; vt conceſſa malorum mitigatione, per interuētum fauſtiſſimæ tuæ nidulationis malit inclytus Iacobus, inſtar Theodoſij, ſibi *homines religione, quam timore aſtringere.* Quam aſtrictionem vouemus & ſpondemus firmiſſimam in noſtra Catholica profeſſione, vt eam impunem nobis & indemnē indulgeat Sapientiſſimus Princeps, non immemor pientiſſimæ matris ſuæ, quæ in hac fide quā tenemus, prout ipſa ſemper vixit, moritura commendauit vnico filio, (quem iure materno regnantem proni veneramur) vt depoſitum hoc Romanę religionis, & obedientiæ eiuſdem conteſſerationem arctiſſimo amplexu confoueret, certus extra illius Eccleſiæ gremium, nulli ſalutem cōtingere. Quô vt ille tandem inclinet, vota preceſq; iugiter offeret Deo, tribulata Catholicorum in Hibernia cohors, cuius anguſtias & afflictiones, in iſto perſecutionis breuiculo inſinuatas magis quam deſcriptas C. T. conſiderandas exhibet; pro obſequij ſui particula,

Seruituti Sublimitatis T.

Deditiſſimus ex animo,
ANALECTES.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

FRAGMINA quædam miſeriarum, & afflictationum, quibus atteritur Catholica Hibernorum natio, in morem cuiuſdam indiculi, congeſta ſunt in iſtum quem nunc damus tractatum. Qui dum edendus eſſet, pendulus erat Analectes, ſub cuius tutela poſſet tutò lucem aſpicere partus lucifugæ, quem in tenebras, cum parente, compulerat innoxia profeſſio fidei Catholicæ. Sed tandem conſilio obſtetricis ille admonitus, poſt varias curas & cogitationes, quas pectore verſauit, de nuncupatione facienda, vel ſolis domeſticis fidei in patrio ſolo degentibus; vel certè profectis peregrè, ad ingenij cultum alumnis Collegiorum, quos & informare voluit de ſtatu rerum, & animare ad palæſtram, quando iam inſtructi & muniti armatura fidei, alios inſtruendos & muniendos aggreſſuri eſſent: in illam demum ſententiam conceſſit, vt dedicatio fieret ſub auſpicio noſtri principis; qui tametſi diſparis educationis, ab ea quam præferimus, tamen non habendus erat vt hoſpes, aut extra-

Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos.

neus, à notitia capienda de indole & innato ſtudio populorum, quibus ipſe aliquando, iure hæreditario, dominaturus eſſet: Quorum vſui & neceßitudini, etiam à teneris aſſuefaciendus erat; quo poſtea, factus adultior, ſciret quibus mederi, quibus & miſereri deberet. Cuius miſerationis initium prærogandum optamus in iſtà ætatis ſuæ teneritudine, per deprecationem ad Parentem; vt, quemadmodum M. Coriolani tenera proles, comitãte matre & auia, muto aſpectu, iratum Patrem ab vrbis & patriæ ſuæ vaſtatione, ad lenitatem & indulgentiam tranſtulit: ita ille ſupplicibus Hibernorum querelis exhibitis patri Regi, alieniorem ab eis mentem ipſius, ad manſuetudinem & placabilitatem traduceret.

Liuius Dionyſ. Plutarch. vide Valer. Max. lib. 5. cap.

Itaque firmiter ſtetit illa ſententia inſcribendi iſtam ſemeſtrem relationem de rebus Catholicorum in Hibernia, indubitato hæredi eiuſdem Regni, tum ob alias cauſas, tum vel maximè, vt ex eo appareret ſcribentis animus erga Regem obſequentißimus, qui nulla tinctus amaritudine, nullo ſeditionis ſtudio motus, nulla malignitate tactus; ſed ſolo zelo honoris Dei, fidei, patriæ, iſta conſcripſit: Et quia proles regia præludÿs regendi paulatim inſtituitur, vt cum ætatis incremento creſcat peritia gubernandi hæreditatem, quam propitio numine aliquan-

Cur hæc Analecta inſcripta ſint vvall. Principi.

Digitized by Google

*do aditurus eſt, æquum erat hinc moneri, & humilter rogari ne vellet vllo modo audere (ſed nec libenter quidem audire) non audenda, aduerſus magnam Chriſti hæreditatem,*magnam, (*inquam*) *illam*, nec finẽ habiturã: verùm longius progreſſuram altiuſque aſſurrecturam: quam, vt Deus creauit, & vt homo hæreditate conſecutus eſt, quam lex figurauit & gratia expleuit, quam prophetæ coagmentarunt, & Apoſtoli quaſi vinculis conſtrinxerunt, & Euangeliſtæ numeris omnibus abſoluerunt (*ex Gregorio Narianzeno loquor*) Ne bellum aduerſus pacem ſuſcipere, aduerſus crucem trophæum, aduerſus mortem oppreſſionem, aduerſus reſurrectionem inſurrectionem & rebellionem, aduerſus veritatem calumniam velit admittere. Orat. 1. in Iulian.

Semeſtrem dici hanc narrationem auctor voluit, quia ſemeſtri plus minus interuallo confecta, de continuatione ſemeſtrium dolorum & afflictionum quas in parturienda fidei profeſſione deuorant noſtri orthodoxi, potiſſimè tractat. Cur hęc narratio ſemeſtris dicta.

Quæ ſi accuratius recognoſcenda foret, trimeſtris potius nominanda eſſet, quia tertiò quoque menſe, vel etiam intra illum terminum, recrudeſcunt tormina illa vexationum, quibus affliguntur Catholici, in tribunalibus hominum & Trimeſtris potius nominanda.

& iudicijs non admodum humanis & æquis (ſi dici fas eſt) quibus in crimen vocantur, & in diſcrimen magnum, & ipſi, & liberi, & fortunæ, & libertates eorum.

Legum aculei vltra legiſlatoris intentionem protracti.

Succreſcit materia dilatandi augeſcente indies ſolertiâ vexantium illos. Dum enim acuta ingenia non deſinunt excogitare nouos exagitandi modos, vt lege agere videantur, legis aculeos latius diſtrahunt, quam legiſlatoris progreſſa ſit intentio. Id quod vno vel altero documento clarum fiet. Sunt duo Statuta, quibus plurimum offenduntur Catholici in libertate, & fortunis. Vnum de Iuramento Primatus Regij in Eccleſiaſticis, alterum de adeundis Eccleſijs Proteſtãtium. Qui ante hac in magiſtratu poſiti negabant Primatum, quando proponeretur iurandus, deponebantur ab officio, nec aliâ plectendi erant pœnâ, ex tenore ſtatuti. Sed non contenti Ordines, & illi qui præſunt, hac depoſitione, ſi oblatum iuramentum refugerit officiarius quiſpiam, auocatur ad curiam Proregis, & ob contemptum detruditur in cuſtodiam, nec prius emancipatur, quam mulctam pecuniariam perſoluerit. Hæc interpretatio, nouo iſto grauamine adaucta, aliquandiu obtinuit ſub prorege Ciceſtrio, nec vltra in iſto genere progreſſus eſt. Iam verò noui Gubernarchæ, vt aliquo acerbitatis additamento etiam ipſi ſignarẽt ſuum

Gubernium, adinuenerunt nouum artificium, & ſiue offeratur iuramentum, ſiue ſecus, dummodo officium vllo modo adminiſtretur, eo ipſo quod iuramentum non ſit præſtitum ante adminiſtrationem, citantur Prætores Vrbani, & alÿ Officiarÿ ad Cameram caſtrenſem, ibi multis contumelÿs & opprobrÿs excepti, ſi detrectent iurare, in carcerem ablegantur, non ipſi ſolum, ſed alÿ etiam, qui illis eligendis ſuffragium derũt; atq; ita tam electi quam electores, (quod antea inauditum eſt) hoc tempore patiuntur diſpendium libertatis & pecuniæ. Hoc verò fit, vt nullus omninò Catholicus potiatur qualicunque magiſtratu, in quacumque ciuitate, municipio, diſtrictu, ſiue vrbana, ſiue rureſtri adminiſtratione. Et quid mirum, quando in nouis colonÿs (vt iam nuper in Dirrhenſi oppido) nemo admittendus ſit, vel ad incolatum, vel ad commercium, qui non obſtrinxerit ſe iſto iuramento. Quo etiam nomine, honeſtus Mercator Catholicus, dum iſtius cautionis ignarus illic negotiaretur, paſſus eſt nuper direptionem totius mercimonÿ, de quo contrectabat; nec mercem ipſam, nec pretium eius in hunc diem recuperare potuit ex vnguibus fiſci. Hoc vero tolerabile eſt homines ab hominibus (licet ſubditos à ſubditis) ita tractari; Sed quanta feritas, ſi in homines demittantur feræ; quod fide digno tamen

Catholici ab adminiſtratione Reip. excluduntur.

Ham'in.

Inſignis iniquita

Immani feritas.

in comitatu. Medenſi, anno 1616.

teſtimonio fertur à quodam vicecomite factitatum; qui miſellos colonos Catholicos damnatos in mulcta pecuniaria, quod non frequentarent templa Proteſtantium, dum relictis laribus & focis, illius fugerent rabiem exactoris, & in latebras ſe abderent ab ira perſequentis, immiſsis in eos Moloſsis ferociter inſequebatur ipſe, cum agmine prædabundo exauctoratorum militum. Nec adhuc ſubſiſtit tota illa immanitas, quæ ſi vltra viuos, non ſe porrigeret ad defunctos, excuſari vtcunque poſſet; Sed nec mortui ſunt immunes. Nam quod ſacrilegij ſummum eſt ſupplicium, hoc ad pietatis noxam trahitur; nempe Catholici qui Proteſtantium vano afflati ſydere cenſurarum, noluerint ſe deuouere funeſtæ eorum expiationi, vel in triuio ſepeliendi ſunt adacto per pectus ſtipite, vel ſi illis inſcijs auitæ ſepulturæ ſint traditi, exhumandi ſunt tanquam Chriſtiani gregis anathema: & hoc inter extremas ſit miſerias, quia ſuprema ignominia eſt quæ nobis poſſit irrogari: Quam cum iam experti ſint nonnulli, in multò plures pœna recidiſſet, niſi Regia in comitijs benignitas anomalis votis prætenſorum Antiſtitum interceſsiſſet.

Catholici in triuio ſepeliuntur adacto per pectus ſtipite.

Dobbin. Houth.

Et quod in iſta cauſa clementer indulſit S. Maieſtas, ſi ad alias perpeſsiones Catholicorum leniendas ſuam commiſerationem dignaretur

Digitized by Google

xtendere, amouendo mulctatitias illas muſcas & ſanguiſugas, à quibus exſorbetur totus ſuccus, & ſanguis noſtræ Reip. cerneret proculdubio acatam & florentem Inſulam, quæ iam ſumma egeſtate contabeſcit: Cerneret viris & virutibus emicantem, opibus & operibus effulentem, fructibus induſtriæ & concordiæ aundantem, quæ antea iurgijs, ſimultatibus, ellis, & (quæ bellorum recrementa ſunt) indiâ, ſolitudine, vaſtitate, inertiâ, inſcitiâ, ſquaore, orbitate ſordeſcebat.

Et quidni ſordeat adhùc in pluribus Hiberia, quidni fœteat odor eius, & color ſqualeat, n conſpectu politulorum & politicorum in ea lominantium; quando totus cœtus Catholicoum inibi degentium, id eſt, tota propemodum ndigenarum collectio, expungitur ab honorum, & munerum publicorum communicatione; leinde etiam lenta nummorum & facultatum abe, quaſi incruento vulnere contrucidatur; vt am nec vultum lucentem, nec decora corporis ineamenta cernas, ſed luridam in facie Regni naciem, pallorem ciuium, anhelitum populoum, frigidum ſudorem plebis, pupillas caliganes Procerum, nares ſubſidentes equeſtris ordiis, ſtupeſcentem linguam cauſidicorum, maus rigeſcentes mercatorum, nigriſcentes vnues opificum atque Agricolarum, pulſum for-

Moribū- dę Hibernię agones.

micantem cleri Catholici, & omnia vicinæ mortis indicia poſsis aduertere.

Sueton in Caio c. 31

Quod de Caio Caligula referunt illius æui ſcriptores, illum non temere in quemquam niſi crebris & minutis ictibus *animaduerti paſſum, perpetuo notoque præcepto ita fieri, vt ſe mori ſentiant; habet quandam effigiem & ſimulachrum iſtius obuelatæ carnificinæ, & occultæ fortunarum ſtragis, quam in hac mulctatione bonorum aſsidua, quaſi tectiſsimâ venarum ſectione, perferunt noſtri Orthodoxi. Inuehitur in Iulianum Theologus, quod Chriſtianos inſigni quodam honore ſpoliaturus, ante alia gloriam eorum honoriſque celebritatem inſectaretur.* Nec verò ſtrenuè (*inquit ille*) ac generoſo animo, vt alijs perſecutoribus moris erat, impietatem profitetur; nec ſi non imperatoriè, tyrannicè ſaltem de nobis conſilium inijt, vt inſigne atque honorificum ipſius ſcelus ſit, orbis populo vim intuliſſe, doctrinamque omnibus doctrinis ſuperiorem tyrannide oppreſſiſſe: verum turpiter admodum, & ignauè pietatem vexat, animique fraudes & verſutias perſecutione quam aduerſus nos excitabat, inducit. *Ita proximè elapſis menſibus (& iam vno vel altero anno antegreſſo) hanc gentem laceſſunt, ſurdo iſto*

Caligula reuiuiſcit

Orat. 1. paulo ante mediũ.

Iulianus Apoſta. iterũ orthodoxos adoritur.

verbere, & recondità fatigatione Gubernatores. Quibus accommodes, quæ in eodem loco ſubiungit Theologus. Cum potentia in perſuaſionem & coactionem diuiſa ſit, ita ſe illi compararunt, vt quod inhumanius erat, vim & tyrannidem popularibus adminiſtris, Vicecomitibus, & mandatarÿs executoribus atque exploratoribus permitterent (vt quorum vœſana audacia intolerabilior ſit propter temerarios animi motus, atque præcipites ad omnia impetus) idque nequaquam ex publico edicto, verum ex eo quod impetum, audaciamque minime reprimerent, velut propoſitâ quadam lege non ſcriptâ id ſe velle promulgantes; quandoque etiam occulto præcepto inſtigantes: Quod autem lenius, atque humanius erat, magiſque Gubernatores decebat, id ſibi videlicet aſſumunt; nempe ſuadendi atque illiciendi partes, idque in publicis conſeſsibus, in priuatis receſsibus, in Camera caſtrenſi, in foris & tribunalibus, intus & foris moliuntur: Nec tamen id quidem vſquequaque retinent; nam pœnis pecuniarÿs velut creberrimis punctis excarnificant noſtros, & emungunt totam eorum ſubſtantiam. Diceres hanc mulctandi aſſuetudinem eſſe veluti ſupplicium ſtimuleum *quo furaces ſerui in Comedÿs fodicantur, vt nec ſtatim perimantur, nec tamen interitum effugiant. Qui zelo*

Tyrannis delegata immanioribus.

Humanitas ementita vt ſecurius efferaſcat.

Plautus in Milite Glorioſo in Aſinaria in Meneſch.

maiori pollent maximè commouentur publicis infortunijs; alij vero ſuis damnis & incommodis tanguntur, verumque eſſe Annibalis effatum ad Carthaginenſes aſſentiuntur: Tan-

Liui. Dec 3. l. 10.

„ *tum, nimirum, ex publicis malis, homines*
„ *ſentire, quantum ad priuatas res pertinent;*
„ *nec in eis quidquam acrius quàm pecuniæ*
„ *damnum ſtimulare. Hic eſt ille aculeatus dolor, qui pungit intima viſcera, & exſiccat neruos, elidit artus, & vulnerat paulatim arterias, totumque ſtatum reipub. macerando emaciat; & ex venuſto corpore, purulentum & deforme cadauer efficit. Nec poteſt negari quin huc proclinent iſtæ tam ſubtiles, & exquiſitæ Catholicorum oppreſſiones, iſtæ inſenſiles euiſcerationes, & tam crebræ tamque odioſæ confiſcationes, quæ multis & minutiſſimis ictibus perfodiunt ipſa præcordia, & vitalem ſuccum per occultas emittunt elices; vt tandem deuentura ſit Catholicorum Reſpub. tanquam ſtipes aridus, ſine fructu, flore, fronde, vel cortice. Cuius qui vellet imaginem cernere, fingat ſibi ſeruulum illũ infælicem apud Apuleum, quem iratus Dominus nudum ac totum melle*
„ *perlitum alligauit arbori ficulneæ, cuius in ipſo*
„ *carioſo ſtipite inhabitantium formicarum nidifi-*
„ *cia bulliebant, & vltro citroque commeabant*
„ *multiuaga ſcaturigine; quæ ſimul dulcem ac mel-*

Obuelata catholicorum carnificina.

De Aſino aureo l. 8.

litum

litum corporis nidorem perſentiſcunt, paruis quidem, ſed numeroſis & continuis morſiunculis penitus inhærentes, per longi temporis cruciatum, ita carnibus, atque ipſis viſceribus adeſis, homine conſumpto membra nudarunt, vt oſſa tantum viduata pultis, nitore nimio candentia funeſtæ cohærerent arbori. Ita credibile eſt euenturum cætui Catholico in Hibernia, per multitudinem exſorbentium hirudinum, & teredinum in illo corpore vermiculantium, & exedentium lignum in quo naſcuntur, vel cui adhæreſcunt. Quibus autem ſuctibus, & morſibus id fiat, ex ſubiecta Narratione apparebit; ad quam remitto beneuolum Lectorem; quem obteſtor, vt animum huc adferat ſolutum & liberum ab omni anticipatæ ſententiæ præiudicio, vt Dei magnalia miretur, & admiretur magnam eius bonitatem erga hanc gentem, obnoxiam hactenus ingentibus contumelijs, & iniurijs; quas ſi minuat in quibuſdam, in alijs abſtergat pateſacta veritas, non erit vanus labor, nec irritus conatus Analectæ.

SECTIO PRIMA,
IN QVA
MIRA ET VERA
RELATIO STATVS
CATHOLICORVM IN
Hibernia continetur.

ARTICVLVS I.

Vnde tam multa admiranda in Hibernia tam paucos habeant admiratores? cauſa eſt paucitas, & parcitas eorum, qui illa conſcriberent: Quam taciturnitatem patria deplorat.

IN natione Hibernorum, ſub Anglicana dominatione, Corona, & ſceptro degentium, multa obſeruatu digna incurrunt in oculos ipſos, & aſpectũ noſtrum;

Digitized by Google

quin & in aures longinquarum gentium
irruunt forte per tranſennam, vt niſi illas
n vultu noſtro feneſtras à natura poſi-
as, ipſâ inuitâ, velimus claudere, neceſ-
e ſit in ea intendere, & aduertere quæ in
proſpectu noſtro, adeo etiam in conſpe-
tu ſolis huius, indies in ea aduerſus fi-
lem diuinam, vt ſcimus, & humanam,
t conquerimur, geruntur, & fiunt. Et
nirum eſt inter multa illius Inſulæ mira-
ilia, tam paucos, aut nullos, in ipſa, vel
x ipſa repertos hactenus (ex quo habe-
ia Dóminij illius à veteri & debito reli-
gionis curſu inflexa eſt) qui memoriam
ertam, & ex fide ac veritate compertam
onſeruarent, poſteriſque recolendam
traderent: cum autem pauci fuerint ho-
um admirandorum ſcriptores, mirum
on eſt paucos etiam extitiſſe eorũdem
dmiratores.

Sed hoc cum alijs eius deplorandis infortunijs, vel calamitati temporum tribuatur, & minus æquo regimini, ac nimiæ ſolertiæ gentis aduentitiæ (quæ cetera monumenta ſupprimendo, vel xportando interuerterat; ne verò in lucem noua prodeant, imperio abſter-et, & timore percellit animos ſcriptu- *Cur tam pauci rerũ hibernicarũ ſcriptores.*

rientium) vel oſcitantiæ adſcribatur, & puſillanimitati incolarũ; vel occupationibus eorum grauioribus, quæ acriùs ſtimulabant; vel denique (ne nimium grauemus afflictam gentem) iudicijs deputetur ſummi Dei, qui nunc ſtellas claudit ſub ſignaculo; nunc mandat nubibus ne pluant imbrem ſuper terram; nunc iterum facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Auſtri; nunc denique facit magna & incomprehenſibilia, & mirabilia, quorũ non eſt numerus.

Eſa. 5. v. 6. Iob. 9. v. 7. 9. 10.

Supplicat ipſa nunc patria, ne ſurdis deinceps auribus, aut digitis areſcentibus ea prætereantur Dei magnalia, quæ ſera poſteritas madentibus legat oculis; ne vt nunc de inferentibus grauamina, ita olim de nobis ſilentibus, & ea non referentibus, iuſtam inſtituat querimoniã; & ſe deſtitui doleat, lugeatque quod nec medicum, nec lamentatorem ſortiatur. Improperabitur nobis ingratitudo ſi conticuerimus, & merito ſuſtinebimus inuidiam alienæ laudis, niſi majorum gloriæ minores conſulamus: Neque enim ſepultæ inertiæ, celata virtus multum diſtare multis videbitur, tametſi ſeueriùs iudicando, cum Sulpitio Seue-

Hibernia hactenus ſine medico, ſine lamentatore

ɔ cenſeam ipſe, Hominis officium eſſe erennem potius vitã, quam perennem ıemoriam quærere; non ſcribendo aut ugnando, vel philoſophando, ſed piè, ınctè, religioſeque viuendo. Veruntaıen ipſa ſeueritas, & ſeria ſanctitas, ſiut veritati intuendæ colendæque vacae ſemper concupiſcit; ita veritatis fidã nterpretem & nunciam nõ ſpernit, nec eſpuit tuendæ eiuſdem veritatis adminiculum.

Sulpitius S. in Prologo lib. de B. Mart.

ARTICVLVS II.

Difficultas aggrediendi ſcriptionem propter diuerſa & aduerſa hominum iudicia; quæ omnia debet amor Patriæ & ſtudium veritatis peruincere.

ARDVA quidem res eſt (vel Plinio teſte) vetuſtis nouitatem dare, ıouis auctoritatem, obſoletis nitorem, ʼaſtiditis gratiam, obſcuris lucem, dubiis fidem, omnibus vero naturam, & ıaturæ ſuæ omnia. Ardua res, illuſtribus ɔrnatum, claris nitorem, arduis & præclaris amorem, & audendi ardorem conciliare: Arduum & rarum in ſcriptore,

Præfat. ad Veſpaſian. Hiſtoria conſcribẽda difficultas.

decorum in omnibus à ſe conſcribendis obſeruare: Arduum, an potius inſperatum prorſus & impoſſibile, omnium palato ſatisfacere. Quod ſi omnes omnium iudicia reformident, eueniet illud quod argutè quiſpiam dixerat, vt plurimi plurima ſcientes, ſe neſciendo ſeneſcant.

Cæterum inter tot cenſurarum pericula, ſuſpirantis patriæ vota non potui vnus inter omnes non audire, nec debui præ omnibus eam aſpernari quiritantẽ; vt quam non poſſum rebus nouis auctoritatem tribuere, mea ſaltem commemoratione fidem, & veri teſtificationem tribuerem.

ARTICVLVS III.

Primum admirandum de Conſtantia Hibernorum in vera & auita religione; & admirationis cauſa multiplex expenditur.

INTER cætera multa & mira Dei magnalia verſus meã nationẽ, admiror vel vnum illud de quo omnibus cõſtat, qui vel puſillum norunt de eius inſtituto, quam perpetuò conſtans illa,

Digitized by Google

quam ſibi ſemper ſimilis in Catholica Religione fuerit; qua ſemel imbutus cũ plebe populus, dimoueri nunquam potuit de recta fidei ſententia, & viſcerali obedientiâ ſedis Apoſtolicæ; qualitercunque in alijs vitæ officijs vel claudicãdo ceſpitaret ſponte ſua, vel alieno præcipitaretur impulſu.

Hibernorũ in Catholica religione conſtantia.

Nihil hic commemoro de vrbana mollitie, de cultu & ſplendore ædificiorum, de magnificis Mauſoleis, de fabricis ingentibus, theatris, amphitheatris, Capitolijs, fontibus, palatijs, de opiparis lautitijs, gulæ irritamẽtis, de diuitijs, & delitijs vitiorum illecebris, de enerui condimentorum apparatu, veſtimentorum luxu, hortorum penſilium, aquæductuum, arcium, & arcuum triumphalium faſtuoſa ſtructura: In iſtis & alijs huiuſce generis, concedat alijs Regnis & Dominijs (quanquam nec his penitus deſtituta ſit Hibernia) in hoc vno fere nulli ſecunda eſt, & pleriſque etiam antecellit, quod in Orthodoxa fide, & vnione Catholica medullitus retinenda & vniuersè prô omni ſexu, ætate, ordine, gradu, conditione hominum amplectenda, & corde, animoque colenda

Religio Hibernis inſtar omnium.

(quod omnes mecum admirari meritò, & Dei miſericordiam exaltare poſſint) omnia ſibi poſtponenda exiſtimet.

Cauſas huius noſtræ admirationis nec paucas, nec leues, aut vulgares obſeruo, niſi fortè vulgares illas iure optimo dixerimus, quia pertingunt omnes, etiam infimam vulgi fęcem, & ſi quid eſt in vili plebe, iudicio hominum abiectũ & contemptibile; ipſam ſellulariorum turbam addo, & circumforanea mendicabula; omnes quippe ſuo quaſi inſtinctu duci, & à bono genio trahi ad hanc ſolam credendi normam; vt ſi qui ex indigenis in aduerſum rapiãtur, illi & pauciſſimi ſint, & plerumque non alij quam politici ſimulatores, aut diſſimulatores Atheiſtæ, qui etiam ipſi ſub vitæ veſperam, quando alterius ſæculi cogitatio remordet, & ſpes cæca huius mundi, cum viribus corporis in effæta ſenectute fatiſcit, ſuam ſalutem non audent concredere aliis quam Romanę fidei depoſitariis.

Vtcumque viuant, catholicè mori Hiberni omnes ſatagunt.

Prima cauſa admirationis ex natura doctrinæ.

Nouatorũ mollis & diſſoluta diſciplina.

PRIMA igitur obſtupeſcendi, & conſtantiam eorum admirãdi cau-

ſa eſt, ipſa effrænata libertas, & ſumma diſciplinæ laxitas, morumque diſſolutio, quam vel permittendo, vel etiam præcipiendo nutrit Nouatorum officina: carnis indulgentia, ſenſuum oblectatio, appetituum fluxus & irritatio, & cum his omnibus falsò promiſſa conſcientiæ ſecuritas, & certitudo ſalutis, dummodo ipſorum dogmati de ſola fide iuſtificante mordicus adhæreſcas; nulla ieiunia, vigiliæ nullæ, nulla cilicia, nulla corporis caſtigatio, nullus ciborum delectus, nullus cælibatus, nulla bonorum operum neceſſitas, omnia fomenta libidinis; ac ſi homines nati eſſent abdomini fouendo, & curandæ cuti; non verò domandæ, macerandæque carni, quæ vbi multa inſoleſcit licentiâ, ſeſſorem excutit, ductumque rationis eludit. Quidni enim iſta dicantur ab ijs qui omnia nituntur peſſum dare, & diuinum & humanum timorem, ex corde omnis creaturæ humanæ penitus auerruncare & extergere; qui leges hominum nullius conſcientiam poſſe obligare, leges autem Dei à nullo poſſe obſeruari pertinaciter contendunt.

Vide articulos Relig. definitos in conuoc. Dublin. an. 1615. artic. 43. & 76. vide etiã Luther. to 2. vit. f. 216.

Alias nationes conſpicimus huic no-

ſtræ Inſulæ circumiectas, quæ hac ſola libertatis illecebrâ deceptæ, ſeſe in reprobum ſenſum ſuopte nutu, nullo extrinſecus gubernantiúm inſtinctu tradiderunt; quinimo nec legum repagulis coërceri, nec minis, mulctis, aut ſupplicijs abſterreri voluerunt, quo minus in iſtud præcipitium ruerent; ſolummodo delinitæ voluptatis eſcâ, quam affatim ſuppeditat nouarum caterua ſectarum.

Christ. Hofman. comment. de pænit. & Melancht. præfat. li. 1. fol. 55. vide etiã Luth. lib. de capt. Babyl. c. de baptiſ. Melanch. in Conf. Au. ar. 4. 28. & In Apol. eiuſdem Cal. lib. 4. Inſtit. cap. 10. 11. 12.

Sed iſta irritabula tentationum, Deo melius prouidente, retundunt noſtri Catholici, intuẽtes in ſpem alteri⁹ vitæ & repromiſſionis ſupernæ, quam Deus repoſuit his, qui reluctante licet carne & ſanguine, ſatagunt appetitum rationi, rationem verò diuinæ gratiæ obſequentem reddere: Qui conſiderant latam eſſe viam quæ ducit ad perditionem, & multos ſe conjicere in eam: arctam verò ſemitam ſalutis, ac paucos illam inuenire, pauciores capeſſere, pauciſſimos in ea perſeueranter inſiſtere.

Irritabula Nouatorum ab Hibernis retunduntur.

Virgil. lib. 2. Æneid.

--- facilis deſcenſus Auerni:
Sed reuocare gradũ, ſuperaſq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt.

Illa dogmata probè ab ipſis aduertũ-tur ex illo eſſe genere, & in illos exitus ducere, quos circa finem ſæculi deuenturos prędixerat Apoſtolus, & illaqueaturos miſeras animas hominũ auribus prurientiũ, qui cauteriatâ cõſcientia fætentes, ac repellentes vitæ integritatem & innocentiã, circa fidẽ naufragauerũt. De quibus ipſe alibi ſic monuit; *in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, quãdo erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei:* Quæ omnia quam appoſitè conueniunt noſtrorum temporum ſectarijs illi noſtri Catholici ſatis conſiderant.

1. Tim. 7.
2. Tim. 3.

Nouatorũ *genuina deſcriptio.*

Secunda cauſa admirationis ex conditione docentium eam & vrgentium.

SATAGIT verò aduerſa poteſtas hanc in illis conſiderationem extinguere; & quod de Maſculis Hebræorum

Exod. 1. vſ. 16.

Digitized by Google

in Ægypto edixerat obſtetricibus Pharao, ſtatim vt in lucem editi eſſent, lucem & vitam illis exhaurirent: ita Dæmon omni via, vi, & dolo, machinatur hanc maſculam virtutem Hibernorum ſubneruare & elidere: Quid igitur non tentauit aduerſarius vt hanc conſtantiã labefaceret?

Maſculã Hibernorum virtutem ſubneruandi molimina

Edicta promulgauit, & ſpiſsè ingeminauit contra Orthodoxæ religionis aſſertores, & eorum receptatores; quos partim regia voluntate, partim ex auctoritate Comitiorum (quæ dudum celebrata fuerant ſub Elizabethæ Reginæ gubernatione) proſcribi oportere, & veluti peſtes Reipub. exilio mulctari, facultatibus priuari, in exitium ablegari, vel in perpetuos carceres mancipari certo & definito conſilio decretum fuerat. Et iam exemplis ac documentis cõplurium, qui grauia pro eadem cauſa paſſi ſunt detrimenta, ſiue in libertatis diſpendio, ſiue in iactura mundani honoris & ciuicæ exiſtimationis, ſiue in pecuniaria penſitatione, ſatis luculenter id comprobatur.

Hæc ergo ſecunda cauſa eſt ſtuporis mei, & mul[illegible] admirationis, quâ diuini

erga eos beneficij magnitudinem, in tã multa & magna tribulatione cõſtitutos, tremens ego & venerabundus ſuſpicio. Animus mihi vtique non eſt percenſendi omnia ſigillatim quæ in hac turba vexationum enumerari poſſunt; Specimen tantummodo exhibebo, vnde prudens rerum æſtimator cætera poſſit diiudicare.

ARTICVLVS IIII.

Tanguntur modi particulares vrgendi, quos proximo ſemeſtri continuarunt Nouatores aduerſus Catholicos.

EXCVRRAMVS ſaltem in retroſpectum proximorum menſium quos prætergreſſi ſumus in decurſu præſentis anni; recogitemus illas praxes, & molimina tantilli temporis, renouabunt nobis præteritorum memoriam, oculiſque noſtris ſubijcient quandam imaginem reliquæ afflictionis, & opprobrij, ac ludibrij cui gentem hanc expo-

Digitized by Google

ſuit fidei, & vnionis Apoſtolicæ obſeruantia.

Subſidiũ in oſtenſionem bene in Regem affecti animi.

His ipſis ſeptimanis labentibus, quibus intenta erat tota natio, in erogando illo ſubſidio, quod in oſtenſionem grati, & erga Regem bene affecti animi, indictum in Regni comitijs, iam quoad primam eius penſitationem perſolutum eſt; quæ exultationis materia? quæ lætitia, quod gaudium conſecutum eſt? quæ ſigna beneuolentiæ Ordinum Regni? quod gratificandi ſtudium? quæ propenſio demerendi maiorem promptitudinem, & liberalius obſequium ſubditorum? quæ benigna compenſatio officij præſtiti? forte an reſtituti cauſidici his terminis autumnalibus, ad vſum & exercitium ſuæ aduocationis, à qua citra formam iuris, iam pluſculis annis, pro ſola regentium volũtate, nullâ eis lege ſuffragante ablegati fuerant? An forte iuſtitiarij pacis, illi legitimi & idonei Irenarchæ, qui (ſurrogatis in eorum locum ineptis miniſtellis, & homuncionibus indoctiſſimis!) in deſpectum Catholicæ Religionis depoſiti ab officio fuerant, iam tandem ſunt reuocati? Num forte munia honorifica pu-

Cauſidici ab aduocationis exercitio ablegati in odium religionis.

Iuſtitiarij pacis depoſiti ab officio.

Catholici à publica adminiſtratione excluſi

blicæ adminiſtrationis, quę pridem intermiſſa ſunt, iam denuo committuntur Catholicis incolis; pręfecturæ agrariæ, vicecomitatus, cuſtodiæ portuum, arcium, Aſſiſtentiæ tribunalium, Procuratio fiſci Regij, Prouinciarium Præſidatus aut Gubernium?

Tantum hoc abeſt, vt potius omnibus Prorex litteris felle & amaritudine tinctis, improperârit magnam parcitatē & illiberalitatem, quod non effuſius largirentur Regi ſubuentionem efflagitanti; cum tamen modum ſuarum facultatum, iuſtâ æſtimatione factâ, complures exceſſerint: Sed hoc tolerabile foret, niſi etiam elapſo menſe, municipales & vrbani magiſtratus, quibus tam nouo, quā veteri priuilegio fas erat, de ſuæ communitatis corpore aſſumere ad ciuicam adminiſtrationem, & oppidanum regimen, iam nonnulli longinquè euocati eſſent; & quia detrectarent iuramentum Regij Primatus, reſtrictos prius, & à ſua libertate coërcitos, mox etiam officijs abdicatos vidimus remeare domum, cū illa depoſitionis contumeliâ; cæteris autem nondum citatis, inſonuit grauis comminatio ſeueræ in omnes ſecuturæ

Magiſtratuum municipaliū & vrbanorū abdicatio, ob detrectatum iuramentum Regij Primatus.

Digitized by Google

animaduerſionis, niſi quantocius ſe Regis voluntati accommodent. In iſtis vero anguſtijs dicant illi cum illuſtri Cẽturione Gordio. Minę humanę ſemina ſunt nobis diuina, quibus immortalitatem perpetuaque gaudia metamus.

Baſil. homil. de eodem ſãcto.

Pręter hanc ignominiam deponendi Catholicos, non alio quam nominis ipſius titulo exoſos, grauior ictus inhorruit noſtris auribus & oculis, de Quęſitoribus iuratis, qui in poſtremo conuẽtu iuridico (ſolet enim quolibet ſemeſtri per ſingulos comitatus peragi) quod nollent, reclamante conſcientiâ, ſuos conciues de religionis conſortio accuſare, aut tanquam alicuius flagitij compertos prodere iudicibus caſtigandos, pro Catholicæ profeſſionis exercitio; alij grauibus mulctis onerati ſunt, alij citationibus & mandatis compulſi ſe ſiſtere Proregis, & ſanctioris concilij cõſpectui, moleſtias longi & lutoſi itineris hyeme perpeſſi: At poſtquam comparuiſſent, & ſibi in ſententia conſtitiſſent de non prodendis ciuibus, in carcerem infimum detruſi fuerunt; vbi commorantibus renunciatum fuit, miſſo ſæpius apparitore à ſupremo Senatu, niſi denuncient,

Quæſitores iurati, incarcerati & mulctati.

Digitized by Google

nuncient, & ſcripto tradant Catholicorum nomina, qui diebus Feſtis & Dominicis, abeſſe ſolerent ab Eccleſijs & officijs Schiſmaticis, vt ex præſcripto puniantur, palam, & cum publica periurij infamia abducendos per plateas Regiæ ciuitatis, cum inſcriptione frontibus affixa, quod, quia præuaricatores eſſent iuramenti ſui, & legum ac ſtatutorum Regni, iſtâ pœnâ plecterentur. Sed fruſtra hæc illis decantata & toties repetita cantilena; perſtabant enim omnes immoti, nec prius ex ergaſtulo dimiſſi, quam de pœnâ pecuniariâ fiſco Regio pendenda in certum diem. idoneos fideiuſſores interpoſuiſſent: mitior his viſa hæc tractatio, quàm quæ alijs, pro conſimili cauſa, aliquando inflicta fuit exactio.

Erat his Terminis autumnalibus tam numeroſum hoc agmen Iuratorum, vt veluti haleces in dolio conſtipatæ, ſic in carcere compingerentur; & cum illi inter tenuiores Regni inquilinos computari poſſent, tamen, eouſque increuerũt mulctæ cum expẽſis, vt ſummam 16000. Scutatorum ſuperauerint; quid dixerim de ſedecim millibus, cum in vno ſolo

Mulctarũ dictis quæſitoribus impoſitarum ſumma.

comitatu de Cauan,qui nec ampliſſimus eſt, nec opulentiſſimus, ſed minoribus & incultioribus totius Regni comitáti-bus (qui numero triginta ſunt) accenſe-ri non iniuriâ poteſt; tamen in vnico il-lo diſtrictu, cenſus ille mulctatitius pro conſtantia in religione, vno anno par-tingebat ad octo millia aureorum; præ-ter alias exactiones aratrales, & ſtipen-dia collectorum, quę tanquam vſurę v-ſurarum dependuntur. Et cum tota illa mulctarum collecta ex ſtatuto comitia-li (qualitercunque introducto) debe-ret cedere in vſum & eleëmoſynam ege-norum cuiuſque Parochiæ, vt vbi pen-ſitata fuiſſet à ditioribus, ibi rependere-tur ad ſubleuandos pauperes, ex ædi-tuorum, ſeu cuſtodum arbitrio; idque ideo ſancitum, ne religionis prętextus obumbraret negotium auaritię: iam ab aliquot annis, per quoſdam gradus mu-tata eſt iudicum ſententia in iſtâ mulcta-rum applicatione faciendâ; nam initiò quidem excluſi erant pauperes Catho-lici, ne ex Catholicorum pœna Catho-lici lucrum reportarent; deinde excluſi ſunt omnes omnino pauperes, & in li-bros cenſuales Regis referri prętendi-

Triginta comitatus regni Hibern.

Comitatus de Cauan mulctatus vno anno, in 8000. aureos.

lytri illius conſcientiarũ collecta in vſum egenorum deſtinata, à rapacibus miniſtellis nunc occupatur.

Digitized by Google

tur; ſed à Regis & Reipub. commodo, in priuatorum hominum crumenas, & rapacium miniſtrorum ſacculos, ordine præpoſtero, non ſine ignominia Regis, & dedecore ordinum Regni, ſordidè transfunditur vectigal hoc religionis, & lytrum conſcientiarum. Cum verò prę-teritis annis, non niſi ſemeſtribus cogerentur Catholici, nũc trimeſtribus prouocantur Iuſticiariorum conſeſſibus, ad reſpondendum in hoc fidei negotio.

Excõmunicatio effulminata in Catholicos.

Eſt & alia non minus acerba quorundam tribulatio, de cenſurâ excommunicationis iam effulminatâ aduerſus nõnullos Catholicos, quemadmodum ab alijs alibi, ita in ſua diœceſi ab Antiſtite Dubliniensi, quos ante quidem eâdem afflauerat, & in magnas miſerias coegerat, procedendo contra eos tamquam contumaces, & in cenſurâ inſurdeſcentes, vt nec liberum commercium habere, nec ſuam exercere negotiationem liceret mercatoribus, nec domo egredi tutum eſſet; quin ſtatim à publico apparitore prehenſi, in arctam cuſtodiam recluderentur; ſic amoti ab omni pręſidio iuris, vt prouocari quidem & in iudicio impeti poſſent, nullam verò de quacun-

In excommunicatione inſurdeſcẽtiũ pœna.

que re, fas ipſis eſſet litem cupiam intẽdere: Sed cum iſto vinculo iam pluſculis annis (quadriennio vel circiter) innodati nonnulli, à cõtrectatione & quæſtu faciẽdo impedirentur, inter alia quæ in proximis comitijs tranſacta erãt, hoc etiam habebatur, vt ex indulgentia Regis, ignoſceretur etiam ipſis illa contumacia (Sic enim illorum iudices Eccleſiaſtici interpretabantur) verum, quia in ipſo indulto, clara de illis & expreſſa mentio non fieret, hinc multa diſcuſſione agitatum fuit, an ſub apicibus generalis condonationis (quæ multarum limitationum tẽdiculis circumſepta erat) ipſi cenſerentur comprehẽſi, necne; ſed nodoſa hæc quæſtio, tanquam maceria interpoſita, ligone vt fertur argenteo pertuſa tandem fuit; Et noſtri qui excõmunicati erant, poſt diuturnam rei agitationem, declarati ſunt, quod gaudere poſſint beneficio generalis indulti.

Certe hoc illis breue gaudium fuit; nam trimeſtri aut paulo amplius ſpatio liberati, rurſus irretiti, vt dixi, & ijſdem quibus antea vincti compedibus, modò patiuntur omnia illa incommoda, quæ ſecum trahere ſolet Eccleſiaſticæ cen-

Digitized by Google

ſuræ diſtrictio; niſi quod ſeſe in hoc illi ſolantur, ſe in cauſâ iuſtâ, pœnam ſuſtinere iniuſtæ ſententię; interim in conſcientijs ſuis ſecuri, iſtas ſectariorum fulminationes eſſe tanquam ignem fatuum qui fulgore ſuo magis perſtringat oculos, quam valore conſtringat animas, aut vllo vel tenuiſſimo vulnere feriat effulminatos; quanquam illi, vt vmbris motum & vitam addant, brachij ſęcularis adminiculo ſe fulciant; quo ſolo terrentur noſtri excommunicati, de cætero nihil ſoliciti; nec ſe vnquam petendę abſolutioni ſubijciunt.

Sectariorum fulminationes, ignis ſunt fatuus.

Quid autem valuit his miſeris illa miſerabilis abſolutio, & Comitialis indulgentia, quam pro magno Regis beneficio & ſumma clementia venditant quidam Regij paraſiti? An non deguſtata libertas, ſtatimque ſubtracta, tentamẽ & irritamentum accendendi appetitus, magis quam lenimen ad ſatiandum reputabitur? Ludicra potius & ridicula cẽſeri debet iſta liberatio, quâ miſerabiliter vincti ſic expediuntur, vt ſtatim, & ſine vllo nouo piaculo, in nouum nervum & nexum retrahantur; & qui videbantur liberi, ſuique iuris, nullâ nouâ

Ludicra vinctorũ liberatio.

Digitized by Google

culpâ admiſſâ, in eoſdem quos exuerãt caſſes reincidant?

Beneficium hoc an magis ludibrium eſt, occultis laqueis implicare & ſubruere, quem te liberaliter eruiſſe paulo ante gloriabaris? Benefactum Principis quia bene locatum præſumitur, decet eſſe conſtans & diuturnum, vt nulli accepiſſe fraudi ſit; quæ certè non effugitur, ſi abſque reincidentia criminis ſemel expiati, relabaris in pœnam prioris admiſſi. An hoc ipſiſſimum non eſt quod Græcorum Prouerbio dicitur: Λαβε μηδὲν κ ϗ ἔχε καλῶς. Accipe nihil, & tene fortiter. Aut verius, quod de Hippiæ fratre Hipparcho refertur, Armodij ſororem admiſiſſe ad ſacra Euleuſina, ijſdem initiandam, vt mox admiſſã & initiatã, cũ dedecore ſuo, & fratris indignatione eijceret ex illo cõtubernio.

Benefactũ Principis quale decet eſſe.

Vide Oſorium lib 2. de Nobilit. ciu.

ARTICVLVS V.

Breuis paralellus perſecutionis veterum ac Nouatorum: eiuſque accommodatio quintuplex.

VERVM enimuero iſta nimium premenda non ſunt in tam copio-

Digitized by Google

ſa iniuriam enumeratione; ſi liberet nobis , aut quippiam iuuaret cauſam noſtram , omnium quæ irrogantur nobis grauaminum ſeriem pertexere. Quid enim eſt , aut vnquam extitit in quacunque procella , aut conſiliorum aduersꝰ Chriſti fidem proſecutione , cuius non deguſtauit aliquam particulam (niſi etiam quandoque plenum amaritudinis calicem coacta ſit epotare) afflicta Hibernorum natio ?

Nero Domitianus. Traianus Aurelius, Commodus, Seuerus. Decius. Valerianus. Diocletianus. Maximianus.

Infideles contra Chriſtianos multipliciter ſæuiebant; primo eorum libertatem , facultates , vitamque ipſam exhauriendo: Num ab iſto triplici ſupplicio noſtri Catholici immunes fuerint , ex ſecunda & tertia Analectorum parte magis eluceſcet ; & documenta quotidiana clarum hoc teſtatumque faciunt ; quando alij libertate priuantur, alij bonis, alij etiam lucis vſura ; vt quidam pater ſocietatis Ieſu N. N. nuperrimè prehenſus, & qui eum hoſpitio ſuſcepit Illuſtris Baro de Inſicoin , qui diu detentus in carcerali cuſtodia tandem dimiſſus eſt, non ſine graui mulcta, ſui cognati cauſâ , quem iure ſanguinis & religionis ſibi propinquum , recen-

térque appulſum, non putauit excludendum à communi iure hoſpitalitatis, quæ paſſim in hac natione, & ad omnes vſurpatur. Qui verò Sacerdotem aduexit Mercator, bonis omnibus ſpoliatus eſt à Prçſide. Alij diuerſorum ordinum Sacerdotes, regulares, & Hierarchales; laïci etiam omnis generis abunde hoc teſtari poſſunt; nec magis id celari queat quàm ſol in meridiana luce, qui abſcondi non poteſt.

Diocletianus apud Euſeb. l. 8. cap. 3.

Secundo ab infidelibus ſæuitum fuerat in Chriſtianos, Scripturam ſacram comburẽdo, nè qua ſcintilla noſtræ Religionis viueret: quorum ingenium perquam benè imitantur noſtri ſectarij, mutilando deprauandóque ſacros codices, exterminando etiam, & incendijs deuouendo Ritualia noſtra, ſacras Reliquias, & Sanctorum imagines (quas idiotarum Scripturam eleganter appellauit D. Gregorius magnus ille Anglorum Apoſtolus) vt omittam iuris canonici, & Sacrorum interpretum combuſtionem; vaſorum etiam & veſtimentorum ſacrati cultus, in profanos vſus commutationem.

lib. 9. Ep. 3. & lib. 7. Ep. 54.

Tertio ſæuitum olim à Iuliano Apo-

Digitized by Google

ſtata prohibendo ſcholas Chriſtianorũ: in quo etiam ſe non præbẽt illo ſegniores hæretici, edictis ſuis minacibus, tã domi prohibentes noſtram iuuentutem à Catholica educatione, quàm etiam in tranſmarinis collegijs, quæ noſtri ſortiti ſunt in diuerſis Regnis, & Prouincijs Catholicorum Principum; cum quibus tametſi Rex Britanniæ pacem habeat, & fœdus firmiter conciliatum (vt apparet) nobis tamen in hoc irreconciliabilis eſt, vt iniuſſu Proregis & Ordinum egredi non liceat; licentiamque exeũdi impetrare, nec fas, nec facile erit Catholico, niſi iuret in primatum Regis. Huc pertinet ablegatio noſtrorum cauſidicorum à cauſarum patrocinio, & vſu tribunalium; vt nec illi ex noſtris qui iuri municipali Angliæ, magno ſumptu & labore ſtuduerant, fructum ſtudiorũ capere poſſint; nec verò illi qui nondũ ſtuduêre, ſe tutò recipere poſſint ad ſtudiorum domicilia, vt ingenij cultum capeſſere valeant. Sed & in ipſa patriâ, quanta adhibeatur reſtrictio magiſtrorum Catholicorũ, tum ex alijs occaſionibus, tũ ex nuperrima viſitatione Regaliũ Cómiſſariorũ abundè innoteſcit.

Oroſ. lib. 7. Socrat. lib. 3. cap. 10. Ruffin. lib. 2. c. 32.

Iuuentus Catholica à bonarum diſciplinarum cultura arcetur.

Ita etiam Maximinus Imp apud Euſeb. l. 9 cap. 4. Sozomen de Iuliano, l. 5 c 35. vide etiã c. 1. 3. 4. 5.

Quarto iuuentutem Chriſtianam, à teneris vnguiculis, imbuere nitebatur Iulianus corruptelis & erroribus Gentilitijs: Pari prorſus conatu, noſtri hæterodoxi machinantur ſubuerſionem, & deprauationem noſtræ iuuentutis; iam in qualibet Diœceſi inſtitutâ vnâ aut pluribus ſcholis, cum opimo Magiſtrorũ ſtipendio; erecto inſuper in arce Imperii, lautiſſimo Gymnaſio, inſtar ſtudij Generalis, ſeu Academiæ, cui prouentus eſt annuus ex fiſco Regio attributus vltra redditus alios, & latifundia plurima, in alimentationem ſtudioſorum, & honorarium Magiſtrorum didactrum largiter conceſſa. Quibus etiam in proximis Comitijs gratia facta eſt ſingularis, vt, cum cætera quæcunque huius Regni loca, ſeu prædia, (ſiue laica illa, ſiue Eccleſiaſtica eſſent,) omnia penſitando, ſubſidio ſubeſſent, ſolæ huius Gymnaſij poſſeſſiones immunitatem à ſoluendo ſint conſecutæ: cui & hoc priuilegium acceſſit, quod duos nominare poſſit, & mittere qui vocem habeant in Regni Comitijs. Porro his proximis diebus, quid non tentatum, atque etiãnum pertendunt, vt totam nobilitatem

Gymnaſij dubliniensis prouentus & priuilegia.

Catholicæ iuuentutis ſubuerſio & deprauatio.

in fide corrumpant? Et quia de adultioribus deſperant, aggrediuntur teneram pubem, ceream illam & flexilem adoleſcentiam, quam formare ad ſuum inſtitutum, omnique lenocinio pertrahere ſatagunt ad normam ſuarum Nouitatum; vnde & frequentibus reſcriptis Senatus Regij euocantur, veluti ad Ephebium Iaſonis, in Angliam filij maiores Procerum, vt illic educati, combibant errores, quos hæreticorum Symmiſtæ propinauerint: quin & in tutela minorum demãdanda Tutoribus, clauſula inſeritur Regijs litteris (idque iam per totum ſeptennium factitatum eſt) vt hæredes minorẽnes educẽtur in Gymnaſio hæretico: id vero tutelaribus hiſce cuſtodibus, vt ſeriò curent, ſeuerè iniungitur. His adde laqueum intruſionis, quo plurimi ſuffocantur; cum enim minorennes illi ad legitimam ætatem peruenerint, vt iam emancipatis è cura & cuſtodia tutorum, ſuo nomine & iure, hæreditatem per leges Regni adire eis licitum ſit, litteras ſuæ liberationis, & emancipationis debent obtinere à publica poteſtate; eæ vero plerumque denegantur his qui nolunt iuramentum *Intruſionis laque⁹.*

Minorennium miſera conditio. Regij Primatus emittere. Quod ſi abſque literis audeant poſſeſſionem capere, tamquam intruſores mulctãtur. Ideo nimirum, quod ſine Regio diplomate ſe ingererent in ſuum patrimonium. Atque ex hoc intruſionis capite, negantibus Regem caput eſſe Eccleſiæ naſcitur inteſtinum vlcus, cui reſecando purgãdoque impenditur quotannis cura pecuniaria, quâ mirum in modum attenuantur vires Recuſantium, & facultates eorum abſorbentur. Vnde fit vt iugi carnificinâ hirudinum, deuenire ſoleat hæreditas exucca in pluribus & exanguis: Sed nec defuit nobilis heres, qui vt intruſor ſic eiectus eſt è ſua poſſeſſione, vt nec potuerit admitti ad inquilinatum, ſeu conductionem ſuorũ fundorum, ob detrectatum iuramentũ; cum hoc beneficium tenendi conductitiè, non ſoleat negari extraneo cenſum iuſtum offerenti.

Recuſantes vocantur qui negãt adire tẽpla hæreticorũ.

Sic Chriſtiani à Gentibus dicti ſunt ſacrilegi vt patet ex Iuſtino mart. Tertul. Arnob

Quintò & vltimo, (ne ſim prolixus,) Quemadmodum Gentiles calumniabantur innocentiam Chriſtianam varijs mendacijs, & criminationibus: Ita noſtri Aduerſarij nituntur offuſcare Catholicorum gloriam, diuerſis contume-

Digitized by Google

lijs, eorumque integritatem deprauare confictis criminibus, & calumnijs apertiſſimis: nunc eos traducendo de maleficijs & proditionibus turpiſſimis; nunc onerando eos iniquis ſuſpicionibus; nunc comminiſcendo indigna conſilia & molitiones, quarum odio & inuidiæ illos reddant obnoxios; vnde etiam nuper, nouo exemplo, & modo inuſitato, quidam nobiles equuleo ſubiecti, & artubus ſuis atrociter luxati fuère; alij ſuſpenſi & diſſecti, ex indicio infimi homuncionis, qui & infamis aleator, & in periculo capitis conſtitutus, quibuſcũque commentis ſe liberare poſſet, vitam certè quam veritatem haberet cariorẽ: nunc denique exprobrando ipſis ruſticanam pauperiem, ruditatem, & barbariem; infamare moliuntur natiuam gẽtis ingenuitatem.

à Nerone etiam calumniati de incendio vrbis. Tacit l 15. Annal.

Nobiles nouo exẽplo equuleo ſubiecti & ſuſpenſi.

Et quidni hęc natio præ aliis multis inculta, egena, & iners habeatur; quando hi qui iſtam infamiam de illa ſpargere pruriunt, ipſi omnem ſuccũ terrę vberrimę exſugunt auidiſſimè, & vetuſtos incolas ita pergunt laceſſere diuerſis iniurijs, vt vel eos ad inferos amandare ex tota inſula, vel in ipſa conſiſtentes ad in-

Hibernicæ egeſtatis ijdem exprobratores & auctores.

uia & inutilia loca, è propriis ſedibus, & auitis hæreditatibus omnes ablegare definito conſilio ſtatuerint; & iam ante, plurimos expulerint.

ARTICVLVS VI.

De opulentia Hiberniæ, & egeſtate Hibernorum conſideratio. De Natiuis terræ dotibus, & incolarum vniformitate in rebus fidei.

Hibernia tam ſitu quam conditione ſoli omnibus naturæ dotibus & bonis referta.

NEGARI non poteſt regnum ipſum (ſi conditionem ſoli, & ſitũ loci ſpectes) refertum eſſe ijs naturæ dotibus & bonis, quæ auaras & ambitioſas mentes, terrenæ opulentiæ appetẽtes, exſtimulare queant ad omnem laborem & induſtriam collocandam, vt tam lætam vberemque glebam, cum fructu & fœnore excolant: quod fatentur Britannicæ coloniæ huc nuper intromiſſę; fatentur etiam moderni vetuſtique ſcriptores; dum alij referunt *hoc zephiri Regnum, naturam benigniori oculo reſpexiſſe*: alij florente etiamnum Romano Imperio, *aditus portuſque eius melius*

Hibernicæ vbertatis præcones.

Cãbrenſ. Corn. Tacit.

quam Britanniæ, per commercia & negotiatores cognitos affirmant: Alij ſolo eſſe lætiſſimo & maximè luxuriante; adeo vt ſi quid ad fœcundandum inijciatur quaſi dedignatum alibi ſterileſcat: Alij *& latitudine ſui ſtatus, & ſalubritate, ac Serenitate aeris multum Britanniæ præſtare*: Alii vno verbo, *ſiue terræ fœcunditatem, ſiue maris & portuum opportunitatem, ſiue incolas reſpicias, qui bellicoſi ſunt, ingenioſi, corporum lineamentis conſpicui, mirifica carnis mollitie & propter muſculorum teneritudinem agilitate incredibili, à multis dotibus fælicem inſulam, merito nominarunt*. Et hæc vſque adeo vera ſunt, ſiue commoda ſpectes, ſiue naturæ iucunda; vt etiam, rara & mira ſi attendas, non immeritò dixerit Cambrēſis teſtis oculatus: Sicut Orientales plagæ proprijs quibuſdam & ſibi innatis præeminent & prçcellunt oſtentis; ſic & Occidentales circumferentiæ, ſuis naturæ miraculis illuſtrantur: quotieſcunque quippe tanquam ſerijs & veris fatigata negotijs, paululum ſecedit & excedit, remotis in partibus, quaſi verecundis & occultis, natura ludit exceſſibus. Hinc & venas metallicas, argenti mineralia, ferrique fodinas, pretioſa

Comes Deuonia.

Beda li. 1. hiſt. Ang. cap 1.

Guil. Camden.

Hibernorũ inſignes dotes.

Hiberniæ rerũ e'iã pretioſiſſimarũ, diues cornucopia.

» marmora, Parios & Lydios lapides, &
» nitētia alabaſtra, atq; eximij pretij vnio-
» nes Orientalibus haud multū diſpares,
» chryſoelectrum ſeu ſuccinum, antimo-
» nii & aluminis venas, lapidis incōbuſti-
» bilis pellucidas bracteas (quas alij ſpe-
» culares vocant) & alias multas, tam re-
» conditas, quam expoſitas naturæ opes,
» ſolerti induſtria, vel è viſceribus elicias
» vel in ſuperficie colligas, vt niſi iners
» aut mentis inops, nemo deſpiciat tam
diuitem cornucopiā: Quam aſtutè co-
nantur infamare famelici decoctores,
qui ex eius pinguedine indies diteſcūt,
& verè Indiam ſibi deprehendunt eſſe.
Adeo vt ipſe Gulielmus Cæcilius An-
gliç Theſaurarius, iſtorum iniuriam &
maledicentiam diſſimulare non valens,
aliquando non infacetè dixerit, ſuos
Anglos ſimiles eſſe iſtis impudicis iuue-
nis, qui ſcortationi & libidinibus de-
nant quas appetunt volupta-
llices cum quibus ſe turpiter
t, poſtquam ſe ingurgitauerint,
s & opprobrijs proſcindunt.
verbo immenſam eius æſti-
ulentiæ cum neoterico
ſcriptore

Hibernia verè India Anglis ingratis.

:riptore circumſcribamus; eoque hoc bentius & promptius credamus, quod te author ſit Regis procurator, & manus obſeruator rerum admirãdarum, ui dum in iuridicis conuentibus ipſe Aſſeſſor & ſecundarius Iudex, luſtrâſſet mnia diligenti exploratoris oculo, ita emum de huius inſulę commoditatiusproloquitur, detegendo veras cauas, ex quibus acciderat quod, ipſo autore, Hibernia nunquam hactenus lenè ſubiecta fuerit Anglicanæ obeientiæ.

Durante (inquit) *meo ſeruitio in Hibernia* quod cum ingreſſu hui⁹ Regis in ſuum Regnum inceptum eſt) *omnes huius Regni prouincias, diuerſis itineribus iuridicæ ircuitionis obiui: vbi interim obſeruaui clerentiam aëris, & bonam temperiem, vbertam ſoli, iucundos & commodos habitandi ſius, tutos & largos portus, ac fidas nauiganbus ſtationes, & traiectum in omnes occidui rbis partes liberrimum, longos fluuiorum naigabilium tractus, & ſpatioſos lacus ac ſtana mediterranea (nullis per vniuerſam Europam ſecunda) opulentam piſcationem, & ucupium multiplex omnigenarum volucrum, orpora menteſque indigenarum raris & extra-*

Iohannis Dauis (in ſuo libr. de defect. regim.) exploratum Hiberniæ elogium.

E

ordinarijs naturæ dotibus prædita: quorum accurata obſeruatio mihi ingenerauit appetitum inueſtigandi veras cauſas,&c. Deinde multis interiectis concludit ſuum tractatum hoc elogio.

Hibernia altera Canaan.

Deſcriptio terræ Canaan quæ habetur Deuteron. 8. Optimè quadrat in omnem Hiberniæ partem. Terra riuorum aquarumque & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyſſi: Terra frumenti, & hordei: Terra lactis & mellis; vbi abſque vllâ penuriâ comedes panem tuum, & rerum abundantiâ perfrueris.

Naturalis Hibernorũ vigor & dexteritas.

Si iſta terræ opimitas, vnde igitur tanta egeſtas? Si iſta indigenarum ingenij dexteritas, vnde illos adorta eſt inſcitia, vnde inuaſit inertia? obſeruatum eſt à curioſis rerum & gentium indagatoribus, hanc gentem in vniuerſum animo eſſe forti & elato, ingenio bellaci & acri, vitę prodigam, laboris, frigoris, & inedię patientem, amore conſtãtem, inimicitiis ferè implacabilem, hoſpitibus perbenignam, gloriæ auidam, contumelię & iniuriæ impatientem, in omnes affectus vehementiſſimam, & (quod de nobiliſſimæ Italiæ populis quiſpiam olim dixerat.) Qui mali nuſquam peio-

Digitized by Google

res,& bonis non temerè meliores reperiantur, id ſuo quodam modo etiam de Hibernis verum habet.

Reperire eſt in hac gente, ſicut & in aliis etiam Europæ populis, magnam morum diuerſitatem, & ingenii cultuſque diſcrepantiam; quòd alii ſint elegantioris & mitioris animi, alii durioris & magis auſteri: alii vrbani, alij agreſtes; alii fælicioris educationis, alii magis inconditi & rudes; alii vrbes & oppida magis incolant, alii delectentur agrario incolatu; alii prædia ruralia, alii vero præruptos colles, nemora, & ſaltus inſideant: ſed illud mirum, in quantacunque diſcrepantiâ morum, in quantauis diſparitate educationis, ſtudii, officii, inſtituti, omnes tamen indigenas conſpirare, in eiuſdem Catholicæ Religionis, & Apoſtolicæ obſeruantiæ recognitionem. Quin porro (quod magis obſtupeſcendum eſt) quaſi ex indole ipſius Regionis hoc habetur, vt quos admiſit aduenas alienæ profeſſionis, & fidei, poſtquam diutilâ habitatione incaleſcant in hoc genitali ſolo (cuius ſacra gleba Catholicos quodammodo germinare videtur) vel ipſi, vel quas

Morũ cultuſque inter ſe diſcrepãtia.

Hibernia ſacra gleba Catholicos quodammodo germinat.

Digitized by Google

germinarunt ſoboles,in eandem ortho-doxæ fidei vnionē coaleſcunt. Id quod in confeſſo eſt apud omnes noſtræ con-ditionis non neſcios: &perſuaſum prorſus ipſi Regi, non de hominibus modò, ſed de ipſis quodammodo iumentis: Nā cum generoſiſſimum equum nuper illi donaret Ciceſtrius prorex, ſciſcitatus ille ſi ex Hibernia eſſet, vbi reſciuit, protinus ſubiunxit, papiſtam eſſe oportere; ſignificans omnibus ingenitam eſſe affectionem ad Romanam fidem.

Regis perſuaſio de ingenita Hiber. ad Catholicā fidem affectione.

Paucorum menſium curriculum prætergreſſi ſumus, cum illuſtres in iſto genere conuerſiones intueremur: Æditūos, Miniſtros, Dignitarios, Iudices: etiam primæ nobilitatis proceres morti propinquos vidimus reſipuiſſe: ſed alijs prætermiſſis, vnus inſtar multorum nobis fuerit N. V. Eques auratus, & inter primarios Regni Iudices,in communium placitorum Tribunali Anteſeſſor; qui,poſtquam totam propemodum vitam exegiſſet in iudicio ſanguinis exercendo, & per ſyncretiſmum, ac diſſimulationem filiis huius ſæculi perquā notam, ac familiarē, multa loquendo, ſcribendo,& aduerſus Catholicæ religionis

Nicholai Vualsh in fine vitæ reſipiſcentia.

cultores cenſoriè iudicando, clam & palam actitaſſet; tamen in extremâ vitæ periodo conſtitutus, circa feſtū paſchatis proximè elapſi, Catholicum ſacerdotem ad ſe aduocauit, & vitæ ſuæ flagitioſæ pœnitudine ductus, in ſacramentali confeſſione exonerauit conſcientiā, & eâ pluſculis vicibus iteratâ, ac proteſtatione fidei coram pluribus editâ, nec non de emendatione promiſſo præſtito, ſacrâ etiam communione refectus, animam ſuam, quam multis ante ſceleribus contemerauerat, multiſque perfidiis, & ſimulationibus impiauerat, Catholicæ Eccleſiæ reconciliatus, & ſacramentis expiatus, in manus ſui redemptoris (vt credere par eſt) reſignauit. Cuiuſmodi reſipiſcentiam ſororius eiuſdem. G. Q. ſimiliter Iudex, & diſſimulator, præcedentibus annis demonſtrauerat. Quæ vtraque vt vera & ſyncera fuerit, nequaquam ſera, aut fruſtranea iudicari debet. Et ſic, qui totâ propemodum vitâ ſuâ abſorbebantur à fluctibus fallacis ſæculi, decepto in fine deceptore ſuo, *abſorpti ſunt, iuncti petræ Iudices eorum: petra autem erat Chriſtus*, quam illi apprehenderunt, & qui in pelago ambitionis ſuas men-

Geraldus Quemerfordius ſaluti ſuæ eodem etiā modo proſpexit.

Pſal. 140.

1. Corinth. 4.

tes miſeri demerſerant, miſerante Dei clementiâ, emergentes ex profundo, ad
Matth.16. petram, per quam liberatus eſt Petrus,
Tertul. in Apol. per quam & ipſe conſtitutus eſt petra, & fundamentum Eccleſiæ, in eandem Eccleſiæ vnionem, ex vtero iniquitatis, ad lucem veræ pietatis expatauerunt: Nec prætereũda hîc videtur incliti illius Ormoniæ Comitis Thomæ Butleri tã conſpicua reſipiſcentia: qui cum iam obtinuiſſet, quicquid fere honorum, dignitatumque vel princeps tribuere ſubdito, vel ſubditus tutò accipere poſſet à principe; rem demum illam rariſſimam in Aula opulentã ſenectutem inoffenſo pede pertingens; multo etiam rariori fælicitate, per tam denſam errorũ, ſæcularium que curarũ nubem eluctantes diuinæ veritatis radios, in animam admittens, per temporalia hæc tranſitoriaque bona, tranſiuit (vt ſperamus) ad cæleſtia
Euſeb. lib. 5. c. 1. „ interminabiliaque. Permagna, certè, læ„titia matri & virgini Eccleſiæ exorta eſt, „cum eos, quos abortu, tanquam mor„tuos eieciſſet, viuos, & incolumes recuperaſſet.

Sed de viris adultis & conſummatis, quibus longioris vitæ ſpes omnis erat

Digitized by Google

acciſa, ſi *exoleti, & laſſati in via ſæculi, redirent præuaricatores ad cor*, non vſque adeo fortaſſe mirum videbitur: hoc rarius & præclarius eſt, ſi in viridi ætate, & flore iuuentutis, vel in ipſo pueritiæ flexu, aut ingreſſu adoleſcentiæ, mundo lenocinante; blandientibus amicis; monentibus, & minantibus qui auctoritatẽ publicam, vel priuatum imperium, in ſuas proles obtinent parentibus; contra eorũ nutus, contra monita, mandata, & minas, teneri pueruli, aut molles adoleſcentulæ, ſe ad eandem petram recipiãt. Prioris iſtius Iudicis filiolus vnicus, & hæres opimi patrimonij, deſponſatus puellæ nobili, ex Anglicana propagine, fideique proteſtãticæ, nullo terrore, ſuadelâ, vel ſpe percelli voluit, aut deturbari de recta ſententiâ: parens intonuit, ſocer admonuit, ſponſa etiam inuitauit ipſa (vtique nondum ſatis imbuta, nondum exculta vomere Orthodoxæ inſtructionis) omnes iunctis viribus (neque enim adhuc reſipuit parens) adoriũtur puerulum; ipſe vero imperterritus, & in petra immotus, circumſonantes illos fragores & fluctus excipiens frangit, nec frangitur in propoſito. Quâ tam in-

Sap. 5. v. 7. Eſa. 46. v. 8.

Vvalshai pueri in auita fide contra parentis imperium cõſtantia.

" marmora, Parios & Lydios lapides, &
" nitētia alabaſtra, atq; eximij pretij vnio-
" nes Orientalibus haud multū diſpares,
" chryſoelectrum ſeu ſuccinum, antimo-
" nii & aluminis venas, lapidis incōbuſti-
" bilis pellucidas bracteas (quas alij ſpe-
" culares vocant) & alias multas, tam re-
" conditas, quam expoſitas naturæ opes,
" ſolerti induſtria, vel è viſceribus elicias
" vel in ſuperficie colligas, vt niſi iners
" aut mentis inops, nemo deſpiciat tam diuitem cornucopiā: Quam aſtutè conantur infamare famelici decoctores, qui ex eius pinguedine indies diteſcūt, & verè Indiam ſibi deprehendunt eſſe. Adeo vt ipſe Gulielmus Cæcilius Angliç Theſaurarius, iſtorum iniuriam & maledicentiam diſſimulare non valens, aliquando non infacetè dixerit, ſuos Anglos ſimiles eſſe iſtis impudicis iuuenibus, qui ſcortationi & libidinibus dediti, damnant quas appetunt voluptates, & pellices cum quibus ſe turpiter oblectant, poſtquam ſe ingurgitauerint, conuicijs & opprobrijs proſcindunt.

Hibernia verè India Anglis ingratis.

Sed vno verbo immenſam eius æſtimationem opulentiæ cum neoterico

ſcriptore

ſcriptore circumſcribamus; eoque hoc libentius & promptius credamus, quod iſte author ſit Regis procurator, & magnus obſeruator rerum admirãdarum, qui dum in iuridicis conuentibus ipſe Aſſeſſor & ſecundarius Iudex, luſtrâſſet omnia diligenti exploratoris oculo, ità demum de huius inſulę commoditatibus proloquitur, detegendo veras cauſas, ex quibus acciderat quod, ipſo autore, Hibernia nunquam hactenus plenè ſubiecta fuerit Anglicanæ obedientiæ.

Durante (inquit) *meo ſeruitio in Hibernia* (quod cum ingreſſu hui⁹ Regis in ſuum Regnum inceptum eſt) *omnes huius Regni prouincias, diuerſis itineribus iuridicæ circuitionis obiui: vbi interim obſeruaui clementiam aëris, & bonam temperiem, vbertatem ſoli, iucundos & commodos habitandi ſitus, tutos & largos portus, ac fidas nauigantibus ſtationes, & traiectum in omnes occidui orbis partes liberrimum, longos fluuiorum nauigabilium tractus, & ſpatioſos lacus ac ſtagna mediterranea (nullis per vniuerſam Europam ſecunda) opulentam piſcationem, & aucupium multiplex omnigenarum volucrum, corpora menteſque indigenarum raris & extra-*

Iohannis Dauis (in ſuo libr. de defect. regim.) exploratum Hiberniæ elogium.

ordinariꝭs naturæ dotibus prædita: quorum accurata obſeruatio mihi ingenerauit appetitum inueſtigandi veras cauſas, &c. Deinde multis interiectis concludit ſuum tractatum hoc elogio.

Hibernia altera Canaan.

Deſcriptio terræ Canaan quæ habetur Deuteron. 8. Optimè quadrat in omnem Hiberniæ partem. Terra riuorum aquarumque & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyſſi: Terra frumenti, & hordei: Terra lactis & mellis; vbi abſque vllâ penuriâ comedes panem tuum, & rerum abundantiâ perfrueris.

Naturalis Hibernorũ vigor & dexteritas.

Si iſta terræ opimitas, vnde igitur tanta egeſtas? Si iſta indigenarum ingenij dexteritas, vnde illos adorta eſt inſcitia, vnde inuaſit inertia? obſeruatum eſt à curioſis rerum & gentium indagatoribus, hanc gentem in vniuerſum animo eſſe forti & elato, ingenio bellaci & acri, vitę prodigam, laboris, frigoris, & inedię patientem, amore conſtãtem, inimicitiis ferè implacabilem, hoſpitibus perbenignam, gloriæ auidam, contumelię & iniuriæ impatientem, in omnes affectus vehementiſſimam, & (quod de nobiliſſimæ Italiæ populis quiſpiam olim dixerat.) Qui mali nuſquam peio-

res,& bonis non temerè meliores reperiantur, id ſuo quodam modo etiam de Hibernis verum habet.

Reperire eſt in hac gente, ſicut & in aliis etiam Europæ populis, magnam morum diuerſitatem, & ingenii cultuſque diſcrepantiam; quòd alii ſint elegantioris & mitioris animi, alii durioris & magis auſteri: alii vrbani, alij agreſtes; alii fælicioris educationis, alii magis inconditi & rudes; alii vrbes & oppida magis incolant, alii delectentur agrario incolatu; alii prædia ruralia, alii vero præruptos colles, nemora, & ſaltus inſideant: ſed illud mirum, in quantacunque diſcrepantiâ morum, in quantauis diſparitate educatîonis, ſtudii, officii, inſtituti, omnes tamen indigenas conſpirare, in eiuſdem Catholicæ Religionis, & Apoſtolicæ obſeruantiæ recognitionem. Quin porro (quod magis obſtupeſcendum eſt) quaſi ex indole ipſius Regionis hoc habetur, vt quos admiſit aduenas alienæ profeſſionis, & fidei, poſtquam diutilâ habitatione incaleſcant in hoc genitali ſolo (cuius ſacra gleba Catholicos quodammodo germinare videtur) vel ipſi, vel quas

Morũ cultuſque inter ſe diſcrepãtia.

Hibernia ſacra gleba Catholicos quodammodo germinat.

Digitized by Google

germinarunt ſoboles,in eandem orthodoxæ fidei vnionẽ coaleſcunt. Id quod in confeſſo eſt apud omnes noſtræ conditionis non neſcios: &perſuaſum prorſus ipſi Regi, non de hominibus modò, ſed de ipſis quodammodo iumentis: Nã cum generoſiſſimum equum nuper illi donaret Ciceſtrius prorex, ſciſcitatus ille ſi ex Hibernia eſſet, vbi reſciuit, protinus ſubiunxit, papiſtam eſſe oportere; ſignificans omnibus ingenitam eſſe affectionem ad Romanam fidem.

Regis perſuaſio de ingenita Hiber. ad Catholicã fidem affectione.

Paucorum menſium curriculum prætergreſſi ſumus, cum illuſtres in iſto genere conuerſiones intueremur: Ædituos, Miniſtros, Dignitarios, Iudices: etiam primæ nobilitatis proceres morti propinquos vidimus reſipuiſſe: ſed alijs prætermiſſis, vnus inſtar multorum nobis fuerit N. V. Eques auratus, & inter primarios Regni Iudices,in communium placitorum Tribunali Anteſeſſor; qui,poſtquam totam propemodum vitam exegiſſet in iudicio ſanguinis exercendo, & per ſyncretiſmum, ac diſſimulationem filiis huius ſæculi perquã notam, ac familiarẽ, multa loquendo, ſcribendo,& aduerſus Catholicæ religionis

Nicholai Vualsh in fine vitæ reſipiſcentia.

cultores cenſoriè iudicando, clam & palam actitaſſet; tamen in extremâ vitæ periodo conſtitutus, circa feſtũ paſchatis proximè elapſi, Catholicum ſacerdotem ad ſe aduocauit, & vitæ ſuæ flagitioſæ pœnitudine ductus, in ſacramentali confeſſione exonerauit conſcientiã, & eâ pluſculis vicibus iteratâ, ac proteſtatione fidei coram pluribus editâ, nec non de emendatione promiſſo præſtito, ſacrâ etiam communione refectus, animam ſuam, quam multis ante ſceleribus contemerauerat, multiſque perfidiis, & ſimulationibus impiauerat, Catholicæ Eccleſiæ reconciliatus, & ſacramentis expiatus, in manus ſui redemptoris (vt credere par eſt) reſignauit. Cuiuſmodi reſipiſcentiam ſororius eiuſdem. G. Q. ſimiliter Iudex, & diſſimulator, præcedentibus annis demonſtrauerat. Quæ vtraque vt vera & ſyncera fuerit, nequaquam ſera, aut fruſtranea iudicari debet. Et ſic, qui totâ propemodum vitâ ſuâ abſorbebantur à fluctibus fallacis ſæculi, decepto in fine deceptore ſuo, *abſorpti ſunt, iuncti petræ Iudices eorum: petra autem erat Chriſtus*, quam illi apprehenderunt, & qui in pelago ambitionis ſuas men-

Geraldus Quemerfordius ſaluti ſuæ eodem etiã modo proſpexit.

Pſal. 140.

1. *Corinth.* 4.

tes miſeri demerſerant, miſerante Dei clementiâ, emergentes ex profundo, ad petram, per quam liberatus eſt Petrus, per quam & ipſe conſtitutus eſt petra, & fundamentum Eccleſiæ, in eandem Eccleſiæ vnionem, ex vtero iniquitatis, ad lucem veræ pietatis expatauerunt: Nec prætereũda hîc videtur incliti illius Ormoniæ Comitis Thomæ Butleri tã conſpicua reſipiſcentia: qui cum iam obtinuiſſet, quicquid fere honorum, dignitatumque vel princeps tribuere ſubdito, vel ſubditus tutò accipere poſſet à principe; rem demum illam rariſſimam in Aula opulentã ſenectutem inoffenſo pede pertingens; multo etiam rariori fælicitate, per tam denſam errorũ, ſæcularium que curarũ nubem eluctantes diuinæ veritatis radios, in animam admittens, per temporalia hæc tranſitoriaque bona, tranſiuit (vt ſperamus) ad cæleſtia interminabiliaque. Permagna, certè, lætitia matri & virgini Eccleſiæ exorta eſt, cum eos, quos abortu, tanquam mortuos eieciſſet, viuos, & incolumes recuperaſſet.

Matth. 16. Tertul. in Apol.

Euſeb. lib. 5. c. 1.

Sed de viris adultis & conſummatis, quibus longioris vitæ ſpes omnis erat

acciſa, ſi *exoleti, & laſſati in via ſæculi, redirent præuaricatores ad cor*, non vſque adeo fortaſſe mirum videbitur: hoc rarius & præclarius eſt, ſi in viridi ætate, & flore iuuentutis, vel in ipſo pueritiæ flexu, aut ingreſſu adoleſcentiæ, mundo lenocinante; blandientibus amicis; monentibus, & minantibus qui auctoritatẽ publicam, vel priuatum imperium, in ſuas proles obtinent parentibus; contra eorũ nutus, contra monita, mandata, & minas, teneri pueruli, aut molles adoleſcentulæ, ſe ad eandem petram recipiãt. *Sap. 5. v. 7. Eſa. 46. v. 8.*

Prioris iſtius Iudicis filiolus vnicus, & hæres opimi patrimonij, deſponſatus puellæ nobili, ex Anglicana propagine, fideique proteſtãticæ, nullo terrore, ſuadelâ, vel ſpe percelli voluit, aut deturbari de recta ſententiâ: parens intonuit, ſocer admonuit, ſponſa etiam inuitauit ipſa (vtique nondum ſatis imbuta, nondum exculta vomere Orthodoxæ inſtructionis) omnes iunctis viribus (neque enim adhuc reſipuit parens) adoriũtur puerulum; ipſe vero imperterritus, & in petra immotus, circumſonantes illos fragores & fluctus excipiens frangit, nec frangitur in propoſito. Quâ tam in- *Vvalshai pueri in auita fide contra parentis imperium cõſtantia.*

ſigni conſtantiâ pueri, & conſideratâ ſoceri in extremis reſipiſcentiâ, ſponſa etiam conuerſa eſt ad fidem: à qua vt auerteretur poſtmodum, quid non adhibuit ardor & inclementia parentis? qui ægerrimè ferens ad meliora reductam filiæ mentem, modis omnibus allaborauit, eam à ſuſcepto conſilio abalienare, retrorſumque impellere; vnde & conuitijs ictibuſque impetitam, & crinibus vellicatam, cum ſibi eam lucrari non poſſet, ſolo ipſam præ furore alliſit.

Hæretici parentis in cõuerſam ad fidẽ filiam immanitas.

Hæccine parentis prouidentia, hæccine manſuetudo, comitas, & morum ciuilitas, exuere paternam humanitatem, & belluinam feritatem induere? monẽdo non minando, ſuadendo, non inſaniendo fides Chriſtiana ſeminari cœpit, ſeminata creuit, adulta floruit, florens fructificauit, fructificans perſeuerauit, & contra infernorum portas æternũ præualebit. Sed quis dignè admiretur illuſtrem Ephebum Ioannem Baronem de Curaghmore; qui in Angliam amandatus, vt palatinis moribus & inſtitutis aſſuefactus, praxim vrbanam & conſuetudinem aulicam illius nationis imbiberet: ſi in iſta officina alij vetus prouerbiũ

Aug.

Matth. c. 16.

comprobarunt, Heroum filios noctem eſſet & noxam Reip. hic contrà ſe probauit Heroum ſobolem, lucem & lucernam gentis ſuæ; qui lorica fidei indutus,& ſcuto fortitudinis munitus,aduerſus multos ictus, & grauia tentamenta quibus expoſitus fuit, in omnibus ſe cōſeruauit integrum & illæſum. Londini à ſuorum conuictu abductus in Palatium Cātuarienſis Antiſtitis, ibiq; multa humanitate delinitus,omnibus etiam commodis circumfluens, atque vrgentibus colloquijs ſolicitatus ad eiurandū ritum orthodoxū coram Rege ipſo, corā prætenſo Archiepiſcopo,& Regni optimatibus, non erubuit ſe profiteri Catholicum, & in Catholica religione educatum, nec ſaluâ animâ poſſe recedere ab auita educatione.

Intentio Archiepiſcopi hæc erat in tota illa ſedulitate & benignitate qua illum fouebat, & mirificis complectebatur officijs, vt in eo vno ad ſua dogmata ſeducto exemplum ſtatueret, & ſignum veluti ex alto prætenderet cæteris nobilibus ephebis, quos ex Hibernia eliciendos, & in Anglia inſtituendos definita ſententiâ, & certo conſilio decretū

Digitized by Google

fuerat: in qua mente etiamnum perſiſtit accerſitis iam ex Hibernia multis ex prima nobilitate adoleſcentibus: ſed elapſus ille ex manibus inſidiatoris, alijs etiã aperuit viam, qua itidem ipſi elabantur. Diceres Baronem eodem ſpiritu prædictũ fuiſſe, quo eximius ille martir Gordius apud D. Baſilium deſcribitur: Negem ego Deum in cuius cultu ſum educatus? Nonne cælum, ſol, & aſtra omnia lumẽ mihi clauderent ſuum? credam profecto humum quam pedibus tero mihi ruituram: Hæc vtique mens eſt plurimorum in Hibernia Catholicorũ; Hæc diuinæ erga ipſam nationem prouidentiæ teſſera.

Ite nunc quotquot eſtis ſectarii à veritate deſerti, recognoſcite mirificam Dei prouidentiam, & occulta eius conſilia ſuper indigenas Hiberniæ; attendite mirabilia magna ſuper eorum conſtãtiâ, & ſtabilitate in vera fide. Edocti tot exemplis admittite, *Durum eſſe contra ſtimulum calcitrare.* Deſinite exprobrare caſtris filiorum Iſrael, quos ſibi Dominus elegerat in populum & ſortem peculiarem. Nolite amplius vel pauperiem illis obiicere, vel inſcitiam, qui diuitias bo-

Act. c. 9, & 26.

nitatis & ſapientiæ Dei, affluenter in fide conſecuti ſunt; Nolite vobis theſaurizare iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicii Dei, qui nunc ſecundũ duritiã veſtrã & impœnitens cor, deſpicitis tenuitatẽ noſtrã, & tãquã iubati, & efferati leones, in fremitu conculcatis miſeram gentem, inſultando illi quaſi à Deo derelictæ, exultando autem veluti gigantes in viis veſtris, præfidentes veſtris viribus, veſtris copiis, opibus & fortunis; confidentes in conſiliis veſtris, in pace, proſperitate, prudentia: lætantes, & laſciuientes in ſtratis veſtris, in vxoribus, liberis, & clientibus veſtris, coronantes roſis capita veſtra, magnificantes opera veſtra, ædificantes domos, plãtantes vineas, hortos & pomaria: extruentes piſcinas aquarum vt irrigaretis ſyluam lignorum germinãtium; poſſidentes ſeruos & ancillas, multamque familiam; habentes armenta & magnos ouium greges; coaceruantes argentum & aurum, & ſubſtantias Regum ac Prouinciarum.

Rom. c. 2.

Pagana beatitudo.

Amos c. 6. Sapient c. 2. Eccl. c. 2.

ARTICVLVS VII.

In quo conſiſtat vera opulentia & fælicitas Chriſtiana.

Pſal. 143. BEATVM dixiſtis populũ cui hęc ſunt: nos vero beatum populum dicimus cuius Dominus Deus eius: Illa eſt Paganica beatitudo, quam & Turca, & Æthiops, & Perſa poſſit obtinere, quâ etiam ſupra multos, & ferè omnes principes Chriſtianos potiuntur; ſed nõ eſt illa defœcata fœlicitas, ad quam filij *Rom. c. 8.* Regni, *hæredes Dei, & cohæredes Chriſti*, boni & fideles Chriſtiani ſuſpirant; cui in ſuis operibus collimare, & ſanctis deſiderijs aſpirare norunt,

Aug. ex Senec l. de prouident. *Infœlix peccantiũ ſœlicitas.*

„ Nihil infœlicius fœlicitate peccan-
„ tium, quâ hoſtis interior roboratur, &
„ concupiſcentia nutritur, & virtus ſub-
„ ruitur, & fides ſubuertitur, ſuperbia gi-
„ gnitur, contumacia fouetur, nimia ſui
„ fiducia, cum cæterorum cõtemptu pro-
„ pagatur; quâ mens in terra defigitur, &
„ cœlo abducitur: quâ denique gloriatur,
„ & floret mundus; gloria verò cœleſtis
„ eiuſque æſtimatio in cordibus homi-

Digitized by Google

num exareſcit.

Non eſt illa via cœli; non eſt porta Domini per quam iuſti intrabunt; ſed via ſpecioſa ſæculi, & ſæcularium ſpatioſa ad interitum: via quæ læta quidem videtur in ingreſſu, ſed lutoſa in progreſſu, in egreſſu verò omnino luctuoſa.

Via Dei à via hominum ingens diſtãtia.

Longo inter ſe diametro diſtant viæ Dei, & viæ hominum; longo inter ſe diſcrimine ſeparantur iudicia vtriuſque, multo à ſe inuicem diuortio diſterminatur diuini numinis, & mundani nominis, cœli & terræ æſtimatio, multum diſcrepat vtriuſque calculatio. Alia eſt ſtatera hominis, alia Numinis: aliud pondus profanum; aliud ſanctuarij. Pulchrè D. Gregorius. Nolite, inquit, penſare quid habetis, ſed quid eſtis: Ecce mundus, qui diligitur fugit; Sancti iſti ad quorum tumbam conſiſtimus, florentẽ mundum mentis deſpectu calcauerunt; Erat tunc vita longa, ſalus continua, opulentia in rebus, fœcunditas in propagine, tranquilitas in diuturna pace; & tamen cum in ſe ipſo floreret, iam in eorum cordibus mundus aruerat: Ecce iam mundus in ſeipſo aruit, & adhuc in

Sermo. de SS. Nereo & Achilleo

Digitized by Google

" cordibus noſtris floret (loquitur in per-
" ſona mundanorum) vbique mors, vbi-
" que luctus, vbique deſolatio; vndique
" percutimur, vndique amaritudinibus
" replemur; & tamen cæcâ mente carna-
" lis concupiſcentiæ, ipſas eius amaritu-
" dines amamus, fugientem ſequimur, la-
" benti inhæremus:

Iniqua Chriſtianæ fœlicitatis æſtimatio. Illa prorſus deploranda cæcitas eſt, & miſerabilis inſcitia, ex iſtorum afluentiâ bonorum, quæ peſſimis etiam hominib⁹ cum bonis communia ſunt, metiri Chriſtianam fœlicitatem; quam tamen noſtri aduerſarij ſic trutinant in ſua *Prouer. 11.* ſtatera doloſa, vt nobis ora obſtruere ſe poſſe putent ſplēdidâ commemoratione diuturnæ pacis, & exundantiæ illarū commoditatum, quas mundus ſolet ſuis communicare mancipijs. Quid enim in ore Proteſtantium crebriùs ſonat, quam illa Dei benedictio, illa proſperitas, illa quietis diuturnitas, quam ſub Rege ſuo *Auguſt. l. de ciuit.* nunc obtinet Britannia? fatemur illa bona eſſe, fatemur Dei dona eſſe, ſed
" benè vtentibus ſolummodo illa vtili-
" ter à Deo donari. Quod ſi neglectis me-
" lioribus, quæ ad ſupernam pertinent
" ciuitatem, vbi erit æterna victoria, in

Digitized by Google

ſumma pace ſecura, bona iſta ſic concu- »
piſcuntur, vt vel ſola eſſe credantur, vel »
his quæ meliora creduntur, amplius di- »
ligantur, neceſſe eſt miſeria cõſequatur, »
& quæ inerat augeatur: Cœlum Cœli » *Pſal. 113.*
Domino: terram autem dedit filijs ho- »
minum. »

Illi igitur filij hominum, qui non ſunt veri filij Dei (quod ſine vera fide & orthodoxa Religione eſſe nequeunt) accipiunt à Deo de ſcabello pedum bona temporalia; Sed qui per gratiam fiunt conſortes diuinæ naturę, & in recta profeſſione vnius ſanæ doctrinæ, in gremio, pace, & vnione vnius Sanctæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ fideliter Deo famulantur, illis inamiſſibilis ſecuritas in perpetuas æternitates poſſidenda, in Regno Dei conſeruatur.

Par. 28. Pſal. 98. Eſa 66. 2. Pet. 1.

Sed nec illa proſperitas, quâ potiri ſibi videtur Britannia, adeo tribuenda eſt Nouatorum in fide nouello plaſmati; antiquior eſt & honorificentior illius Gubernij conſideratio, cuius iam à multorum annorum centurijs inchoationẽ, & primæuam originem repetendo, eiuſque propagationem, & ſtabilitatem huc uſque producendo; quemadmodum

Britãnica proſperitatis cui tribuenda ſit continuatio.

auſpicium tantæ, & tam fauſtæ molis; Eccleſiæ Romanæ, & Catholicæ religioni per eam illic prædicatæ, & obedienter ſuſceptæ competit; ita eiuſdem continuatio, & (ſi ita velit) perpetuitas, ab eadem originali motrice deſcendet. Impreſſit illa vitam, & vitalem motum huic tam perpolitæ machinæ, cuius adhuc reliquias iſta retinet; & primæ impreſſionis vim virtutemque genitalem, quamdiu non amiſerit, ex ipſa ſeminali ratione quam primitus accepit, poterit tantiſper durare in ſuo flore, donec vel reſtauret priſtinum vigorem, redeundo ad matricem Eccleſiam, vt refloreſcat magis; vel penitus abijciat naufragij tabulas, vt in exitium corruat irreparabile.

Conſtantinus Magnus ex antiquis epigraphis dictus vrbis liberator, quietis fundator, Reip. inſtaurator.

Prorſus ita concipio cum Britannicis Dominijs agi, quemadmodum olim cum Imperio Romano, ſub Conſtantio Ariano Imperatore. Pij ſiquidem & fœlicis Conſtantini magni parentis ſui (qui & pater Patriæ, vindex, atque aſſertor imperij, & inuictus eius reſtaurator merito habebatur) cum deſeruiſſet filius Conſtantius veſtigia, & nouam credendi formam ab Ario cuſam, & à ſequacibus

bus eiꝰ recuſam peſſimo regiminis omine amplecteretur; ex vi illius inſtitutionis, & formâ reſtaurationis, quam vitali influxu Conſtantinus Imperio indiderat, quaſi ſagitta electa ex arcu miſſa, eiuſdem manu tendebat recto curſu ad deſtinatum Reipublicæ ſcopum, qui in pace & victrice concordia, ac proſperitate conſiſtit, ſub Conſtantio iam mutato in deterius, nondum immutata fuit Imperii facies, quæ adhuc, in fronte ſua, fœlicitatis quãdam Imaginem habebat inſcriptam.

Itaque deuicto Magnentio tyranno apud Murſum Pannoniæ, cum Orientali Monarchiæ, quam accepit hæreditariam, adiiceret Occidentale Imperium, quod ex teſtamento Patris ſortitus fuerat germanus eius frater Conſtans (quẽ Magnentius proditione ſuſtulerat) blãdientibus Arianis, & ſuum Cæſarem æternum appellantibus, victoriam eius, Arianæ perfidiæ tribuentibus, quod ipſorum dogmata promoueret, in tantam venit arrogantiam, vt ſe totius orbis Dominum nominaret; ſeque ipſum, ex formula ab Arianis accepta, Æternum Imperatorem ſcriberet, ſuamque Æter-

Seu Sulp. l. 2.

Amm. Marcel. l. 15.

Iacobus Vſſerius in præf. libri de ſuc. Eccl.

lo noſtro pereunti properè ſuccurrere, & peſte pontificiâ laboranti facere velis medicinam. Nolunt quidam, & repugnant, & exitium ſuum prona cupiditate deſiderant: Sed ſubuenito miſeris, liberato pereũtes. Ad hoc tibi Deus ſummus commiſit Imperium, vt per te vulneris iſtius plaga curetur: facinoris eorum periculum ſcimus, erroris notæ ſunt pœnæ: ſed melius eſt vt liberes inuitos quam vt volentibus concedas exitium.

Nouatores ſuos Principes in perniciem orthodoxorum accẽdunt.

Ecce nouiciorum ingenium quam bellè conſpirat cum antiquis hæreticis, quibus artibus & technis moliũtur impellere ſuos Principes in perniciẽ Orthodoxorum: Ad hoc (inquiunt) cõceſſum Imperium, victoria, pax, tranquillitas, vt debellent veram fidem ex cordibus Catholicorum. Iſta eſt genuina ſuggeſtio noſtrorum Proteſtantium, illa eadem fuerat perſuaſio veterum Arianorum.

Nolo ego eſſe vates ad præſagienda futura; ſed quicquid euenerit, vel prouidente Deo ad noſtrum ſolamen, vel permittente ad ſupplicium; vnum habeo quod Principis inſtigatoribus, alterum quod fidelibus ſubditis hoc loco inſinuem.

Digitized by Google

Quia iam multo vſu, multiſque documentis comprobatum, atque ipſa aduerſariorum confeſſione receptum eſt, omnes conatus gubernatorum, quibus fidem Catholicam radicitus euellere, & ab imis fundamentis concutere moliebantur, ita vanos & irritos fuiſſe, vt quò magis illi opprimerẽt, eò illuſtrius iſta exſurgeret, atque inſtar palmæ, ſuperaddito ad radicem multo pondere, frondoſiùs & floridiùs ſuos ramos diffunderet; non ſe amplius fatigarent tã inutili & ingrato labore, vnde fructum meliorem non contrahant, quam odiũ, inuidiam, & offenſionem plurimorum: fruſtra enim niti, & nil niſi laborando odium quærere, extremæ inſipientię eſt.

Eradicandæ fidei irriti ſemper conatus.

Et fructus amariſſimi.

Et quia populis Hiberniæ, non alia in imis viſceribus religio inſidet, quam illa venerabili vetuſtate, & conſpicuâ ſucceſſione refulgens Apoſtolica Romana fides, qua primitus imbuti erant, quam & hactenus retinuerunt; faceſſat omnis in oppoſitum colluctatio; ne cõtra torrentem niti, aut Deo hominibuſque inuitis, cæleſtibus contraire conſiliis, humana & falſa prouidentia videatur.

Digitized by Google

Iacobus Vſſerius in præf. libri de ſuc. Eccl.

lo noſtro pereunti properè ſuccurrere, & peſte pontificiâ laboranti facere velis medicinam. Nolunt quidam, & repugnant, & exitium ſuum prona cupiditate deſiderant: Sed ſubuenito miſeris, liberato pereũtes. Ad hoc tibi Deus ſummus commiſit Imperium, vt per te vulneris iſtius plaga curetur: facinoris eorum periculum ſcimus, erroris notæ ſunt pœnæ: ſed melius eſt vt liberes inuitos quam vt volentibus concedas exitium.

Nouatores ſuos Principes in perniciem orthodoxorum accẽdunt.

Ecce nouiciorum ingenium quam bellè conſpirat cum antiquis hæreticis, quibus artibus & technis moliũtur impellere ſuos Principes in perniciẽ Orthodoxorum: Ad hoc (inquiunt) cõceſſum Imperium, victoria, pax, tranquillitas, vt debellent veram fidem ex cordibus Catholicorum. Iſta eſt genuina ſuggeſtio noſtrorum Proteſtantium, illa eadem fuerat perſuaſio veterum Arianorum.

Nolo ego eſſe vates ad præſagienda futura; ſed quicquid euenerit, vel prouidente Deo ad noſtrum ſolamen, vel permittente ad ſupplicium; vnum habeo quod Principis inſtigatoribus, alterum quod fidelibus ſubditis hoc loco inſinuem.

Digitized by Google

Quia iam multo vſu, multiſque documentis comprobatum, atque ipſa aduerſariorum confeſſione receptum eſt, omnes conatus gubernatorum, quibus fidem Catholicam radicitus euellere, & ab imis fundamentis concutere moliebantur, ita vanos & irritos fuiſſe, vt quò magis illi opprimerẽt, eò illuſtrius iſta exſurgeret, atque inſtar palmæ, ſuperaddito ad radicem multo pondere, frondoſiùs & floridiùs ſuos ramos diffunderet; non ſe amplius fatigarent tã inutili & ingrato labore, vnde fructum meliorem non contrahant, quam odiũ, inuidiam, & offenſionem plurimorum: fruſtra enim niti, & nil niſi laborando odium quærere, extremæ inſipientię eſt.

Eradicandæ fidei irriti ſemper conatus.

Et fructus amariſſimi.

Et quia populis Hiberniæ, non alia in imis viſceribus religio inſidet, quam illa venerabili vetuſtate, & conſpicuâ ſucceſſione refulgens Apoſtolica Romana fides, qua primitus imbuti erant, quam & hactenus retinuerunt; faceſſat omnis in oppoſitum colluctatio; ne cõtra torrentem niti, aut Deo hominibuſque inuitis, cæleſtibus contraire conſiliis, humana & falſa prouidentia videatur.

lo noſtro pereunti properè ſuccurrere, & peſte pontificiâ laboranti facere velis medicinam. Nolunt quidam, & repugnant, & exitium ſuum prona cupiditate deſiderant: Sed ſubuenito miſeris, liberato pereũtes. Ad hoc tibi Deus ſummus commiſit Imperium, vt per te vulneris iſtius plaga curetur: facinoris eorum periculum ſcimus, erroris notæ ſunt pœnæ: ſed melius eſt vt liberes inuitos quam vt volentibus concedas exitium.

Iacobus Vſſerius in præf. libri de ſuc. Eccl.

Nouatores ſuos Principes in perniciem orthodoxorum accẽdunt.

Ecce nouiciorum ingenium quam bellè conſpirat cum antiquis hæreticis, quibus artibus & technis moliũtur impellere ſuos Principes in perniciẽ Orthodoxorum: Ad hoc (inquiunt) cõceſſum Imperium, victoria, pax, tranquillitas, vt debellent veram fidem ex cordibus Catholicorum. Iſta eſt genuina ſuggeſtio noſtrorum Proteſtantium, illa eadem fuerat perſuaſio veterum Arianorum.

Nolo ego eſſe vates ad præſagienda futura; ſed quicquid euenerit, vel prouidente Deo ad noſtrum ſolamen, vel permittente ad ſupplicium; vnum habeo quod Principis inſtigatoribus, alterum quod fidelibus ſubditis hoc loco inſinuem.

Digitized by Google

Quia iam multo vſu, multiſque documentis comprobatum, atque ipſa aduerſariorum confeſſione receptum eſt, omnes conatus gubernatorum, quibus fidem Catholicam radicitus euellere, & ab imis fundamentis concutere moliebantur, ita vanos & irritos fuiſſe, vt quò magis illi opprimerēt, eò illuſtrius iſta exſurgeret, atque inſtar palmæ, ſuperaddito ad radicem multo pondere, frondoſiùs & floridiùs ſuos ramos diffunderet; non ſe amplius fatigarent tā inutili & ingrato labore, vnde fructum meliorem non contrahant, quam odiū, inuidiam, & offenſionem plurimorum: fruſtra enim niti, & nil niſi laborando odium quærere, extremæ inſipientię eſt.

Eradicandæ fidei irriti ſemper conatus.

Et fructus amariſſimi.

Et quia populis Hiberniæ, non alia in imis viſceribus religio inſidet, quam illa venerabili vetuſtate, & conſpicuâ ſucceſſione refulgens Apoſtolica Romana fides, qua primitus imbuti erant, quam & hactenus retinuerunt; faceſſat omnis in oppoſitum colluctatio; ne cōtra torrentem niti, aut Deo hominibuſque inuitis, cæleſtibus contraire conſiliis, humana & falſa prouidentia videatur.

Digitized by Google

Iacobus Vſſerius in præf. libri de ſuc. Eccl.

lo noſtro pereunti properè ſuccurrere, & peſte pontificiâ laboranti facere velis medicinam. Nolunt quidam, & repugnant, & exitium ſuum prona cupiditate deſiderant: Sed ſubuenito miſeris, liberato pereũtes. Ad hoc tibi Deus ſummus commiſit Imperium, vt per te vulneris iſtius plaga curetur: facinoris eorum periculum ſcimus, erroris notæ ſunt pœnæ: ſed melius eſt vt liberes inuitos quam vt volentibus concedas exitium.

Nouatores ſuos Principes in perniciem orthodoxorum accẽdunt.

Ecce nouiciorum ingenium quam bellè conſpirat cum antiquis hæreticis, quibus artibus & technis moliũtur impellere ſuos Principes in perniciẽ Orthodoxorum: Ad hoc (inquiunt) cõceſſum Imperium, victoria, pax, tranquillitas, vt debellent veram fidem ex cordibus Catholicorum. Iſta eſt genuina ſuggeſtio noſtrorum Proteſtantium, illa eadem fuerat perſuaſio veterum Arianorum.

Nolo ego eſſe vates ad præſagienda futura; ſed quicquid euenerit, vel prouidente Deo ad noſtrum ſolamen, vel permittente ad ſupplicium; vnum habeo quod Principis inſtigatoribus, alterum quod fidelibus ſubditis hoc loco inſinuem.

Digitized by Google

Quia iam multo vſu, multiſque documentis comprobatum, atque ipſa aduerſariorum confeſſione receptum eſt, omnes conatus gubernatorum, quibus fidem Catholicam radicitus euellere, & ab imis fundamentis concutere moliebantur, ita vanos & irritos fuiſſe, vt quò magis illi opprimerẽt, eò illuſtrius iſta exſurgeret, atque inſtar palmæ, ſuperaddito ad radicem multo pondere, frondoſiùs & floridiùs ſuos ramos diffunderet; non ſe amplius fatigarent tã inutili & ingrato labore, vnde fructum meliorem non contrahant, quam odiũ, inuidiam, & offenſionem plurimorum: fruſtra enim niti, & nil niſi laborando odium quærere, extremæ inſipientię eſt. *Eradicandæ fidei irriti ſemper conatus.* *Et fructus amariſſimi.*

Et quia populis Hiberniæ, non alia in imis viſceribus religio inſidet, quam illa venerabili vetuſtate, & conſpicuâ ſucceſſione refulgens Apoſtolica Romana fides, qua primitus imbuti erant, quam & hactenus retinuerunt; faceſſat omnis in oppoſitum colluctatio; ne cõtra torrentem niti, aut Deo hominibuſque inuitis, cæleſtibus contraire conſiliis, humana & falſa prouidentia videatur.

Digitized by Google

Athan. de Synod. Conſtantius in ſuis reſcriptis.

nitatem in pluribus reſcriptis ſubſcriberet; atque ita, qui filium Dei negabant æternum, patriuè conſubſtantialem & coæternum; turpiſſima adulatione & cæcitate, filium hominis & hominem mortalem, elogio æternitatis ornarunt.

Arianorũ aſtutia in ſua doctrina propagatione.

Ex illo igitur proſpero victoriæ ſucceſſu, quem ad propagandum Arianiſmum aſtutè rapuerunt Ariani, perſuadebant infœlici Conſtantio ſuam doctrinam iam diuino calculo eſſe comprobatam; vnde ille eidem errori, quã tenaciſſimè deinceps inhæſit, omnique conatu fimbrias eius dilatauit, quaſi in eo magnum Deo præſtaret obſequium; etiam ad modum Gentilium Catholicam Eccleſiam perſequens. Vt huius falſæ perſuaſionis intuitu, Lucifer Calaritanus Epiſcopus librum ad eum conſcriberet de Regibus Apoſtaticis, qui cum impiiſſimi fuiſſent, magnâ tamen fælicitate temporali potiti fuerant. *Vide Cõſtanti* (inquit) *tametſi contingat tibi in ſumma fœlicitate, in hac temporaria verſari vita; tamen magis timere debes, quod Dei reſerueris iudicio, &c.*

ARTICVLVS IX.

Nouatorum noſtrorum morem & furorem aduerſus orthodoxos bellè conuenire cum veteri vſu Arianorum.

QVOD Ariani Conſtantio; idem, nec diſſimili artificio ſuggerunt Regi Britanniæ noſtri ſectarii: multis encomiis deprædicant dulcedinem huius pacis, pacificum Regni ingreſſum, pacificam cum vicinis Principibus vnionem, & concordiam, prolem fructiferam, proſperitatem, & ſimilia: Ex his inſtigant ad ſeduliorem obſeruantiam nouellæ ſuæ doctrinæ, & ad expugnationem noſtri inſtituti. Hoc in conciliis, hoc in concionibus, hoc in ſcholis & Academiis, hoc verbis ſuis & ſcriptis inculcant, idque tanto ardore, & emphaſi, vt in ea pro aris ac focis laborare videantur: vnus è cæteris modernus ſcriptor ita Regem alloquitur. *Arianorũ fraudes Britannici proteſtantes æmulãtur.*

Vnum adhuc ſupereſt quod votis omnibus à Maieſtate tua expetunt omnes boni: vt popu-

Iacobus Vſſerius in præf. libri de ſuc. Eccl.

lo noſtro pereunti properè ſuccurrere, & peſte pontificiâ laboranti facere velis medicinam. Nolunt quidam, & repugnant, & exitium ſuum prona cupiditate deſiderant: Sed ſubuenito miſeris, liberato pereũtes. Ad hoc tibi Deus ſummus commiſit Imperium, vt per te vulneris iſtius plaga curetur: facinoris eorum periculum ſcimus, erroris notæ ſunt pœnæ: ſed melius eſt vt liberes inuitos quam vt volentibus concedas exitium.

Nouatores ſuos Principes in perniciem orthodoxorum accẽdunt.

Ecce nouiciorum ingenium quam bellè conſpirat cum antiquis hæreticis, quibus artibus & technis moliũtur impellere ſuos Principes in perniciẽ Orthodoxorum: Ad hoc (inquiunt) cõceſſum Imperium, victoria, pax, tranquillitas, vt debellent veram fidem ex cordibus Catholicorum. Iſta eſt genuina ſuggeſtio noſtrorum Proteſtantium, illa eadem fuerat perſuaſio veterum Arianorum.

Nolo ego eſſe vates ad præſagienda futura; ſed quicquid euenerit, vel prouidente Deo ad noſtrum ſolamen, vel permittente ad ſupplicium; vnum habeo quod Principis inſtigatoribus, alterum quod fidelibus ſubditis hoc loco inſinuem.

Digitized by Google

Quia iam multo vſu, multiſque documentis comprobatum, atque ipſa aduerſariorum confeſſione receptum eſt, omnes conatus gubernatorum, quibus fidem Catholicam radicitus euellere, & ab imis fundamentis concutere moliebantur, ita vanos & irritos fuiſſe, vt quò magis illi opprimerēt, eò illuſtrius iſta exſurgeret, atque inſtar palmæ, ſuperaddito ad radicem multo pondere, frondoſiùs & floridiùs ſuos ramos diffunderet; non ſe amplius fatigarent tā inutili & ingrato labore, vnde fructum meliorem non contrahant, quam odiū, inuidiam, & offenſionem plurimorum: fruſtra enim niti, & nil niſi laborando odium quærere, extremæ inſipientię eſt. *Eradicandæ fidei irriti ſemper conatus.* *Et fructus amariſſimi.*

Et quia populis Hiberniæ, non alia in imis viſceribus religio inſidet, quam illa venerabili vetuſtate, & conſpicuâ ſucceſſione refulgens Apoſtolica Romana fides, qua primitus imbuti erant, quam & hactenus retinuerunt; faceſſat omnis in oppoſitum colluctatio; ne cōtra torrentem niti, aut Deo hominibuſque inuitis, cæleſtibus contraire conſiliis, humana & falſa prouidentia videatur.

Digitized by Google

Qui contra ſtimulum calcibus incurrit, calces cruentabit, ſtimulum vero non retundet. Sapientes conſiliarij Pharaonis, dederunt conſilium inſipiens, de exterminandis Hebræorum maſculis; quorum non obſtante nimiâ cautelâ, Moyſes in fiſcella vndis eripitur, & ipſe populum ſeruituti ſubiectum, diuino munitus auxilio, liberat à duro opere, à luto, & latere fornacis Ægyptiorum: Superbum autem Deoque rebellem tyrãnum, cum inſequente multitudine populorum, fluctibus rubri maris inuoluit, & inuolutos deuoluit ad inferos.

Exod. 1.

Inſipiens conſiliariorum Pharaonis conſilium.

Num diffidamus de benignitate & Clementia Regis noſtri, quin prudentiori conſilio nixus, aliam nobiſcum rationem ſit initurus, quàm quæ à nouo Academico ſuggeritur, vt nos inuitos pertrahat in ſuum obſequium, ſi ſponte noſtrâ, contra mentem & conſcientiam nolimus eſſe obſequentes? Aliter theologatur D. Auguſtinus quàm nouellus hic Doctor; aliter gubernauit Auguſtus; aliter Philippus, aliter Conſtantinus, aliter Lucius, Ethelbertus, Edouardus, quam hic politicus regẽdum proponit:

Vſſerij Præpoſterum imprudenſque conſilium.

voluntariam vult oblationem Deus, nõ vero coactitiam; ſpontaneam & liberalem quærit ſeruitutem, non fictam & aſcititiam: in moralibus metus non ſolet eſſe diuturni magiſter officij; in naturalibus nullum violentum eſt perpetuũ; in ciuilibus optimum ſatellitium eſt ciuium beneuolentia: in ſpiritualibus nec meritum eſt, nec demeritum abſque libertate. *Monendo*, (inquit Auguſtinus) *non minando creuit religio Chriſtiana*: Et alibi ait, *credere nemo poteſt niſi volens*. Cur igitur inuitos, & repugnantes, putat iſte Theologus orthodoxos noſtros eſſe captandos?

Melius & humanius, viroque Eccleſiaſtico dignius conſilium foret, vt mutatâ gubernationis ſeueritate, quâ tamdiu adhibitâ, nulloque fructu ſecuto, niſi exacerbationis plurimorum; ſuaderet tandem rigorem iſtum in manſuetudinem transferendum; vt ſi forte hac deliniti, non traducerentur ad ſententiam in fide diuerſam, ſaltem pacatiores & placatiores incumberent in terrenã ciuitatem excolendam, & terreno Regi terrenum honorem promptioribus animis impendendum.

Viro Eccleſiaſtico dignum. conſilium.

ARTICVLVS X.

Illuſtratur officium tam Principis quam ſubditorum in hac diuerſitate & diſſonantia religionis.

Securitas ſecuritate paciſcenda.

ERRANT in forma regiminis iſti in religione errones, qui ſæuitiam Regi, & inclementiam ſuggerunt; & inuitos expugnari poſſe ſperant, quos clementia non ſuperauerit, humanitas nõ deuicerit, amor non deuinxerit: Argutum & tutum conſilium dedit olim magno Principi, magnus morum magiſter Seneca Philoſophus. *Cum ciuibus & ignotis atque humilibus eo moderatius agendum, quo minoris eſt afflixiſſe eos*; quare autem minoris, paulo ſuperius rationem dedit, quia *ſecuritas ſecuritate paciſcenda eſt. Errat ſi quis exiſtimet tutum ibi eſſe Regem vbi nihil à Rege tutum. Tantum neceſſe eſt, vt timeat, quantum timeri voluerit. vnum eſt inexpugnabile munimentum amor ciuium.*

Seneca l. 1. de clement. c. 21.

Digitized by Google

Quod Plutarchus in moralibus de ciuili regimine obſeruauit, mutationes in ſtatu firmiter ordinato, non carere turbationis periculo; locum ſuum habet in mutatione religionis. Quando igitur Natio Hibernica tot ſæculorum tranſactis curriculis, non aliã olim imbiberat, non aliam modò ſapit, non aliam intendit amplecti, quàm veterem illam, quam à Romanis prædicatorib⁹ exſuxerat, & in qua iam vſu inueterato conquieuit, in qua conſenuit; ſi eam ab hac euellere contendas, funem quidem contentioſum ducere, ſed ad optatum conformitatis finem, neutiquam perducere poteris. *Religionis inueterata non caret periculo mutationem.*

Vt difficillimum ac periculoſum eſt, „ annoſas arbores, quæ iam latè ſparsère „ radices, reuellere loco, & aliò tranſplã- „ tare: Ita Remp. longo tempore ſuis in- „ ueteratam inſtitutis, ad aliam vitę ratio- „ nem traducere non licet, citra maximos rerum motus. Idemque eſt iudicium de quocunque populo, doctrinæ cuipiam ab antiquo addicto. *Plutarchi verba.*

Salubrior itaque ſobrietas in regendo fuerit, quàm cum magnâ auſteritate velle dominari mentibus ad libertatem na- *Importunius irritata habet & muſica*

Digitized by Google

ſplenem, & formicis ſua bilis ineſt.

tis: quod ſi cum imperio & ſummo rigore omnia perrumpenda putauerint, meminiſſe debent non facile irritandos eſſe crabrones, muſcas habere ſplenem, & formicis ſuam bilem ineſſe. Quod nō ea mente à me dictum intelligi volo, quaſi ad ſeditiones, tumultus, aut turbas facem præferam, qui ad pacem & quietem toto animi nixu, & vocationis meæ nexu procumbo; ad quam etiam alios (ſiquando in diuerſum proclinantes noſſem) omni ſedulitate perſuaderem; quippè quod conſultius putem, & rebus ipſis multò accommodatius, noſtroque officio propius ſit, foro & tempori ſeruire, & imperij legitimè conſtituti ordinationibus non contrauenire; niſi quando, & in quantum diuinæ ſubiectioni, & ſanctionibus fidei, atque obedientiæ Catholicæ Eccleſiæ nos abſtrahere, & abſtractis ab vberibus piȩ matris, nouercali odio proſequentes animas, venenum exitiale nouorum dogmatum nobis propinare vellent.

Quid igitur de ſplene & bile, quid de crabronum irritatione, quaſi ad terrorē incutiendum percoquis? Timorem Domini vellem poſſe incutere violētis iſtis,

& turbulentis ſollicitatoribus noſtrorũ grauaminum, qui indies ſuggerunt ſanctiori Senatui, adeoque Regi ipſi, modos & artes exquiſitas aggrauandi noſtras miſerias; qui non contenti ſucco noſtro, & ſudore, ambiunt etiam ſanguinem noſtrum exhaurire & lambere: Deſpuunt nos tanquam opprobrium hominum & peripſema totius mundi; cum tamen ſępè fiat, iudicio Dei, quod in prouerbio circumfertur, vt qui inſpuerint in formicarum agmen, illis labia intumeſcant.

Habent Hiberni ſuum aſylum, habent ſuam arcem, propugnaculum, & ciuitatem refugij, habent quò confugiant ab ira ventura, *à ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano.* Arma eorum ſunt preces, & lachrymæ; turres fortitudinis, pręſidium & patrocinium ſanctorum ſuorum tutelarium; galeę verò, prouidentiæ Dei conſtans fiducia; ſcutum & gladius, vigilię, cilicia, ieiunia, diſciplinæ, ſuſpiria, fletus, carnis mortificationes, cum inuicta iniuriarum ſufferentia.

Hibernorũ Aſylum & propugnaculum.

Pſal. 90.

Sanguis Abel in terra fuſus ſine lingua clamauit ad cœlum; afflictio He-

Eccl. 35. v. 18.

breorum in fornace ferrea pertigit ad aures ſedentis in cœlo: Moyſis, etiam cum mutus eſſet, vox mentis à Domino audiebatur. Nonne *lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? A maxilla enim aſcendunt vſque ad cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* Dici ſolet Hibernicos indigetes, vltrici ſupplicatione ſolitos viſitare eos, à quibus honor eorum læditur: Et non timent vindictam Dei zelotis pugnaturi pro ſanctis ſuis? quos cũ exaltârit in gloria ſua, quemadmodum *exaltationes Dei in gutture eorum*: ita *gladij ancipites in manibus eorum: Ad faciendã vindictam in nationibus, & increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus & nobiles eorum in manicis ferreis; Vt faciant in eis iudicium conſcriptum.* O iudicium Dei conſcriptum & immaculatum, iudicium tremendum & horribile ſuper peccatores, qui opprimunt in iudicio pauperes, & trucidant rectos corde.

Vide Huntington. Archid. l. 1. Hiſt. 172.

Huius iudicij comminatione & terrore vtinam illi percutiantur accelerate, qui cauſam Catholicam, ſceleratâ ſuggeſtione grauant, & profeſſores eius de cætero innoxios, quaſi grauiſſimi fla-

Digitized by Google

gitij noxæque inexpiabilis reos, omni deſpectui, contumeliæ, opprobrio, & iniuriæ obnoxios faciunt. Veruntamen confidimus quod *Diſperdet Dominus vniuerſa labia doloſa: & linguam magniloquam. Qui dixerũt linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt? Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus.* *Pſal. 11.*

Exurge Domine & reſpice nos, exaudi preces ſeruorum tuorum; illumina faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum; & propitius intende populum iſtum, ſuper quem inuocatum eſt nomen tuum Deus. Reſpice vota & Orationes noſtras; Reſpice victimas labiorum, & quotidiana ſacrificia pro Rege noſtro, pro Concilio, pro Gubernatoribus & Præfectis eius, pro omnibus qui in ſublimitate ſub ipſo ſunt poſiti, vt cogitent cogitationes pacis & non afflictionis: & ipſe ſuper omnes diu & fœliciter regnans, ſic gubernet populos ſibi ſubiectos in temporali tranquillitate, vt nõ impediat eos ab æternâ in cœlis beatitudine conſequenda. *Daniel 9.* *Quotidiana Hibernorum ſacrificia pro Rege, &c.*

Duo erant quæ paulo ante cogitaui inſinuanda, iterumque hîc ſubiicio (quia

me neſcientem dolor abripuit, vt propoſitum ſermonem abrumperem) vnum his qui Regi proximè aſſiſtunt, in mandatis, legibus, edictis conficiendis; vt dignentur deinceps miteſcere magis; conſiderantes quam multa hucuſque mouerint, quam parum autem in negotio promouerint, contra profeſſionem Catholicam. Alterum eſt de ipſis Catholicis; vt in quācunque partem Regis animus transferatur, ſiue ad maiorem manſuetudinem exhibendam, ſiue ad ſeueritatem continuandam, ſeu flagella adhibeat, ſeu ſcorpiones; non deficiāt animo ex puſillanimitate, nec ex deſperatione aut impatientiâ ſe præcipitent.

Reip. moderator debet eſſe multiformis.

L. de Ioſeph.

His quidem qui præſunt eruditum præbet documentum doctiſſimus Philo I. Sicut Gubernator pro ratione vẽtorum mutat nauigationis ſubſidia, non
» vno modo nauem dirigens: Et medicus
» non vno ad omnes morbos vtitur reme-
» dio, ſed obſeruans intenſiones, ac re-
» miſſiones, repletiones, vacuationes,
» cauſarum mutationes, multa ad ſalutem
» variat, nunc hoc, nunc illud experiens:
» ſic opinor & Reipub. moderator debet
» eſſe multiformis, & multiplex; alius in

Digitized by Google

pace, alius in bello, aliter ſe paucis, ali- ”
ter multis opponens aduerſariis. ”

Eademque eſt ſententia de ſubditorum regimine: & quia Natio Hibernorum, cum perfectiſſima ſubiectione quã Regi noſtro polliciti incunctanter adimplent, omnes officij ſui numeros & partes exequendo, nullâ tamen induſtriâ ſe ſinunt abduci à fide & religione, quam in vniuerſum profitentur ex ductu & doctrina Romanæ Petri ſedis; in poſterum permittantur iuxta mentis ſuæ dictamen incedere: Et quia veteres populi, nouis de religione legibus neſciunt accommodari, ſciat Princeps per ſuum Baſilicum, iudicij & prudentiæ temperamento adhibito, leges ſuas iuxta populi conditionem moderari.

Interim vero, adeoque omni tempore & ſtatu, pergant ſubditi ſe ſubditos oſtendere; in omni licitâ, & neceſſariâ obedientiâ; reddentes Cæſari quæ Cęſaris ſunt, quando quod ſuum eſt Deo non ſubtrahitur. In quo quid omnes moneat D. Auguſtinus, in perſona vnius Bonifacij, libet ſubijcere ipſius verbis. *Aut bona, inquit, recepiſti ab Imperatore Romano, noli reddere mala: aut mala recepiſti,*

Matt. 12.
Mar. 12.
Luc. 20.
Epiſt. 70.

noli reddere mala pro malis , &c, Veruntamen vt Deum diligas, non diligas mundum, & in ipſis bellis (ſi adhuc in eis te verſari opus eſt) fidem teneas , pacem quæras : vt ex mundi huius bonis facias opera bona, & propter mundi bona non facias opera mala.

Digitized by Google

SECTIO SECVNDA,

In qua tractatur mira & vera imago, ſiue idea iactationis, ac trepidationis Catholicorum in Hibernia.

ARTICVLVS I.

Expediuntur conſiderationes diſrupti, & inopinatè interciſi Parlamenti.

EXPEDITA iam ſunt, & cõcluſa Regni Comitia; ſed citius concluſa quàm ſperabatur; nec tamẽ citiùs quam expediebat illa concludi: Multis vtique de cauſis id expediebat; ſed vna præferebatur in publico edicto, quo illa diſſoluta eſſe, & de Regis voluntate, & mandato diſſolui promulgabatur, in Octobri iam elapſo: Nimirum, vt publicis ſumptibus parceretur. Iuſta certè

Cauſæ comitiorum concludẽdorum.

Ann. 1615.

cauſa, præſertim in Regno non optimè nummato, multis grauaminibus attenuato, nouis onerato vectigalibus, bellorum incommodis non ita pridem exhauſto; & , quod grauiter tulerunt inquilini, ſubtractâ legitimâ pecuniâ, plurimorum facultatibus exſufflatis per vilem monetam, & æruginoſa randuſcula, quæ adaucto & mox imminuto valore (exeuntibus diuerſis edictis) in locum puri argenti & auri ſubintrauerunt, non ſinè maximo ſubditorum tum dolore tum diſpendio, ſub extremum Elizabethæ Regnum. Sed & in his ipſis Comitijs, vix dum reualeſcente ex tantâ & tam multiplici ægritudine corpore huius Reipub. cum alijs quæ præceſſerant tributis, ſubſidium impoſitum per vniuerſum Regnum, vt mobilium quaſi ſeptima, immobilium vero, agrorum, & fundorum annui prouentus, quintapars ſolueretur duabus penſitationibus, ad gratificandum Regi, eiuſque neceſſitatibus ſubueniendum. Quibus conſideratis, non iniuriâ factum eſt, vt prolixiores expenſæ abrumperentur, & ijſdem præcauendis Comitia præſcinderentur, ſolemnitate conſuetâ, & ritu

Pecunia legitima ſubtractio.

Grauiſſimum ſubſidiū per vniuerſū Regnum.

concludendi ſolito prætermiſſo: Nam & Statuta de titulo Regis in temporalibus recognoſcendo; de confiſcatione Dynaſtiarum Tironiæ, Tirconalliæ, aliorumque in Vlidiâ latifundiorum; ac nouâ Britannorum in ijſdem territorijs plantatione, iam ſcita & ſancita erant comitiorum auctoritate; conſenſu & approbatione in quibuſdam, in alijs ſilentio & trepidatione præualente.

Comitiorũ indicendorum cauſa precipua.

ARTICVLVS II.

Diſcrepantia ſuffragiorum in Comitijs vnde orta, & quomodo ſe geſſerint Catholici.

SED præter has cauſas, alia nobis ratio ſuberat optandi, vt quantocius illa finirentur: palpitabant nobis viſcera, ne fortè obruerentur noſtri à multitudine exterorum, qui de Scotiæ, Anglię, & Cambriæ partibus recenter aduentantes, quâ vi, quo iure, quâ induſtriâ, conſilio, iniuriâ, admittebantur ad ius ſuffragij, in Comitijs huius Regni; verebantur, nè, ſi contingeret cauſam

religionis agitari, malè nobis conſulerent noui ſuffragatores.

Elenchus Statutorũ comitialium.

Hoc nos eò ſtimulabat acrius, quòd in elencho Statutorum quæ conſcripta ferebantur, in Comitijs proponenda, multi inerant tituli contra orthodoxæ religionis cultores; de primatu Eccleſiaſtico; de matrimonio; de proſcribendis Eccleſiaſticis noſtris, & regularibus; de mulctandis eorum receptatoribus: hæc & his ſimilia pauorem nobis, & pœnè conſternationem inijciebant, nè vinceremur ſuffragiorum numero, quando res venirent in comitialem diſceptationem.

Nouorum & veterũ ſuffragatorum comitialiũ diſparitas.

In ſuperiori Aula, noſtrorum Procerum numerus non adæquabat aduerſam partem, propter Antiſtitum multitudinem, quâ illi præpollebant: in Aula verò inferiori quandò impares eſſemus, quid ſpei ſupereſſe nobis poterat? Addo quod in hoc ipſo Domicilio, Magnus cõmiſſariatus (qui ex præcipuis, & quaſi flore Comitiorum deligi ſolet, ad ea omnia diſcutienda, & pertractanda, quę maioris momenti videri poſſent, de quibus aliqua contentio, aut diſcrepantia inter Vocales accideret oriri) cum ex

Magnus commiſſariatus.

vnâ & viginti vocibus conſtaret, noſtri ex illo numero plures quam ſeptem non ſunt ſortiti. Veruntamen in tantâ votorum diſparitate, & partium ſtudio, hoc à noſtris ſumma contentione elaboratum eſt, & vel euictum conſtantiâ, vel ſupplici aſſiduitate & ſolicitudine impetratum, vt (quia multis geminatis querimonijs inſtabant contra æquitatem, & iuris formulam; contra inſtitutum Comitiorum, & libertatem multa fieri obtentu Regię prærogatiuæ, tam in multiplicandis municipijs, ad augendum numerum ſuffragiorum, quàm in admittēdis alienigenis, & aduenis, ad iura, immunitates, & priuilegia huius Regni; quàm deniq; in obtrudendo longo agmine domeſticorum Proregis, conſiliariorum, & Iudicum, contra morem Maiorum, & contrà ordinem, ac normã receptam gubernandi hanc politiam; ne poſteros lateret, quâ viâ, res tota geſta fuiſſet) ſolennis proteſtatio Catholicæ partis, in actis publicis conſcriberetur, & in manuſcripto Codice Parlamenti, ad perpetuam rei memoriam exſtaret conſignatum, veteres indigenas vim paſſos fuiſſe; quando & in ipſo atrio atque ad

Regia prærogatiua portenta.

Veteres indigenæ vim paſſi.

tu domicilij Parlamentarij, ad terrorem ingredientium collocato militum ſatellitio, cum haſtis, ſclopetis, & igniarijs reſtibus accenſis; tormentis quoque maioribus, per aream diſpoſitis; aduocatis etiam è longinquo pręſidiarijs cohortibus, ad pauorem augendum; & cum iſto militari apparatu, ipſi noui Coloni gladijs accincti, quaſi in arenam gladiatorũ, ſic in curiam hanc (quæ deberet eſſe aſylum pacis) deſcenderent: contra quos ſic tumultuariè intruſos, excipiebant indigenæ, tanquam contra illegitimos iuris patrij inuaſores; eorum noua municipia (quæ in multis inania tantum nomina erant, & vanæ ſine viris aut viribus vmbrę) in fraudem excitata fuiſſe, ad mancipandos ingenuos homines, & libera Hibernorum ingenia edomanda.

Municipiorum inania nomina.

Ex quo ortum eſt tàm ingens diſſidiũ, vt primo die comitiorum, factâ vtriuſq; partis ſeparatione, illis egreſſis, noſtri per aliquot horas retinuerint ſuum locũ impermixtè; nec deinceps in vnã cum illis ſocietatem coïre, aut vnum inire cætũ voluerunt; donec Imperio Regio, quaſi Alexandri gladio, nexus Gordius ſcindi magis, quam ſolui placuiſſet.

Ingens comitiorum diſſidium.

Itaque oppoſitio illa inſcripta eſt Comitialibus monumentis; nec debet in obliuionem abire vel illa, vel alia non minus inſignis eorum ſolertia, quâ viriliter obtinuerunt, nè Statutum quoddam ſanciretur de exigenda ſubuentione à prætenſo clero totius Regni; eò quod in eius prçambulo inſperſæ eſſent malignæ aliquot voculæ, contra ſummũ paſtorem, & approbatam Regularium ſocietatem (quam Antichriſti ſobolem falsò & inuidiosè ſugillabant,) nè igitur tàm fœda macula, & infamia tàm indigna, hominibus innocentiſſimis, & integerrimis operariis inureretur, effectum eſt, vt ſtatutum ipſum exploderetur. *Inſignis ſolertia, in obuianda Catholicorum infamia.*

Sed in tota hac, tam diuerſa & aduerſa votorum, & vocalium coitione, cum nec legitima ab illegitimis ſeparari, nec conuenas & colonos, ab indigenis & inueteratis inquilinis, tanquam paleas à tritico, expurgari poſſe, Rege obnitente, conſiderent; & iam deſperatum eſſet de ipſa innouatione deprecãda; noſtroſque procuratores in Angliam deſtinatos ad conſpectum Regis, nec faciles aditus, nec mollia tempora fandi cõſecu- *Deprecatores iniuſtitia in carceres retruſi.*

Digitized by Google

tos intelligeremus; & qui à nobis abierant veluti deprecatores iniuſtitiæ, paulò mitiorem cenſuram à Rege meruiſſe, quàm vt criminatores, & publicæ quietis perturbatores haberentur (Ex quorum numero nonnulli in diuerſos carceres retruſi erant, vt vel conſenſum, vel ſubmiſſionem præſtarent) quanta nobis interea trepidatio & metus, quanta cordis palpitatio & horror!

ARTICVLVS III.

Deſcribitur metus Catholicorum & pietas eorum.

OMNES propemodum inſulares Catholici, ad conſueta ſibi in aduerſis arma, ad preces, & Numinis deuotam ſupplicationem recurrunt, ſpe ſubnixi diuinæ prouidentiæ, vt, quod olim ad ſuos Alexandrinos Athanaſius, in magno eorum mœrore & luctu, de exilio & fuga, quam Imperator edicto
Zozom. l. 5. c. 14. præceperat pio Antiſtiti, *Bono*, inquit, *animo eſtote. Nebula enim eſt, & breui euaneſcet*, Id viciſſim ipſi ad ſe raperent; & humana

præſidia cum languerent omnia, in ſolâ Dei bonitate & clementiâ, tota illorum fiducia recumbebat.

Quamprimum inſonuerat certa præcepti notitia de Comitiis conuocandis, quia conglobata ante oculos omnium obuerſabatur ſpiſſa illa moles artificiorum, quæ præparauerat aduerſarius, quibus & viam ſibi præmunierant illi qui præſunt, ad ea certò concludenda, quæcunque ſibi ipſi præſtituebant ſancienda; pendebant animi omnes Catholici; non ſecus, quam puſillus ille Hebræorum populus, quem impius Aman ad internecionem deſignauerat, cum Aſſueri edictum penderet in Suſan.

Sed Mardochæi diligentia, & Reginæ Heſter ſupplicatio diſſipauit illam nubẽ, & odium infœlicis Aman reuoluebatur in ipſius ceruicem. Tota Hibernia quà Catholica, humiliabat ſe in conſpectu Dei, & quaſi reſperſa cinere, induta cilicio; ſacco circundata, in ieiuniis & orationibus proſtrata; in eleëmoſynas etiam ſolito effuſior, peregrinationibus addictior, & frequentior in Sacramentis percipiendis; laici cum clericis, hi cum Regularibus, omnes inter ſe æmu-

Heſter. c. 5.

Catholicorum Comitia ineuntiũ apparatus.

lantes chariſmata meliora; ſi fortè Deũ placare, & impendentem procellam poſſent amoliri. Huius deuotionis effigiem è ſubiecta diſce hiſtoria.

Socrat. l. 7. c. 22.

Theodoſii ad Conſtantinopolitanũ populum adhortatio.

Theodoſius Iunior, expetenti populo, cum exhiberet aliquando ſpectacula in circo; & tempeſtas horridior incumberet, per præconem hortatus eſt eundem populum ad precandum Deum, omiſſis ſpectaculis, vt ab imminente turbine liberarentur. Cui annuens populus in preces ſe dedit, ſic vt tota Ciuitas quaſi vna eſſet Eccleſia; ex quo, & aer ſerenus factus, & caritas in affluentiam commutata eſt: Ita concipiamus Hiberniam quaſi vnam ciuitatem factam; quaſi vnum Templum Hieroſolymitanum in feſto Paſchæ, Pentecoſtes, aut tabernaculorum; quaſi Baſilicam vaticanam, in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli; quaſi Conſtantinopolitanam S. Sophiæ Eccleſiam, glomerantibus, & ſe mutuo conſtipantibus populis: ſic noſtri in ſuis receſſibus, in illis ſuis clancularijs oratorijs reſonãtes ſuas preces, reboantes præconia diuinæ miſericordiæ, flectentes quodammodo & inclinantes cœlos ad exaudiendum gemitus

Inſignis pietas Hiberniæ.

compeditorum. Animo conſpiciamus ſacram Inſulam (ſic eam priſci appellabant) veluti, vnum Sanctuarium, diuerſis interſtinctum tabernaculis, & ſacrarijs, in quibus, inter veſtibulum & altare plorabant ſacerdotes, plorabat in atrio populus, plorabant omnes & implorabant diuinam opem; & ne plebē ſuam, ſortemque ſanctorum in æternū deſereret, vnanimes complorabant.

Hibernia dicta ſacra Inſula.

Feſtus Auienus in l. de oris maritimis

Ezech. c. 8.

Præter hanc domeſticam deprecationem, alios etiam adhibebant de lōginquo ſupplices, & exorando Numini comprecatores. Illi quorum Majores olim adierant Imperij culmen, & Principum huius mundi patrocinium exoptârant, vt religionis & patriæ tutelam ſuſcipientes, vim vi repellerent, & armis armatos propugnarent; iam demum conſiderantes altitudinem conſilij Dei, ſuper ſalute ſui populi, non in viribus, non in equis; non in arundineo baculo Ægypti, non in brachio carnis mortalis; ſed in dextera excelſæ virtutis Dei, & Domini Sabaoth confidendum eſſe, noua bella elegerunt, noua caſtra poſuerunt, nouos exercitus conſcripſerunt.

Patet ex actis parlament. ſub Henr. 8. ſub Elizabetha, &c.

Eſa. c. 36. 4. Reg. 18. Iudic. 5. v. 8.

Digitized by Google

Diuerſu patrocinium modernorum & antiquorum Hibernorum.

Itaque ſuos oratores libelloſque ſupplices illi miſerunt, ad amicos & notos, per præcipuas Europæ partes, quibus Eccleſia Catholica diffuſa eſt, ad vrbē Chriſtiani orbis matrem, Eccleſiaſticæ Monarchiæ ſedem; ad filias eius, & ſorores ſuas, in Italia, Hiſpania, Gallia, Belgio, Germania; peruenerat ſonus eius ad Pannonios, Sarmatos, & polo viciniores populos; omnium orabat opem vt precibus ſuis, alijſque pietatis officijs, Deo propitiando operarentur.

Geneſ. c. 18.

Et, qui Pentapoli pepercíſſet à ſulphure & incendio, ſi vel decem iuſti in quinque ipſis Ciuitatibus reperirentur, putas noſtræ non parceret inopiæ, tot millium Sanctorum interceſſionibus ſuffultæ? paulò etenim pauciora vota nobis ſuppetebant, quàm ſunt deuotæ, ac zeloſæ perſonæ, in omnibus illis quas enumerauimus regionibus; paulò pauciora expiacula, quàm ſunt in clauſtris illis, conuentibus, & capitulis qui ſacrificent; quando etiam aliqui inter eos duplicabant, quin & complures, quod credimus, centuplicabant pro nobis ſacrificia.

Digitized by Google

Magna merces, magnum eſt ſolamē, maximumque ſubleuamen Catholicæ Communionis, in cuius ſanctiſſima cō-page viuentibus, tot influentiæ meritorum, tot orationum, aliorumque operum eſt conſociatio; vt qui ſinguli ſibi ſunt inopes, & auxilii conſilijque impotes; aliorum munimine tuti ſint, & eorum diuitijs circumfluant. Non ſunt illa præſidia in compugnantibus Schiſmaticorum collibus; qui, cum ſe diuiſerint ab vnione totius corporis, & Sacramentum vnitatis violârint, cum nō poſſint palmites fructum ferre niſi manſerint in vite, pręciſi ipſi à vitali radice, & ſtipite exareſcunt. Hoc de omnibus ſectis ſemper verum fuit, eritque in ſēpiternum; ſiue illi veteres ſint, ſiue noui; ſiue Ariani, Macedoniani, Pelagiani; ſiue Proteſtantes, Familiſtæ, Puritani.

Magnum ſolamen catholicæ communionis.

Digitized by Google

ARTICVLVS IIII.

Deſcribitur confuſio Comitiorum ſimilitudine pugnæ naualis: & de querelis per Catholicos exhibitis.

SED ante ingreſſum Comitiorum quãta confuſio fuerit, quiſpiam fortaſſis aueat cognoſcere? nec tam facilè erit plenam, & veram eius imaginem contemplari.

Ad comitia coeuntium diuerſa ingenia & ſtudia.

Diuerſæ erant gentes; & diuerſa ingenia, diuerſiſſimaque ſtudia earum. Erant Hiberni, erant Angli, erant Scoti; erant Catholici, Proteſtantes, Puritani: nec coüituntur Iudæi Samaritanis. Catholicorum ſumma ſolicitudo fuit, nè quod detrimentum pateretur religio Catholica; nè quam iuris aut honoris ſui iacturam faceret ipſa Reſpublica: Anglorum non exigua fuit anxietas de Scotorum conſortio; nonnulla etiam de ipſorum tantilla ſublimatione æmulatio. Scoti contrà in nullo ſe inferiores Anglis, & de conſanguinei Regis

iuore præſidentiores, & in Comitio-
um iuribus, & in Coloniarum ſectis, &
 omnium titulorum, dignitatum, &
fficiorum communione, pari paſſu in-
edendum ſibi rati, nihil de ſuo ſpiritu
emittere ſtatuerunt.

Comitialiũ orthodoxorum perplexio.

Orthodoxi, quibus ſua religio, & onſcientiarum teneritudo præiudiciũ agnum faciebat, cum iam animo præ-igirent ſibi omnia deteriora; ancipites rant præſtaretne ſe omnino ſubducere b illa diuerſarum gentium & ſectarum ocietate, an potiùs in eandem cum ijs oitionem & conſeſſum deſcendere; erebantur enim obrui multitudine diſ-dentium ab ipſis, in negotio fidei: Itaue primi dies conſidendi erant turba-iſſimi. Cuius in diuersâ causâ turbatio-is ideam, expreſſiſſe videtur, his ver-is, D. Baſilius de ſuo loquens temore.

l. 1. de S. Spiritu. c. 30.

Pugna naualis.

„ Cui igitur comparabimus præſentẽ
„ atum? Profectò ſimilis bello nauali,
„ uod ex multo odio, ex veteribus offẽ-
„ s, inter ipſos per longum tempus alito
„ aumachi quipiam ac bellaces inſtitue-
„ unt. Nunc igitur, in hac imagine, mi-
„ i ſpecta terribilem vtrinque concursũ,

Digitized by Google

» mox, irâ iam eò erumpente, vt ſit im-
» medicabilis, vtramque partem ſimul
» proſtratam confici; Pone, ſi vis, vio-
Caligo » lento turbine circumagi claſſem, caligi-
» ginemque denſam è nubibus incumbe-
» re, adeoque obſcurare rerum viſibilium
» ſpecies, vt nulla ſit amicorum & hoſtiũ
» diſcretio, propterea quod ob confuſio-
Tempeſtas. » nem ſymbola militaria ſint ignota. HUIC
» imagini, propter euidentiam, addam⁹
» etiam mare intumeſcere, atque ab imo
» ſubuerti, rapidumque Aquilonem è nu-
» bibus deorſum erumpere, horribilem-
» que procellam ingentib⁹ fluctibus, quos
» trycinias vocant, exurgere: poſthæc,
» ventis vndique concurſantibus, totam
» claſſem inter ſe cum fragore collidi, at-
» que in conflictu, alios quidem veluti
» ſui proditores, ad ipſam deſperationem
» vltro transfugere; alios cogi vt pariter
» & Scaphas impellant à ventis actas, &
» occurrant irrumpentibus, ſeſeque mu-
» tuò per ſeditionem trucident: quam ſe-
» ditionem, partim iam ad extremũ pro-
» uecta inuidia, partim quæ ſingulis adeſt
» vincendi cupiditas excitauit. Ad hæc,
» cogita confuſum quendam & indiſcre-
» tum clamorem, per vniuerſum illud
mare

nare reſonantem, partim è ventorum „
ſtrepitu; partim è colliſione nauium; „
partim ex vociferatione præliantium, „
varias voces, pro ſingulorum affectibus „
emitti, vt neque naucleri, neque guber- „
natoris vocem exaudire liceat: ſed pro- „
digioſam quandam mixturam, confu- „
ionemque incredibilium malorum; dū, „
ob omnem vitæ ſpem ereptam prorſus „
non timent peccare. Adijce ijſdem, & „
immedicabilem quendam morbum, ac „
inſanabilem præ gloriæ cupiditate inſa- „
niam, vt cum nauis iam in fundum ma- „
ris deferatur, tamen nautici duces pri- „
mam aſſequendi laudem, contentionem „
non remittant. „

Tranſi iam ab imagine ad ipſum mali Archetipum: conſidera mihi domum Parlamentarem in eius auſpicio primoque conſeſſu, veluti nauem in pelago fluctuantem, & vectores, nautas, Naumachos inueterato inter ſe odio diſſidentes; conſidera terribilem vtrimque concurſum, dùm inter ſe de Prolocutore deſignando concertant; mox illā altercationem in iram prorumpere, cum per vim detrahitur is, quem catholici in ſede collocârunt: Deinde circum-

Domus parlamētaris veluti nauis fluctuans

agi claſſem ab eo qui gubernaculum tenebat, clauumque Reipub. quandò quæſtionibus adhuc indeciſis, & lite pendente, ad promiſcuum conſeſſum, & ſuffragiorum legalium, atque illegalium concretionem, varijs artibus, & induſtrijs inuitat; vt nulla remaneret hoſtium & amicorum diſcretio; ſed omnes cœcâ caligine inuoluerentur, & vera ſuffragandi ſymbola incognita remanerent: Iam verò quæ illa maris intumeſcentia? vera certè, non vmbratilis, quam illos ſubire oportebat, qui cæterorum nomine, pro vtraque parte, in Angliam traijcere debebant, ad iudiciũ Regis audiendum: ſed noſtri ſtridentem Aquilonem, alij Auſtrum; leniter afflantem experti ſunt, dùm controuerſia ipſa ex Regis voluntate terminaretur. Quæ poſtea colliſio claſſis, quæ proditio, quæ ventorum concurſatio, quia odioſum eſſet occulta omnia rimari, aut etiam multis cognita propalare, ſatis ſit innuere claſſem hãc in multas partes, iuxta modos inſuperabiles diſſectam fuiſſe; vt, partim ob publicam æmulationem, partim ob peculiarem ſuſpicionem, odium eſſet irre-

Digitized by Google

conciliabile: Et latens in viſceribus priuata ſimultas plus quandoque officit, quàm commune publicumque bellum.

Porrò is qui gubernaculo præſidebat, vel qui ei proximè aſſidebant, varijs cuniculis oppugnabant fœderatorum in fide conſtantiam; quâ ſuâ impugnatione ſi amouere poſſent à grege cuſtodiam moloſſorum, ouiculas prædæ expoſuiſſent; promiſſis tentabantur arietes, vt forte eos à grege ſeparari ſic contingeret, Cæſaris gratia ſpondebatur; cæterorum qui Regi grati habentur amicitia offerebatur; vnicus amicitiæ finis erat ad gratiam loqui; ac ſufficiens inimicitiæ cauſa opinionibus diſſentire: Alij impacti in arenas, vel ſub aqua latentibus ſcopulis illiſi, naufragium feciſſe, & perijſſe; alij, naufragis non abſimiles, & vndis immerſi, vix ad littus euadere potuiſſe referebantur. Et, quæ inter noſtros de primo recubitu contentio feruebat, maioris mali ſenſum in quibuſdam minuebat, in alijs penitus adimebat. Voluebantur inſuper, & quaſſabantur omnia putri baſi innitentia; dũque alij in alios viciſſim impetum faciunt, alij ab alijs ſubuertuntur. Mo-

Fœderatorum in fide opugnatio varia.

Digitized by Google

Quid quæque factio in comitijs contenderit. uent Hiberni pro mitigatione; mouēt Scoti pro officiorum communicatione; Angli nec illos promouere, & iſtos remouere vellent; nec poterant æquis intueri oculis, vt vel primarij Magiſtratus conſortes fiant Scoti; vel nè tolerationis in religione exſortes maneant Hiberni: In quo vtroque magno molimine laboratum eſt à Prorege, cum ſuis purpuratis. Sed & illud ſeuerè prohibitum ab ipſo fuerat, idque publicis edictis vſquequaque tranſmiſſis, ne qua pecuniarum collectio fieret in ſumptus eorum, quos noſtra Reſpub. Proceres, Equites auratos, & Iuriſconſultos adornauerat, vt cauſam coram Rege perorarent.

Catholici ab omni ſpe meliorum temporum ablactati. Sic igitur ablactati ab omni penitus ſpe meliorum temporum; nullâ etiam freti exſpectatione maioris indulgētiæ, lenitatis, ſuſpenſionis, ſed nec conniuētiæ quidem, in ſtatutis ſub Elizabetha R. contra Orthodoxæ fidei cultores dudum editis; tantum abeſt vt illa refigi poſſe ſperarent his Comitijs; vel de hoc læti quòd vetera grauamina nō ſint nouis adaucta corollarijs: deſiderabant mirum in modum noſtri ne Comitia ip-

à protraherentur, quæ multis, & exquiſitiſſimis argumentis extraxiſſe Prorgem, complures opinabantur, vt illis non intermiſſis, ipſe diutius poſſet dignitatem illam retinere, quam hactenus nemo ab Anglorum huc introitu, tot annis inoffenſo greſſu, & ſine interpoſitione obtinuit.

Nunc verò, Comitiis finitis, non deſunt interpellatores pro illo officio, viri ſanguine clari, & honore conſpicui: nec ipſi ardentius ambiunt illum Magiſtratum, quam ſubditi plerique ambiunt huius abſceſſum: quod etiam vt examiant, ſpem facit ſuſurrus ille tenuis, qui ipſorum auribus inſonuit de illo iã in Angliam reuocato. Sed caueant nè votum Siculæ viduæ pro Dioniſio, non ſecuto meliore ſucceſſore, in ipſos cõngat vſurpari. Quidquid autem euenerit, mutari præſentem optant; & ſiue id fiat tædio ſeueritatis, ſiue ſtudio nouitatis, ſiue etiam odio vel pauore viri verſatiſſimi in rebus politicis, & accuratiſſimi omnium exploratoris, qui multo iam vſu præpollens, perſonarum, locorum, negotiorum notitiam aſſecutus, & Catholicos non ſegniter perſe-

Subrogati erant duo gubernarcha in locum proregis, de quo vide sect 3. Apoſtrop. 24

Arthuri Cicheſtrij verſutia.

Val. Max.

cutus, vnum eſt omnium votum, vt in eius locum ſurrogetur alius, de quo minus periculum eſſet degenerandi in abuſum poteſtatis, quò minus comprehẽſam haberet artem & formam ſic dominandi.

Sæuioris imperij occaſio. Neque enim aliunde magis deſcendit audentia ſæuioris Imperij, quàm ex fiducia notitiæ induſtriæ, & ingenij proprij, coniuncta cum auctoritate, facultate, & viribus omnia peragendi pro arbitrio. Eſtque proprium domicilium, & quaſi τυραννεῖον atrocitatis in regẽdo, ſũma peritia, cum ſummâ auaritia mixta; ex illa oritur fulgor, ex iſta ardor, ex vtraque ſimul iuncta, furor & fulgur poteſtatis ex Imperio Deſpotico gerendę; vt ſi falces non ſufficiant, ſecures ſubſequantur: quin & (ex conſilio illius Leãdri) ſi leonina pellis non pertingat, vulpina pellis aſſuatur; eò nempè irrepere poteſt aſtutia, quò non valet irrumpere violentia. *Leandri conſilium.*

Habuit Hibernia ſuas vices patiendi iniquos gubernatores; habuit etiam ſuas lites & moleſtias deferendi eoſdem; habuit denique & lachrymas & mœrorem intuendo quàm exiguo, aut nullo

Digitized by Google

emolumento, ſuos queſtus expoſuiſſet, & ſine quæſtu ſupplicaſſet pro emendatione, & dolorum ſuorum medelâ adhibendâ.

Iuſta Hibernerum querimonia.

Digeſſerunt noſtri procuratores, in diuerſa capita, præcipuas Regni que-:imonias, & preſſuras, tam in ciuili quã n militari adminiſtratione; violentiam ˈraudem, corruptelam, concuſſionem ìubditorum, largitionem præfectorum letexerunt; vomicas & apoſtema Rei-›ub. aperuerunt; causâ autem morbi ·ognitâ, & ipsâ conſpectâ ægritudine, nedicamen poterat in procinctu eſſe, ıiſi medicus ab iſta occupatione ad aıas cogitationes deuocaretur: Non

Iniqua earundem interpretatio.

xpedire gentem hanc ſeditionibus aſ-ɹetam, tumultibus agnatam, nouitatius addictam, in re vlla audire contra ɹos gubernatores: non eſſe dehoneſtã-os Magiſtratus Regios, Præſides, aut 'rocuratores Prouinciarum; multo minus ipſum Proregem, cui ſi detur ſub-itis refragandi aditus, aut animus oponendi, frangi neruos Imperij, & Reiam elidi authoritatem. Itaque deſtiatis cognitoribus ex Anglia, qui de voıntate Concilij, ac Regis mandato,

Digitized by Google

Accuſatus ſua cauſa arbiter factus.

perdiſcerent veritatem querelarum quę exhibitæ fuerunt, primarius ipſe contra quem deferebantur, in iſta cognitione capienda præſidebat arbiter, & ſequeſter: Ipſe nimirum Prorex deſignatus eſt anteſeſſor, & in commiſſione præcipuus.

Vt autem hominum opinioni ſatisfieret, & querulorum voces reprimerētur, ſuppurantibus iſtis vulneribus, aliqua ſuperficie tenus obducenda videbatur cicatrix: adminiſtratores ipſi non tantum impunes, ſed etiam inculpati erunt; ſubminiſtri verò, & accenſi viles, ſemiſſes homines ex triuio, & planè triobolares, ſuſtinebunt inuidiam omnium earum querelarum quæ deferebantur; & ipſi aliorum vice, inſtar ſpinarum ardebunt & tribulorum, quæ malignitate & expilationibus ſuis exulcerant miſerum populum. Et quod de legibus quorundam Anacharſis ſimiles eſſe dicebat aranearum telis, quæ muſcas & ſimilia inſecta tenebant irretita; animalcula verò paulò validiora dimittebant: ità videbatur geſtũ in hac cauſa Gubernatorũ: Quod datur accipiũt noſtri, & in quo nõ audiuntur, obmuteſcũt.

Leges Anglicanæ ſimiles aranearum telis.

Digitized by Google

Ita in his, ita in alijs neceſſe habent ſubmiſsè gerere: vnum eſt in quo nul- debet, nulla poteſt ab eis extorqueri bmiſſio, vel conformitas; in his quæ ad ıltum Dei, & ſtatum conſcientiarum ertinent: in alijs deiectos eſſe conceda- us, in hoc eos erectos eſſe iuuat, & ſo- tam retinere conſtantiam.

Mirum videbitur cuipiam locorum & mporum ignaro, qui fiat, vt hæc incly- ı Hibernorum natio (ſiquidem inclyta) on potuerit hactenus æquabiliorem btinere gubernationis formam; ſi non ıclyta, quomodò tamdiu potuerit cõ- ruare religionis integritatem & ho- ıorem.

ARTICVLVS V.

lluſtratur præſens conditio Catholico- rum in Hibernia ex conſideratione vetuſtiſsimarum vrbium vel Re- rump. ex D. Auguſtino.

ITAQVE gens hæc in ijs quæ ad Deũ ſunt, magis inclyta eſt, quã in ijs quę ad ſæculum. In quo illi verè ſe compro- bant Regni terreſtris tanquam aduenas

In quibus Hiberni inclyti.

& peregrinos; ciues autem & inquilinos Hieruſalem cæleſtis, pro cuius honore decertant, magis quàm pro mundi rerumque mundanarum acquiſitione: Gratiâ Dei, peregrini deorſum, Gratiâ Dei ciues ſurſum.

Caini & Romuli comparatio. Duo celebrantur conditores ciuitatum famoſiſſimi: impius Cain, qui iuſtũ Abelem in prima propagatione humani generis interfecit: & infidelis Romulus, qui infidelem Remum in origine imperij trucidauit. Vterque fundamenta ſuæ ciuitatis fraterno ſanguine cruẽtauit; Hic, qui Rempub. gentium regnatricem ſolus inſtituere volebat, fratrem ſuſtulit, quia ambo eam tantam, quãtam ſi vnus eſſet, habere non poterant. Qui enim volebat dominando gloriari, minus vtique dominaretur, ſi eius poteſtas viuo conſorte minueretur: vt ergo totá dominationem haberet vnus, ablatus eſt ſocius, & ſcelere creuit in peius, quod innocẽtiâ minus eſſet & melius. Iſte vero Cain, non ob hoc peremit fratrem, quòd eius dominatus fieret anguſtior ſi ambo dominarentur: Abel quippe non quærebat Dominationem in eâ ciuitate quæ condebatur à fratre; ſed inuidentia

Aug. l. 15. de ciuit. c. 5.

lla Diabolica quâ inuident bonis mali, „
aulla alia cauſa, niſi quia illi boni ſunt, „
ai mali. Nullo enim modo fit minor ac- „
:edente, ſeu permanente conſorte, poſ- „
eſſio bonitatis: imo poſſeſſio bonitatis „
anto fit latior, quanto concordior eam „
ndiuidua ſociorũ poſſidet charitas: Nõ „
abebit denique iſtam poſſeſſionem, qui „
:am noluerit habere communem; & „
anto eam reperiet ampliorem, quanto „
mplius ibi potuerit amare conſortem. „
llud igitur quod inter Remum & Ro- „
nulum exortum eſt, quemadmodum „
duerſus ſeipſam terrena ciuitas diuida- „
ur, oſtendit: quod autem inter Cain & „
Abel, inter duas ipſas ciuitates Dei & „
ominum, inimicitias demonſtrauit. „

Bonum quo cõmunio melius.

Vtriuſque diſſidij, conditionem, in opulo Hiberniæ dominatore compe-iemus obumbratam; tam de cœleſti quã le terrena ciuitate altercante. Terrenæ lominationis prærogatiuam ſic habere olunt, vt in ea exercenda conſortem erre non poſſint; ſed quòd nos prohi-eant à municipatu, & iure cœleſtis Hie-uſalem, abſque ſumma iniuriâ & inui-liâ fieri non videtur: liuoris eſt & extre-næ impietatis rectè incedentium ſemi-

Cœleſtis ſimul & terrenæ Dominationis prærogatiuã Angli ad ſe rapiunt.

tas velle peruertere; & in erroris contubernium adducere velle inuitos, quos à tenebrarum caligine, diſcreuerat diuinæ coruſcationis radius.

Quatenus boni pugnare debeãt cum malis.

Pugnent igitur inter ſe (quando ita lubet) mali & mali, de malarum rerum cupiditate: pugnent boni cum malis, ne inficiantur earum fœditate: boni autem cum bonis, ad fontem perennis boni adſpirantibus, nulla poſſunt malignitate pugnare; ſed cum malis etiam ſubterfugiunt pugnare, maluntque ab ipſis malum perpeti, quam de malitia contendere.

An non hominibus ratione præditis iuſtum videbitur, & rationi conſentaneum, his terrenis implicari nolle, niſi vt cœleſtibus deſeruiant? Et vbi reſiſtẽdo non poſſis dignitatem tuæ cauſæ in propatulo tueri, reluctantibus, & circũfrementibus his, qui veritatem gratis oderunt, reuocando te ad calculos tuos; & aſcendendo ad ſuperiora domus tuæ, cum prouida Iudith, in occulto præſtat illam conſeruare incolumen.

Iudith 8.

Cauſa iuſta dignitas vel in occulto cõſeruanda.

Si non poſſis tantillum ex æquitate obtinere à Dominatoribus terrę, vt vnã Baſilicam palam accomodes ritui Ca-

Digitized by Google

ıolico in ea celebrando, vnum cœno-
um, vnam parochialem Eccleſiam, v-
ım Gymnaſium publicum iuuentuti
:udiendæ, ex certa & ſecura permiſſio-
:; ſatius eſt carptim illa arripere, & ra-
:im exercere in clancularijs domun-
ılis, tumultuario opere excitatis, cum
emore ſpiritus, & pace conſcientiæ;
ıam contra ius faſque adire Synagogã
alignantium, & aſſidere cathedris pe- *Plinius.*
lentiæ. Canes in Ægypto exareſcen- ››
ɔus præ ſiti faucibus, accedunt ad Ni- ››
m, fluenta bibunt, ſitim reſtingunt, nõ ››
ıo loco morantes, ſed curſim præter- ››
ıntes, lingunt aquam præterlabẽtem, ››
: ſi pedem figerent, dum lingua lam- ››
rent, à Crocodilo ad prædam excu- ››
nte raperentur in profundum: Aſſul- ››
ergo, & tranſultu repetito, deludunt ››
ıſtis inſidias, & ſuę proſpiciunt inco- ››
nitati. ››

Hanc prudentiam & ſagacitatem, ne- *Catholici*
ſſe habent noſtri multoties imitari, *Hiberni ſi-*
gente ſe vel remittente perſecutorum *miles cani-*
luſtriâ, creſcente vel decreſcente ca- *bus Nili.*
ıræ periculo. Sed in maximis angu-
s, maximum leuamen eſt, quòd po-
lus cum ſit vniuerſus ferè Catholicus

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

Hieroglyphico nautili piſcis exponitur modus viuendi Catholicorum in Hibernia.

Eccleſiaſtici Hiberni quales.

Orat. 2. de Theolog.

Prou 31.

HI SVNT noſtri nautili terreſtres (cum Nazianzeno loquor) per quos mare ac terra, continens & Inſularis, popularium commoditatibus, & commercijs pietatis inter ſe vinciantur; atque ad vſum Inſulæ coniungãtur, quæ naturâ, & ſitu continentis adeo inter ſe diſtincta ſunt. Hi ſunt illi inſtitores de longè panem portantes, quem frangant & diſtribuant eſurientibus populis, qui laborantes fame verbi Dei, reficiuntur illo cæleſti pabulo, per miniſterium ſuorum alumnorum: & quibus vitalẽ auram impertiti ſunt, ab illis cœleſtem reſpirationem, & vitæ vitalis alimoniam accipiunt.

Nautili ſunt, & inſigni hieroglyphico ſic poſſunt nominari: quod enim faciũt maritimi in aquis, hoc faciunt noſtri terreſtres nautili in terra firma, ſi bene cõſideremus

ideremus ingenia vtriuſque, quod non
)igebit ex Plinio producere.

Inter præcipua , inquit, miracula eſt » *lib.9.c.29.*
)iſcis qui vocatur Nautilus, ab alijs pō- » *hiſt.*
)ilus: ſupinus in ſumma æquorum per- » *nat.*
ıenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſ- » *Nautilus piſ-*
â omni per fiſtulam aquâ, velut exone- » *cis.*
atus ſentinâ facile nauiget; poſtea pri- »
na duo brachia retorquens, membra- »
ıam inter illa miræ tenuitatis extendit: »
Qua velificante in aura, cæteris ſubre- »
nigans brachijs, medio vt gubernacu- »
ɔ ſe regit: Ita vadit alto, liburnicarum »
udens imagine, & ſi quid pauoris inter- »
enit, hauſtâ ſe mergens aquâ. »

Delio Natatore opus eſt qui nobis in
rofundum vrinando, inde in lucem er-
at, oculiſque exponat ſymbolum hoc
autili piſcis, ſe in gurgitem immergen-
s, dum pauore concutitur, metu autem
xcuſſo, ſupinus ludit in ſuperficie ma-
s; erectoque tubulo exonerat aquali-
ulum ſuum marinâ ſalſugine; mox in-
er reductos brachiorum ſtipites veli-
uam expandit membranulam, quâ, in-
ar antennarum, ſpirantem in carbaſis
uram ſuſcipit, cæteriſque lacertis (octo
nim habet in vniuerſum) remos lentat

(extra nouas colonias) præbere ſibi poſſint mutuam operam, ad captandum effugium; ſi quando importunitas exagitantium, & inſequentium ſacerdotes præoccupare vellet inopinatos. In quo hi qui recenter appulſi, non ſatis noſcentes euadendi praxes, & nota receptacula, ſubitaneo metu ſuperueniente, quandoque capiuntur cum mure ruſtico, muribus vrbanis in tutum ſubductis, & in ſuas cauernas recedentibus.

Miſera Catholicorum cōditio.

Et hac ſibi ſuccedente occaſionum viciſſitudine, vt ſe palam efferant, vel in angulos proripiant; nimirum vel liberiori regreſſu ſeſe illi gerunt, vel in priuatis domicilijs, vel in ſaltibus & antris, vel intra paludum ſepta, aut conuallium repagula; vt, iuxta neceſſitatem charitatis, & intrà ſecuritatis iactum, vel appareant hominibus, vel diſpareant. In quo

Matth. ca. 20.

ſequuntur doctrinam Magiſtri ſui, qui monuit abeundū ex vna in aliam ciuitatem, quando in vno loco præ alijs ingrueret perſecutio.

Proteſtantes reliquis hæreticis in Catholicos aſperiores.

Concedunt hodie Agareni tributarijs ſuis, vt lege publicâ fruantur quibuſdā ſibi proprijs ſanctuarijs diuino cultui dedicatis: Conceſſerunt Ariani Princi-

pes,ſubditis Homouſijs; Cōceſſit Theo- doricus Rex; Conceſſit Rotharis; con- ceſſêre alij Proceres, & Dynaſtæ; con- ceſſit Ethelbertus Rex etiamnum Paga- nus Berthæ Reginæ de gente Franco- rum, cum Luithardo ſuo Epiſcopo; Cō- cedunt etiam hodie Catholici Princi- pes, commorantibus in eorum Domi- nijs diuerſarum ſectarum hominibus: Nobis verò hoc non conceditur, nec quidquam in hoc genere permittitur, niſi quod inuitis quodammodo extor- quetur, contra edicta, contra ſtatuta, contra ſolertiam perſequutorum; ſiue per interpolatas vices; ſiue per interpel- lationem, & inundationem nouorum ſubſidiariorum, qui non infrequentes ex tranſmarinis aduentant, nec frigent in procuranda proximorum ſalute; ſed illo pleni à quo miſſi ſunt, audent expo- nere animas ſuas, vt lucrentur alienas; ita ſuum zelum temperantes cum modera- mine inculpatæ induſtriæ, vt plerumque nec præcipites haberi velint, nec puſil- animes.

Zonaras, Cedrenus, Nicephor. l. 16. c. 35.

Beda lib 1. hiſt c. 25. Malm. l. 1. de Regib. Henr. Hū- ting l. 3. hiſtor.

Digitized by Google

(extra nouas colonias) præbere ſibi poſſint mutuam operam, ad captandum effugium; ſi quando importunitas exagitantium, & inſequentium ſacerdotes præoccupare vellet inopinatos. In quo hi qui recenter appulſi, non ſatis noſcentes euadendi praxes, & nota receptacula, ſubitaneo metu ſuperueniente, quandoque capiuntur cum mure ruſtico, muribus vrbanis in tutum ſubductis, & in ſuas cauernas recedentibus.

Miſera Catholicorum cõditio. Et hac ſibi ſuccedente occaſionum viciſſitudine, vt ſe palam efferant, vel in angulos proripiant; nimirum vel liberiori regreſſu ſeſe illi gerunt, vel in priuatis domicilijs, vel in ſaltibus & antris, vel intra paludum ſepta, aut conuallium repagula; vt, iuxta neceſſitatem charitatis, & intrà ſecuritatis iactum, vel appareant hominibus, vel diſpareant. In quo ſequuntur doctrinam Magiſtri ſui, qui monuit abeundũ ex vna in aliam ciuitatem, quando in vno loco præ alijs ingrueret perſecutio. *Matth. ca. 10.*

Proteſtantes reliquis hæreticis in Catholicos aſperiores. Concedunt hodie Agareni tributarijs ſuis, vt lege publicâ fruantur quibuſdã ſibi proprijs ſanctuarijs diuino cultui dedicatis: Conceſſerunt Ariani Princi-

pes, ſubditis Homouſijs; Cōceſſit Theodoricus Rex; Conceſſit Rotharis; conceſſêre alij Proceres, & Dynaſtæ; conceſſit Ethelbertus Rex etiamnum Paganus Berthæ Reginæ de gente Francorum, cum Luithardo ſuo Epiſcopo; Cōcedunt etiam hodie Catholici Principes, commorantibus in eorum Dominijs diuerſarum ſectarum hominibus: Nobis verò hoc non conceditur, nec quidquam in hoc genere permittitur, niſi quod inuitis quodammodo extorquetur, contra edicta, contra ſtatuta, contra ſolertiam perſequutorum; ſiue per interpolatas vices; ſiue per interpellationem, & inundationem nouorum ſubſidiariorum, qui non infrequentes ex tranſmarinis aduentant, nec frigent in procuranda proximorum ſalute; ſed illo pleni à quo miſſi ſunt, audent exponere animas ſuas, vt lucrentur alienas; ita ſuum zelum temperantes cum moderamine inculpatæ induſtriæ, vt plerumque nec præcipites haberi velint, nec puſillanimes.

Zonaras, Cedrenus, Nicephor. l. 16. c. 35.

Beda lib 1. hiſt. c. 25. Malm. l. 1. de Regib. Henr. Hūting l. 3. hiſtor.

Digitized by Google

(extra nouas colonias) præbere ſibi poſſint mutuam operam, ad captandum effugium; ſi quando importunitas exagitantium, & inſequentium ſacerdotes præoccupare vellet inopinatos. In quo hi qui recenter appulſi, non ſatis noſcentes euadendi praxes, & nota receptacula, ſubitaneo metu ſuperueniente, quandoque capiuntur cum mure ruſtico, muribus vrbanis in tutum ſubductis, & in ſuas cauernas recedentibus.

Miſera Catholicorum cõditio. Et hac ſibi ſuccedente occaſionum viciſſitudine, vt ſe palam efferant, vel in angulos proripiant; nimirum vel liberiori regreſſu ſeſe illi gerunt, vel in priuatis domicilijs, vel in ſaltibus & antris, vel intra paludum ſepta, aut conuallium repagula; vt, iuxta neceſſitatem charitatis, & intrà ſecuritatis iactum, vel appareant hominibus, vel diſpareant. In quo ſequuntur doctrinam Magiſtri ſui, qui monuit abeundũ ex vna in aliam ciuitatem, quando in vno loco præ alijs ingrueret perſecutio. *Matth. ca. 10.*

Proteſtantes reliquis hæreticis in Catholicos aſperiores. Concedunt hodie Agareni tributarijs ſuis, vt lege publicâ fruantur quibuſdã ſibi proprijs ſanctuarijs diuino cultui dedicatis: Conceſſerunt Ariani Princi-

pes,ſubditis Homouſijs;Cōceſſit Theodoricus Rex; Conceſſit Rotharis; conceſſêre alij Proceres, & Dynaſtæ; conceſſit Ethelbertus Rex etiamnum Paganus Berthæ Reginæ de gente Francorum,cum Luithardo ſuo Epiſcopo;Cōcedunt etiam hodie Catholici Principes, commorantibus in eorum Dominijs diuerſarum ſectarum hominibus: Nobis verò hoc non conceditur, nec quidquam in hoc genere permittitur, niſi quod inuitis quodammodo extorquetur, contra edicta, contra ſtatuta, contra ſolertiam perſequutorum; ſiue per interpolatas vices; ſiue per interpellationem, & inundationem nouorum ſubſidiariorum, qui non infrequentes ex tranſmarinis aduentant, nec frigent in procuranda proximorum ſalute; ſed illo pleni à quo miſſi ſunt, audent exponere animas ſuas, vt lucrentur alienas; ita ſuum zelum temperantes cum moderamine inculpatæ induſtriæ, vt plerumque nec præcipites haberi velint, nec puſillanimes.

Zonaras, Cedrenus, Nicephor. l.16.c.35.

Beda lib 1. hiſt c. 25. Malm.l.1. de Regib. Henr.Hūting l.3. hiſtor.

Digitized by Google

(extra nouas colonias) præbere ſibi poſſint mutuam operam, ad captandum effugium; ſi quando importunitas exagitantium, & inſequentium ſacerdotes præoccupare vellet inopinatos. In quo hi qui recenter appulſi, non ſatis noſcentes euadendi praxes, & nota receptacula, ſubitaneo metu ſuperueniente, quandoque capiuntur cum mure ruſtico, muribus vrbanis in tutum ſubductis, & in ſuas cauernas recedentibus.

Miſera Catholicorum cōditio. Et hac ſibi ſuccedente occaſionum viciſſitudine, vt ſe palam efferant, vel in angulos proripiant; nimirum vel liberiori regreſſu ſeſe illi gerunt, vel in priuatis domicilijs, vel in ſaltibus & antris, vel intra paludum ſepta, aut conuallium repagula; vt, iuxta neceſſitatem charitatis, & intrà ſecuritatis iactum, vel appareant hominibus, vel diſpareant. In quo *Matth. ca. 20.* ſequuntur doctrinam Magiſtri ſui, qui monuit abeundū ex vna in aliam ciuitatem, quando in vno loco præ alijs ingrueret perſecutio.

Proteſtantes reliquis hæreticis in Catholicos aſperiores. Concedunt hodie Agareni tributarijs ſuis, vt lege publicâ fruantur quibuſdā ſibi proprijs ſanctuarijs diuino cultui dedicatis: Conceſſerunt Ariani Princi-

pes, ſubditis Homouſijs; Cōceſſit Theo- *Zonaras,*
doricus Rex; Conceſſit Rotharis; con- *Cedrenus,*
ceſſêre alij Proceres, & Dynaſtæ; con- *Nicephor.*
ceſſit Ethelbertus Rex etiamnum Paga- *l. 16. c. 35.*
nus Berthæ Reginæ de gente Franco- *Beda lib 1.*
rum, cum Luithardo ſuo Epiſcopo; Cō- *hiſt. c. 25.*
cedunt etiam hodie Catholici Princi- *Malm. l. 1.*
pes, commorantibus in eorum Domi- *de Regib.*
nijs diuerſarum ſectarum hominibus: *Henr. Hūting l. 3. hiſtor.*
Nobis verò hoc non conceditur, nec quidquam in hoc genere permittitur, niſi quod inuitis quodammodo extorquetur, contra edicta, contra ſtatuta, contra ſolertiam perſequutorum; ſiue per interpolatas vices; ſiue per interpellationem, & inundationem nouorum ſubſidiariorum, qui non infrequentes ex tranſmarinis aduentant, nec frigent in procuranda proximorum ſalute; ſed illo pleni à quo miſſi ſunt, audent exponere animas ſuas, vt lucrentur alienas; ita ſuum zelum temperantes cum moderamine inculpatæ induſtriæ, vt plerumque nec præcipites haberi velint, nec puſillanimes.

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

Hieroglyphico nautili piſcis exponitur modus viuendi Catholicorum in Hibernia.

Eccleſiaſtici Hiberni quales.

Orat. 1. de Theolog.

Prou 31.

HI SVNT noſtri nautili terreſtres (cum Nazianzeno loquor) per quos mare ac terra, continens & Inſularis, popularium commoditatibus, & commercijs pietatis inter ſe vinciantur; atque ad vſum Inſulæ coniungãtur, quæ naturâ, & ſitu continentis adeo inter ſe diſtincta ſunt. Hi ſunt illi inſtitores de longè panem portantes, quem frangant & diſtribuant eſurientibus populis, qui laborantes fame verbi Dei, reficiuntur illo cæleſti pabulo, per miniſterium ſuorum alumnorum: & quibus vitalẽ auram impertiti ſunt, ab illis cœleſtem reſpirationem, & vitæ vitalis alimoniam accipiunt.

Nautili ſunt, & inſigni hieroglyphico ſic poſſunt nominari: quod enim faciũt maritimi in aquis, hoc faciunt noſtri terreſtres nautili in terra firma, ſi bene cõſideremus

ſideremus ingenia vtriuſque, quod non pigebit ex Plinio producere.

Inter præcipua, inquit, miracula eſt „ piſcis qui vocatur Nautilus, ab alijs pō- „ pilus: ſupinus in ſumma æquorum per- „ uenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſ- „ sâ omni per fiſtulam aquâ, velut exone- „ ratus ſentinâ facile nauiget; poſtea pri- „ ma duo brachia retorquens, membra- „ nam inter illa miræ tenuitatis extendit: „ Qua velificante in aura, cæteris ſubre- „ migans brachijs, medio vt gubernacu- „ lo ſe regit: Ita vadit alto, liburnicarum „ ludens imagine; & ſi quid pauoris inter- „ uenit, hauſtâ ſe mergens aquâ. „

lib. 9. c. 29. hiſt. nat. Nautilus piſcis.

Delio Natatore opus eſt qui nobis in profundum vrinando, inde in lucem eruat, oculiſque exponat ſymbolum hoc nautili piſcis, ſe in gurgitem immergentis, dum pauore concutitur; metu autem excuſſo, ſupinus ludit in ſuperficie maris; erectoque tubulo exonerat aqualiculum ſuum marinâ ſalſugine; mox inter reductos brachiorum ſtipites velifluam expandit membranulam, quâ, inſtar antennarum, ſpirantem in carbaſis auram ſuſcipit, cæteriſque lacertis (octo enim habet in vniuerſum) remos lentat

in vndis, & remigio pariter, & velificatione ſe prouehẽs, medio temone ſe gubernat, quẽcumq; in portũ velit inuehi.

Eccleſia Hiberniæ effigies. Me quidem interprete, in iſta nauigãtis piſciculi ſubiecta imagine, fas erit effigiem intueri huius noſtræ Eccleſiæ, & cœtus Catholicorum Hiberniæ, ſub turbine ſectariorum in ea dominantium: Si qua detur ſerenitas, ſi qua maris malacia, ſi qua intercapedo vexationum, videtur illa cymbula vectoribus ſuis plena geſtire, volare ſuper vndas, ludibunda fluitare, flatu proſpero velificari: ſed reflante perſecutionis procellâ, luctu & fluctu abſorbetur, vt vix appareat veſtigium eius, vix indicium reperiatur. Paulò antè gregatim accurrebant ad eam filij eius & filiæ; ſed vbi ſæua tempeſtas oboritur, concurſus ille, & occurſus diſſipatur; nec iam læta facies agminum ad nota ſibi ouilia venientium; ad peccatorum exomologeſim, ad ſacram ſinaxim, ad pias conciones, & alia ſibi conſueta munia, ſe mutuò prementibus turbis, aduentantium.

Iam vela altarium dimittuntur, iam pſalmodia omittitur; nec ſymphonia vocum admittitur in ſolemnibus cele-

Digitized by Google

brandis: Et qui paulò antè velis remiſ-
que vtendum ſibi rati, Pontificijs ornati
indumentis, eo meliori modo quo po- *Cubilium ſepta pro oratorijs.*
terant, cum ſuis incedebant infulis &
mytris intra ſuorum cubilium ſepta, quę
pro oratorijs, & vice baſilicarum pręparabant: iam iamque in occultos receſſus
ſe coguntur abdere, nec niſi paucis, &
ſelectioribus patet ad eos aditus.

Iſtæ antennæ, & carbaſa extenſa inter *Eccleſia duo gradus.*
duo priora Nautilorum brachia poſsūt
obijcere noſtris obtutibus memoriam
duorum in Eccleſia graduum, Hierarchici nimirum, & Regularis, inter quorum lacertos protenſa Chriſtianæ nauigationis armamenta, Religionis Catholicæ inſtrumenta, & apluſtria huius nauiculæ, ſinu ſuo continent auram illam
cœleſtis gratiæ, quam per diuina Sacramenta nobis inſpirant; fœliciter nāque *Thom. de Kempis.*
nauigant, quos gratia Dei ſubuehit; fœliciter euacuantur, quos ſentina pœnitentiæ exonerat ſalſedine peccatorum;
fœliciter ſubremigant, *qui curam omnem ſubinferentes miniſtrant in fide ſua virtutem,* *2. Petr. 1.*
in virtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiam, in abſtinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore fra-

Digitized by Google

ternitatis charitatem : fœliciter medio gubernantur clauo, qui eius obtemperant voci &imperio, quem Chriſtus loco ſuo conſtituit Eccleſiæ Nauarchum, cui clauum huius nauiculæ commiſit, quando tradidit ei *claues Regni Cœlorum.*

Matt.16.

Hoc ſemper cordi fuit, nec velle ſolum, ſed facere etiam gratum fuit iſti Catholicorum cętui, quâ datâ viâ & opportunitate ſe probandi obedientes Eccleſię Catholicę filios. Hoc illi nitebantur comprobare tum alijs occaſionibus, tũ etiam in Comitijs Henricianis, quandò prima inhorruit ſæuiſſima tẽpeſtas contra Orthodoxos Chriſti cultores, ſub Rege, viribus quidem potente, ſed appetituum ſuorum impotentiſſimo; dum fœdo ſchiſmate perforaret cymbã Britannicam, vſurpando quam non potuit Eccleſiaſticam Nauarchiam.

Comitia Henriciana.

Sed illam malè aſſutam, peius aſſumptam, peſſimeque occupatam ab Henrico poteſtatem, rectè diſſuebat, religioſè deponebat, & prudenter abſtergebat Catholica eius filia Maria, Regina longiore digna æuo, & Regno, vę autem nobis quod illi præmaturè è viuis ſublatæ, & in cæleſtibus, quod ſperamus, col-

Maria Angliæ Regina.

Digitized by Google

locatæ ſucceſſit altera Henrici filia, ſorori diſſimilis, patri non abſimilis, quę incidit in eandem vſurpationem, iiſdémque ſe caſſibus induit ſchiſmaticæ hierarchiæ ſibi arrogandæ; vt ipſa clericatus exſors, cleri tamen totius apex, & caput haberi vellet. Hæc perturbauit omnia quæ Regina ſoror ante reſtaurauerat. Quâ demum concedente fato, quamprimum de eius deceſſu fama deferebatur in Hiberniam, Orthodoxi incolæ per vrbes & agros gaudio tripudiare, gratias Deo cœli magnificas perſoluere, omnia ritu Catholico celebrare, & in locis debitis omnia peragere; Eccleſias quaſdam poſtliminio recuperando, purgando, ornãdo; de Rege ſucceſſore, matris Catholicæ & Martyris filio, optimè ſperando, ſe in omnibus ita gerere geſtiebant, vt notum orbi Chriſtiano facerent, non aliam ſibi in præcordijs infixam eſſe quam Catholicam religionem.

Auſa Catholicorũ poſt obitũ Elizabethæ.

Spes de Iacobo Rege fruſtrata.

Arridebat illis hæc publica oſtenſio, & fidei ſuę tam aperta profeſſio, ſed, poſt pluſculas ſeptimanas perceptâ notitiâ de Regis voluntate in aduerſum nitente, triſtitiâ & mœrore abſorpti, vela con-

trahebant,& caput ſuum paulò ante vicinum nubibus,iam fluctibus obnubere compellebantur: Et ne rurſus ſe in altũ efferre auderent tot afflictionibus atterebantur,vno & ferè altero luſtro ſubſequente, vt demerſam in profundum nauiculam putares. Nec tamen omnino demerſa, ſed mœrebat tamen, & manebat in ſuis antris littoralibus,donec iam nuper indicta à Rege Comitia, nouam præberent occaſionem demonſtrandi ſuum zelum, & fidem quam profitebantur: de quo in ſuperioribus nonnulla, & alibi opportuniori loco plura nobis & alijs dicenda erunt.

Vide infr. Sect. 3. Art. 7. n. 183.

ARTICVLVS VII.

In quo conſiſtat vera gloria Catholici hominis: Et quis propriè vrbanus, quis barbarus ſit.

Miſopatridum obtrectatio.

EANT nunc obtrectatores noſtri, veri Miſopatrides; moliantur gentis noſtræ gloriam obſcurare; nobis ob-

Digitized by Google

ijciant, vel inopiam cenſus, vel anguſtos lares, vel amictum leuidenſem, vel alias, ſi ita volunt, quiſquilias & neuos. *Hæc eſt gloria noſtra, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Domini eſt aſſumptio noſtra, & ſancti Iſrael Regis noſtri. In ipſo*, ex Apoſtoli mēte, *gloriamur, quoniam in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. gloria huius mundi præterit cum figura eius*; ſiue illa in diuitijs; ſiue in voluptatibus, & lenocinijs carnis; ſiue in ventris ingluuie, & menſarum apparatu; ſiue in luxu veſtimentorum, in tela byſſina vel bracteata: hæc omnia, & honor etiam ac celebritas ſæculi, vel vt ſtercora vermium ſunt, vel ipſa *ſtercus & vermis*.

2. Corint 1. verſ. 12. *Pſal. 88.* *Act. 17. vſ. 28.* *1. Machab. 2.*

Vera Chriſtiani hominis dignitas, vera gloria in vera virtute conſiſtit; quam ſi quæras citrà veram & orthodoxam fidem, vmbras & laruas conſectaris; &, vbi te inutili labore fatigaueris, nihil niſi vanitates & ſomnia conſequeris. Nos igitur qui, cum Apoſtolo, gloriamur in „ infirmitatibus noſtris; pacē cum his qui „ oderunt pacem habituri; & iuſtificati ex „ fide (quæ per dilectionem operatur) pa„ cem habebimus ad Deum, per Domi„ num noſtrum, Ieſum Chriſtum; per „

Chriſtiani in quo vera conſiſtat dignitas. *2. Cor. 12.* *Pſ. 119.* *Rom. 5.* *Gal. 5.* *Roma. 5.*

" quem & habemus acceſſum per fidem,
" in gratiam iſtam in qua ſtamus ; & glo-
" riamur in ſpe gloriæ filiorum Dei: Non
" ſolum autem, ſed & gloriamur in tribu-
" lationibus, ſcientes quod tribulatio pa-
" tientiam operatur, patientia autem pro-
" bationem, probatio verò ſpem, ſpes au-
" tem non confundit.

Ingeniorũ morumque lata inter mortales diſſonantia.

Quod ſi propter differentiam linguæ, aut diſcrepantiam habitus, aut ingenij noſtrorum, vel etiam morum à Britannicis diſſonantiam, deſpicatui nos ducãt, aut contemnendos exiſtiment; conſiderare debent, quanto diuortio diſtat à Gallicana lingua Britannica ; quanto diſſidio à moribus & dialectis Hiſpanicis, mores & dialecti Gallicani; quanto ab vtriſque, Germanorum conſuetudo viuendi pariter & loquendi ſeparetur; & ab omnibus enumeratis Italorum ingenia rituſque non exiguo diſcrimine abiunguntur ; & ab his, cæteriſque, Poloni, Pannonij, Daci, Dalmatæ ; quorum diuerſitatem in loquela, accentu, inſtitutis, legibus, moribus, ingenijs, affectionibus, ſtudijs, indole, educatione, multis & ferè innumeris modis inuicem diſcriminatis, poſſis obſeruare (de qui-

Digitized by Google

bus præter alios, etiam Iohannes Boëmus Aubanus tractatum conſcripſit) nec ob hanc vocis, aut veſtitus, aut aliam huiuſmodi varietatem, noſtri tam ſeuerè arguendi ſunt, aut damnandi; niſi omnes omnino nationes damnare, & ſuppeditare velimus. Noſtras quantumcũque exiles maculas, Rhadamanthiâ ſeueritate culpant, & ſtringunt *ſtilo ferreo in vngue adamantino*; ſuas autem labes, quas habent non paucas, non tam detergunt quam oblinunt. Ipſi ſibi vrbani admodum, & ciuiles habebuntur, & præ ſe, alios rudes habebunt & Barbaros: ſic apud Cyrillum Iulianus Apoſtata, Barbarum D. Iohannem vocat, eo quod fortaſſe externæ linguæ erat; fuit enim Hebræus, ex Hebræis, & non de regione & terra Græcorum. Sic Michael Imperator, Romanorum linguam calumniabatur vt Barbaram; de quo eum grauiter accuſat Nicolaus Magnus, & primus illius nominis Pontifex, in epiſtola ad eundem. *In principio*, inquit, *Epiſtolæ, Imperatorem vos nuncupaſtis Romanorum, & tamen Romanam linguam barbaram appellare non veremini: Ecce quotidie, imo verò in præcipuis feſtiuitatibus, inter Græcam linguã,*

Ierem. c. 17.

Lib. 8. cõtra Iulianum.

Lingua externa an Barbarum efficiat.

veluti quidpiam pretioſum, hanc quam barbaram & Scythicam linguam appellatis, miſcetis. Nec nobis nefas eſſe debet ijſdem nos munire ſententijs, contra maledicas obtrectatorum linguas,

Lingua Hibernica prærogatiua.

Nam ſi Anglicanum idioma illi genti videatur elegantius & melius; habeāt ſibi ſuam ſine riuali optionem: nobis noſtra lingua non videtur deſpicabilis, imò in multis prærogandam putamus; puta, & ob antiquitatem originis, & characteris proprietatem, & ſermonis copiam; addo & quod archetypa quodammodo ſit Anglicanæ linguæ, à qua, vtpotè præcellentiore, olim mutuata eſt rationem formandi ſuas literas, & elementa, cum antea characteribus deſtituta eſſet.

Candenus in ſua Chorogr. Hibernia vide I. n. 66.

Barbaries retorta in Anglos.

Quod ſi Angli vocitauerint Hibernos ex contumelia barbaros, quia eorū linguam non intelligunt: viciſſim Hiberni non iniuriâ Anglos barbaros dicent, quia eorum idioma non capiunt. Sic Ouidius apud Getas exulans.

Ouidius.

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor vlli,

Sic Paulus de linguarum dono loquens: *Si neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus.*

Digitized by Google

Sic denique Anacharſis Philoſophus, Scythas barbaros eſſe apud Athenienſes, ſed & Athenienſes itidem barbaros apud Scythas. *Anacharſis.*

Argutè igitur noſtri Theologi, omnia ad viuum reſecantes, obſeruãt, quod eſſe barbarum eſt relatiuum, ac nullum hominem eſſe abſolutè barbarum; videlicet, quia non eſt, qui non cum aliquibus in idiomate communicet: vera autem huius nominis & notionis ratio, non tàm à lingua, quàm â vitæ inſtituto debet accipi. *Nullus homo abſolutè barbarus.*

Agathias. *Franci antiqui quales.*

Quod & Agathias eruditus hiſtoriæ ſcriptor, contra Procopij de Francis calumniam, meritò annotauit: Sunt hi
„ omnes (inquit) Chriſtiani: & rectiſſi-
„ mę inter cæteros opinionis; habent prę-
„ terea per ciuitates Antiſtites, Sacerdo-
„ teſque; feſtos inſuper haud ſecus ac ip-
„ ſi nos, peragunt dies. Et ſanè hi mihi etſi
„ cætera barbari, moribus tamen viden-
„ tur quam optimis præditi, & maximum
„ in modum ciuiles, nec quidquam ha-
„ bere quod à nobis hos faciat alienos,
„ præter veſtitus barbariem, & vocis in-
„ natæ ſonumque linguæ: Quos quidem,
„ cum ob eorum virtutes, tum ob æqui-
„

Digitized by Google

„ tatem in cæteros, interque ſe concor-
„ diam, mirum in modum admiratione
„ ac laudibus perſequor: hæc ille.

Fidei & morum re-ctitudo verã con-ſtituit ci-uilitatem. Cum quo & nos ſignanter aduertimus, non in aſperitate aut mollitie ſermonis; nec in exiguo, vel magno veſtitus pretio; aut in vrbana vel exotica eius forma (quam tamen, vbicunque inhoneſta ſit aut indecens, corrigendam potius quam ſugillandam opinor) ſed in fidei, ac morum rectitudine, veram ciuilitatem ſtatuendam eſſe. De quocunque enim verè dici poterit, quod de Barlaam martyre D. Baſilius dixerat, *mores hominis non fuiſſe cum organo linguæ Barbaros; nec rationem cum ſyllabis claudicare viſam fuiſſe*; hunc ego ex qualicunque gente, natione, vel populo, quam maximè vrbanum & ciuilem autumabo.

Baſilius.

Vide Saluian. l. 4. & 5. de vero iudicio.

Quinam igitur erunt hi quos abſolutè barbaros nuncupare poſſumus? Saluianus Maſſilienſis duo tantum genera barbarorum agnoſcit: vnum Paganorum; alterum Hæreticorum: illi fidẽ Chriſtianam; iſti Catholicam inceſſunt & perſequuntur: vtrique ſe aduerſus Deum efferunt, & aduerſus homines nõ tam datâ quam arreptâ occaſione effe-

Pagani & Hæretici ſolum abſolutè barbari.

Digitized by Google

rantur: Et quia illo æuo, in ipſis Romanis legionibus, complures reperire erat præferocis ingenij milites, aſperos, exleges, & efferatos homines; à quibus vaſtati pauperes, viduæ contriſtatæ, & orphani proculcati fuerant; vt multi eorum, & non obſcuris Natalibus editi, & liberaliter inſtituti, neceſſe haberent ad hoſtes fugere, nè perſecutionis publicæ afflictione morerentur: Inde Saluianus de illis perhibet, quæſiuiſſe hos „ profugos, apud barbaros Romanā hu- „ manitatem; quia apud Romanos bar- „ baram inhumanitatem ferre non pote- „ rant.

Quam ſane feritatem, quicunque ſunt, ex quacunque gente, qui inconditis moribus æmulantur, illi neutiquā vrbano cultu præditi, ſed brutali barbarie præpediti, & ferinæ ſæuitiæ inurēdi ſtigmate, indigni humano conſortio amandari merentur ad ſaltus & luſtra ferarum

Non ſum teſtis oculatus multorum quæ referuntur in hoc genere, ſed plures mecum reperientur auriti teſtes (niſi etiam ex ipſis aliqui viderint, quia viuit in memoria plurimorum) quanta

Anglorum præſidiariorum barbaries.

clade paruulorum, puellarum, innocẽtium, viduarum, & orphanorum, Anglicanæ militiæ rabies, præſertim verò præſidiariorum armatus furor, in ſexum promiſcuum, & inermem ſæuire conſueuerit; quorum immanitas vſque eò eruperat, vt multorum ſcriptis, quæ adhuc ſupprimuntur, ſatis ſuperque ſit decantanda. Quin & ipſe Iacobus Rex, in auſpicio regni ſui, & Monarchię Britannicæ aditu, quando ſupplices querimonias malè adminiſtratæ huius Inſulæ noſtri procuratores ei porrexiſſẽt, dicere non dubitauit; prouinciales hactenus malè habitos, & ſpondere in poſterum ſe auctore, potituros æquabiliori regimine. Quod vt quantocyus nobis concedatur, *tempus faciendi Domine, quia diſsipauerunt legem tuam.*

Iniquum Anglorũ regimen ipſo Rege teſte.

Pſal. 118.

Digitized by Google

ARTICVLVS VIII.

De Antiqua Hibernorum dignitate, & gloria: 1. Quid ei obſtiterit. 2. Quibus gradibus increuerit.

CÆTERVM, vt admittamus multo tempore hanc gentem immunem non fuiſſe, à communi multarũ nationum ignominia, quas dudum detinuit compeditas, illa quæ iam profligata eſt, & exoleta barbaries; altius petenda eſt eius origo, & ex origine propagatio: quæ mihi ſanè, vbicunque inoleuit, vel orta, vel aucta, vel confirmata videtur ex diſcordia, bello, vaſtitate; quibus incommodis etiam Hibernia diu multumque, & per multa quidem ſæcula conflictata fuerat, & enormiter conquaſſata. Nam quod olim de Ælio Pertinace Imperatore Romano, propter variam ſortis mutationem, multãque eius iactationem, ab illius æui ſcriptoribus dicebatur, *pilam fortunæ merito nuncupari potuiſſe;* id non inſcitè dixerit

Barbariei cauſa.

Aurelius Victor Genebrardus Coſpianus & alij.

Hibernia fortuna pila. quiſpiam, in Hiberniam competere, tot motibus & tumultib⁹ attribulatam; tot ictibus, iactibus, concuſſionibus, eiectionibus, reiectionibus, quaſi pilam palmarem exagitatam: idque veritati conſonat, ſiue antiquioris æui, ſiue medij temporis, ſiue modernæ ætatis curſum reſpexeris.

Cambren. d. 3 c. 2. & Hiſtor. M.S. Cerne mihi priſcos dies; quid in hiſtorijs noſtris denſius, quid frequentius quam migrationes gentium, & earum diuerſæ in hanc Inſulam impreſſiones, & inter ſe dimicationes, certamina, cōflictus? *Gentium variarū in Hiberniā impreſſio.* Quid referam de Bartholano Seræ filio, ex Iapheti ſtirpe, cum filijs ſuis Languino Salano, Ruturugo; cum exercitibus, & prælijs eorum aduerſus Giganteos Aborigines, per annos fere trecentos; vt noſtri tradunt Antiquarij. Quid de Nemedo Scythico, Agnominii filio, cum ſua virili ſobole Statio, Gerbuuele, Amimo, Ferguſio, & eorum atrocibus ac ſanguinolentis bellis, primùm contra piratas Hiberniam grauiter depopulantes, fortiter geſtis; deinde contra gigantes, per ducentos & ampli⁹ annos, vſque ad internecionē fere vtriuſque partis; niſi quod pauci quidam

quidam reſidui, & quaſi gentis reliquię, tot malorum incommoda fugæ præſidio declinantes, partim in Scythiam, partim in Græciam nauigio perueniſſēt; vt ducentis ipſis poſtmodum annis Inſula cultore vacauerit; donec tandem de eadem Nemedi ſtirpe, quæ in Græciam ſeceſſerat, quinque duces Germani fratres, Delæ principis filij, vacuam Inſulam inuenientes, in quinque æquales portiones totam diuiſiſſent, Gandius, Genantius, Sagandius, Rutheragus, & Slanius.

Ducentis annis Hibernia inculta.

In quinque partes diuiſa Gyr. Cābr. d. 3. c. 5. 6. 7.

Qui tamen ipſi, cum eorum ſucceſſione, (Slanio tandem obtinente Monarchiam & principatum totius) tantū triginta annos regnauerunt: Delatâ ſiquidem magna ex parte, & plurimum debilitatâ natione, tum varijs inter ſe conflictibus, tum eo potiſſimum bello, quod cum aliâ quadam Nemedi poſteritate, quæ de partibus Scythiæ ſuperuenerat, graui cum diſpendio geſſerant: Demum aduenerunt de Hiſpaniæ partibus in ſexaginta nauium claſſe, quatuor nobiles Meleſij Hiſpani Satrapę filij, qui totam Inſulam ſibi vendicarunt; quorum duo nominatiſſimi Heberus,

Hiſpani Hiberniā ſibi vendicarunt.

Digitized by Google

& Herimon, duas in partes æquales terrâ inter ſe diuiſâ, tantiſper potiti regno, concorditer, proſperè, & fœliciter, *donec cæca malorum mater ambitio, fraterna paulatim diſrumpens fœdera* (Ex Gyraldo loquor) *omne pacis vinculum in breui diſſoluiſſet; & lætis ſe rebus immiſcens diſcordia cuncta peruertit & perturbat.*

Herimon primus Hiberniæ Monarcha.

Poſt varios igitur fratrum conflictus, & ambiguos ſemper bellorum euentus, tandem Herymoni ceſſit victoria; & in bello quodam interfecto Hebero fratre ſuo, totum Regnum Herymō ſolus obtinuit; qui, & Hibernienſis populi, qui vſque in hodiernum diem Inſulam habitant, primus Monarcha extitit: de cuius ſtirpe, vſque ad ſancti Patricii aduentum, regnante Loëgerio Nelli magni filio 131. Reges; & inde ad Rudericum Regem (quo principante intrauit Henricus II.) 60. Reges ſibi inuicem ſucceſſerunt; & multis inter ſe cladibus, multa populorum ſtrage digladiati, variâ fortunæ aleâ, variiſque bellorum iactibus pilam huius Inſulæ ſic agitarunt, tanquam in ludicro Sphæriſterio; aut verius in pugnæ & luctaminis palæſtra, vt nihil incertius, nihil de-

Hiberniæ 191 Reges ſibi inuicē ſuccedentes.

ſertius, & incultius iſto gladiatorio principatu potuerit eſſe: Quouſque feritatem hanc, & dominandi libidinem edomuit Euangelium, & cœcas mentes illuſtrauit Catholicæ veritatis radius, fideique Chriſtianæ receptio, quæ per Apoſtolicos præcones, Roma ad hanc gentem tranſmiſſos, communicata nobis fuerat, & fœliciter ſeminata.

Ex hac enim, & per hanc deterſa fuit paganica ruditas; & illa Barbaries, quæ huic nationi cum aliis Regnis, & Dominiis, ante Euangelii ſuſceptionem, communis erat, ſic abolita & expurgata fuit; vt ipſa in lucem aliarum gentium vltrà, citrà, adeoque intrà vicinam Britanniã à Deo prouiſa, & magno populorum beneficio conceſſa fuiſſe videatur. *Paganicã ruditatem religio Catholica deterſit.*

Quod ne tribuatur nimio patrii honoris affectui meo, aut priuato ſtudio, id ipſum, cum additamento, ſubiiciam verbis Neoterici ſcriptoris, & accuratiſſimi chorographi; qui, tametſi à nobis diſcrepat in ſacra fidei profeſſione, deluſus ſpe huius ſæculi, & mundani honoris lenocinio illectus; tamen, vtcunque in aliis ſapiat nouitates præſentium errorum, & eructet neoteriſmos Dog-

matiſtarum, in hoc agit fide Hiſtoricâ; vbi ex recondita antiquitate eruit tam originem, quam progreſſum illius prædicationis, quam noſter Thaumaturgus, & primarius fidei propagator in hoc regno habuerat.

Camdenus in Hibern.

Hic (inquit) *natione Britannus in Cluydſdalia natus, & Martino Turonenſi affinitate coniunctus, & ſancti Germani diſcipulus, Palladio defuncto, â Cæleſtino ſubrogatus, tāto ſucceſſu Chriſtianam religionem per Hiberniam propagauit, vt longe maximam Inſulæ partem* (vniuerſam plenius & rectius dixiſſet) *ad Chriſtum conuerterit, & Hibernorum Apoſtoli nomen meruerit. De quo vetus auctor Henricus Antiſiodorenſis in libro de ſancti Germani miraculis. Quoniam gloria patris in ſuorum clareſcit moderamine filiorum, è multis quos in Chriſto filios, in religione creditur habuiſſe diſcipulos; vnius tantum eiuſdemque famoſiſsimi caſtigata breuitate ſufficiet inſeri mentionem. Patricius* (*vt geſtorum illius ſeries prodit*) *Hiberniæ peculiaris Apoſtolus regionis, ſanctiſsimo eius diſciplinatui octodecim addictus annis, non mediocrem è tanti vena fontis in ſcripturis cœleſtibus hauſit eruditionem. Quemque in religione magnanimum, in virtutibus excellentem, in doctrina ſtrenuū*

S. Patricius Hiberniæ Apoſtolus.

diuiniſsimus conſiderans Pontifex; ineptumque ducens robuſtiſsimum agricolam in Dominicæ ſegetis torpere cultura; ad Sanctum Cœleſtinum vrbis Romæ Papam, per Segetium preſbyterum ſuum, cum dixerit; qui viro præſtātiſſimæ probitatis, Eccleſiæ teſtimonium apud ſedem ferret Apoſtolicam; cuius iudicio approbatus, authoritate fultus, benedictione denique roboratus, Hiberniæ partes expetiit, gentique illius datus propriè Apoſtolus: tum quidē ex doctrina & miraculis; nunc quoque, & in perpetuum, mirificis Apoſtolatus ſui illuſtrat priuilegijs.

Patricij diſcipuli tantos progreſſus in re Chriſtiana fecerunt, vt, ſubſequenti ætate, Hibernia ſanctorum patria diceretur; & Scotis in Hibernia & Britannia monachis, nihil ſanctius nihil eruditius fuerit, & in vniuerſam Europam ſanctiſſimorum Virorum examina emiſerint: quibus Luxouium Burgundiæ, Bobienſe Italiæ, Herbipolis Franconiæ, S. Gallus Heluetiæ, Malmeſburia Lindisfarnæ, & quam plurima alia in Britannia monaſteria originem debent ſuam. Ex Hibernia enim fuerunt Cælius Sedulius presbyter, Columba, Columbanus, Colmannus, Aidanus, Gallus, Kilianus, Maidulphus, Brendanus, & alij plures vitæ ſanctitate & doctrina inclyti. De his Monachis in- *Patricij diſcipulorū in re Chriſtiana progreſſus.*

telligendus Henricus ille Antiſiodorenſis cum ad Carolum Caluum ſcribit. Quid Hiberniam memorem, contempto pelagi diſcrimine, pœne totam, cum grege Philoſophorum, ad littora noſtra migrantem? quorum quiſque peritior eſt, vltrò ſibi indicit exilium, vt Salomoni ſapientiſſimo famuletur ad nutum.

Hibernia bonarum literarum mercatura.

Angloſaxones etiam noſtri, illa ætate, in Hiberniam, tanquam ad bonarum literarum mercaturam vndique confluxerunt: vnde de viris ſanctis ſæpiſſimè in noſtris ſcriptoribus legitur; Amandatus eſt ad diſciplinam in Hiberniam; & in Sulgeni vita, qui ante 600. annos floruit.

Exemplo patrum commotus amore legendi,
Iuit ad Hibernos ſophia mirabile claros.

Indeque priſci Angli maiores noſtri, rationem formandi literas accepiſſe videantur, quod eodem plane charactêre vſi fuerint, qui hodie Hibernicis eſt in vſu: hæc ille.

Digitized by Google

ARTICVLVS IX.

Quibus paſſibus illa gloria Hibernorum decreſceret.

SED quomodo de cœlo cecidiſti quę mane oriebaris Hibernia, lucē per tot gentes & populos circumferens? quomodo corruiſti in terrā ex illa gloriæ celſitudine, & ſolio doctrinæ ac ſanctitatis? quæ tam ſanctis, piis, & ſplendidis ingeniis abūdaſti, eo ſæculo quo bonarum literarum cultura, per orbem Chriſtianum neglecta & ſemiſepulta iacuit?

Duas cauſas affert huius occaſus, idē qui ſupra eruditus Chorographus; externa bella; & internas ſimultates. De priori cauſa hæc eius verba ſint.

Prima cauſa inclinationis Hiberniæ.

Hæc ſanctitatis, & humaniorum literarum ſtudia, paulatim reſtinxit bellorum rabies. Anno enim ſexcenteſimo quadrageſimo quarto, à Chriſto nato, Egfridus Nordamhumbrorum Rex, cædibus & incendiis Hiberniam Anglis amiciſſimam confudit; quo nomine à Beda grauiſſimis verbis ſubaccuſatur. Inde

Camden. in Hiber. f. 731. edit. Londin an. 1607. Beda l. 4. c. 26.

Digitized by Google

Egfridus. Rex. *Noruegi, Turgeſio duce, regionem per triginta annos indigniſsimis populationibus deuaſtauerunt; ſed illo demum ex inſidÿs ſublato, in Noruegos cæde atroci graßati ſunt incolæ, vt vix nuncius tantæ cladis ſuperfuerit.* Norvegi. *Norvegi hi procul dubio Normanni illi fuerunt, qui (vt inquit Rhegino) Caroli magni temporibus Hiberniam Scotorum Inſulam aggreſſi, à Scotis in fugam conuerſi erant.*

Oaſtmanni. *Poſteà Oaſtmanni, id eſt viri Orientales, è maritima Germania, in Hiberniam venerunt, qui, cum magnæ & copioſæ mercaturæ ſpecie, quaſdam vrbes occupaſſent, difficillimū bellum breui concitarunt,*

Eadgarus. *Eodem fere tempore Eadgarus, Rex Anglorum potentiſsimus, magnam Hiberniæ partem deuicit; ſic enim in eius quodam diplomate legitur: Cui conceſsit cum Anglorum imperio propitia diuinitas omnia regna Inſularum Oceani, cum ſuis ferociſsimis Regibus, vſque Norvegiam, maximamque partem Hiberniæ, cum ſua nobiliſsima ciuitate Dublina Anglorum imperio ſubiugare.*

Ex quibus liquet bella hæc extera Anglis & Noruegis accepta referenda eſſe; hoſque Nouergos alios Orientales ſiue Oaſtmannos, alios Aquilonares ſiue Normannos dici ſolitos: de quibus, &

vaſtitate per eos Hibernis allata, vetu-
lior quidam Chronographus ita me-
minit.

In Felmidij Regis tempore Norvegienſes in magna claſſe Hibernica littora, anno 838. appulerunt; qui & in manu forti terram occupantes, & gentili furore debacchantes, Eccleſias ferè omnes deſtruxerunt. *Cambrẽſis diſt. 3. c 37. Topogr.*

Ab Anglis verò, quos & literaturâ, & ſanctimoniâ imbuerant, meliorem vicẽ & grati animi dignius hoſtimentum expectare Hiberni poterant, quàm vt ſic ab Egfrido & Edgaro Regibus, prædæ & populationi exponerentur; Sed debitæ beneuolentiæ & amoris talione in reduplicatam hoſtilitatem conuersâ, verò didicerunt, ſed tamen didicerunt, *pro hordeo quandoque rubum, pro tritico egregij vrticam.* *Anglorum ingratitudo erga Hibernos.* *Iob 31.*

Neque verò aſſentiri poſſumus (quia nec volumus aſſentari) Edgari Regis nimis ambitioſo diplomati; dum ſe omnia Regna Inſularum Oceani ſuo tenuiſſe imperio gloriatur: hoc enim non multum diuerſo ſenſu accipiendum putamus, ab eo loquendi tropo; & ſupergreſſione quâ Cyrus Perſarum Rex, omnia Regna terræ ſibi à Deo conceſſa

de ea, poſt innouationem in Religione plerique boni cenſeant, ſequenti ſectiòne referam. Nec omnino illis aſſentior qui in hac tota gente, ſi quid laudis, aut honoris; ſi quid honeſtatis, aut virtutis; ſi quid ingenij, cultus, aut literaturæ; ſi quid vrbani, decori, ſplendidi reperire ſit, id totum refundunt in Anglicani imperij moderamen & prudentiam.

Id enim præterquam quod ex ſuperius dictis abundè refellatur, vel inde euidenter reijcitur, quod cæteris non cõcedant in bona educatione, hi qui nullum habent cum illis qui præſunt commercium, cuiuſmodi ſunt occulti noſtri Nicodemi, omneſque illi Eccleſiaſtici orthodoxi, quos continuò perſequuntur Præſides Prouinciarum, prætenſi Antiſtites, cæterique omni tẽpore Gubernatores & Proreges.

Hibernorum veri Magiſtri.

Qui tamen, quanquam ſic vexati & exagitati vt non poſſint caput attollere (cum ipſi omni vrbanitate præditi, & morum ac doctrinæ cultu ſint conſpicabiles) nullam prætermittunt induſtriã, aut diligentiam, vt ſuos erudiant cõterraneos; & non ſolum eos timore Domini imbuunt, ſed etiam diſciplina &

lege Dei imbutos, ad honeſtatem huius ſæculi traducunt, quatenus illa non pugnat cum officio hominis Chriſtiani.

In quo certè genere, eò dociliores inueniunt auditores ſuos, quò magis ipſi doctores ab omni fraudis, odij, & inuidiæ ſuſpicione ſunt liberi; &, quod cum periculo capitis ſui, ſtudeant alienæ ſaluti & vtilitati procurandæ: quod vtinã eo candore, quo ipſi ad hoc allaborant, eorum ſtudia & labores acciperentur, ab his qui hanc Remp. politicè moderantur; qui ſi rectè incumbunt ipſi publico bono prouehendo, iniquum videtur ſi non perferant tam ſtrenuos adminiculatores, qui parati ſunt iuſtam fidelitatis ſuę cautionem præſtare, dummodo admittantur ad ſecuritatis beneficium, quod illis cum omnibus bonis ſubditis commune eſſe debet.

Ab omni fraudis ſuſpicione liberi.

Iuſtam fidelitatis cautionẽ præſtare parati.

Neque enim ſibi perſuadere poſſunt, vllos ſeruire ſuo Principi fidelius quàm Catholicos, qui non intuitu tantum pœnæ temporalis, quam ſubinde euadere poſſunt flagitiosè viuentes, ſed multò magis metu conſcientiæ & ſupremi iudicis, cuius ſententiam, & poteſtatis am-

Catholici principibus quare fideliſſimi.

Digitized by Google

dixit; vel quâ Conſtantius Arianus Imperator, deuicto Magnentio, ſe Dominum totius orbis inſcripſit: vtique ſic ſolent Principum paraſyti, omnia principatus inſignia falſis conſpicilijs ampliare.

1. Eſdra. c. 1.

Am. Marcell. l. 15. & ipſe Cōſtanſtius in ſuis reſcriptis.

Iam de ſimultatibus & domeſticis altercationibus (quæ ſecunda cauſa eſt inclinationis Hiberniæ) idem qui ſuprà teſtatur, his verbis, in ſua Chorographica deſcriptione.

2. cauſa inclinationis Hiberniæ.

Has externorum bellorum procellas, grauior inteſtinæ ſeditionis tempeſtas excepit, quæ Anglo ad debellandam Hiberniam viam patefecit. Ex regulorum Hiberniæ ſimultatibus & præuis æmulationibus, Henricus II. Rex Angliæ occaſione arrepta, ſeriò agitauit Anno ſalutis 1155. cum Proceribus Angliæ, de Hibernia expugnanda, in vſum fratris ſui Guilielmi Andagauenſis; ſed ex conſilio matris eius Mateldis Imperatricis, res in aliud tempus dilata: Nec multis interiectis annis, Dermicius Murchardi filius, qui Orientali Hiberniæ parti cum imperio præfuit, ob tyrannidem & libidinem Regno exturbatus (Ororicij enim Midiæ Reguli vxorem rapuerat) ab Anglorum Rege Henrico ſecundo, vt auxiliaribus armis in Regnum reſtitueretur, impetrauit.

Canden.

Angli Hiberniam inuadunt An. 1155.

Digitized by Google

Iſta Henrici de inuadenda Hibernia, & fratri ſuo Guilielmo ſubiicienda deliberatio, quam Imperatrix non tam abijciendam quam differendam putauit, in Pontificatum incidit Adriani IIII. qui conſcius regij conſilij factus, facile induci potuit ad annuendum, & adiuuãdum eius aditum vnde & literas Dominij cõceſſit; quas à populari ſuo impetratas, ille reſeruauit in tempus opportunum; nec propalare temere voluit, quouſque ex occaſione reſtituendi Dermicio Regni ab eo amiſſi, totam Inſulam occupare ſtatuiſſet: tunc enim conſenſum Cleri & Procerum, qui reſiſtere non poterant, his oſtenſis elicuit, adiuncto nouo diplomate quod in confirmationem prioris tituli ab Alexandro tertio obtinuit.

Adrianus IIII. Hiberniæ Dominium Anglo conceſſit.

Tertia cauſa decidentis gloriæ, & dejectionis Hibernorum, à multis tribuitur iſti ipſi Anglicanæ inuaſioni; de quâ nolo multum altercari, cum ſatius eſſe putem (& tutius ſaltem!) in his ſilere, quam inutili ſermone in odium vel offenſam incurrere; & ſæpe etiam fieri videamus quod nimium altercando veritas amittitur: Quid autem hoc tempore

3. cauſa inclinationis Hiberniæ.

dixit; vel quâ Conſtantius Arianus Imperator, deuicto Magnentio, ſe Dominum totius orbis inſcripſit: vtique ſic ſolent Principum paraſyti, omnia principatus inſignia falſis conſpicilijs ampliare.

1. Eſdra. c. 1.

Am. Marcell. l. 15. & ipſe Cōſtanſtius in ſuis reſcriptis.

Iam de ſimultatibus & domeſticis altercationibus (quæ ſecunda cauſa eſt inclinationis Hiberniæ) idem qui ſuprà teſtatur, his verbis, in ſua Chorographica deſcriptione.

2. cauſa inclinationis Hiberniæ.

Has externorum bellorum procellas, grauior inteſtinæ ſeditionis tempeſtas excepit, quæ Anglo ad debellandam Hiberniam viam patefecit. Ex regulorum Hiberniæ ſimultatibus & prauis æmulationibus, Henricus II. Rex Angliæ occaſione arrepta, ſeriò agitauit Anno ſalutis 1155. *cum Proceribus Angliæ, de Hibernia expugnanda, in vſum fratris ſui Guilielmi Andagauenſis; ſed ex conſilio matris eius Mateldis Imperatricis, res in aliud tempus dilata: Nec multis interiectis annis, Dermicius Murchardi filius, qui Orientali Hiberniæ parti cum imperio præfuit, ob tyrannidem & libidinem Regno exturbatus (Ororicij enim Midiæ Reguli vxorem rapuerat) ab Anglorum Rege Henrico ſecundo, vt auxiliaribus armis in Regnum reſtitueretur, impetrauit.*

Canden.

Angli Hiberniam inuadunt An. 1155.

Iſta Henrici de inuadenda Hibernia, & fratri ſuo Guilielmo ſubiicienda deliberatio, quam Imperatrix non tam abijciendam quam differendam putauit, in Pontificatum incidit Adriani IIII. qui conſcius regij conſilij factus, facile induci potuit ad annuendum, & adiuuãdum eius aditum vnde & literas Dominij cõceſſit; quas à populari ſuo impetratas, ille reſeruauit in tempus opportunum; nec propalare temere voluit, quouſque ex occaſione reſtituendi Dermicio Regni ab eo amiſſi, totam Inſulam occupare ſtatuiſſet: tunc enim conſenſum Cleri & Procerum, qui reſiſtere non poterant, his oſtenſis elicuit, adiuncto nouo diplomate quod in confirmationem prioris tituli ab Alexandro tertio obtinuit.

Adrianus IIII. Hiberniæ Dominium Anglo conceſsit.

Tertia cauſa decidentis gloriæ, & dejectionis Hibernorum, à multis tribuitur iſti ipſi Anglicanæ inuaſioni; de quâ nolo multum altercari, cum ſatius eſſe putem (& tutius ſaltem!) in his ſilere, quam inutili ſermone in odium vel offenſam incurrere; & ſæpe etiam fieri videamus quod nimium altercando veritas amittitur: Quid autem hoc tempore

3. cauſa inclinationis Hiberniæ.

dixit; vel quâ Conſtantius Arianus Imperator, deuicto Magnentio, ſe Dominum totius orbis inſcripſit: vtique ſic ſolent Principum paraſyti, omnia principatus inſignia falſis conſpicilijs ampliare.

1. Eſdra. c. 1.

Am. Marcell. l. 15. & ipſe Cõſtanſtius in ſuis reſcriptis.

Iam de ſimultatibus & domeſticis altercationibus (quæ ſecunda cauſa eſt inclinationis Hiberniæ) idem qui ſuprà teſtatur, his verbis, in ſua Chorographica deſcriptione.

2. cauſa inclinationis Hiberniæ.

Has externorum bellorum procellas, grauior inteſtinæ ſeditionis tempeſtas excepit, quæ Anglo ad debellandam Hiberniam viam patefecit. Ex regulorum Hiberniæ ſimultatibus & prauis æmulationibus, Henricus II. Rex Angliæ occaſione arrepta, ſeriò agitauit Anno ſalutis 1155. *cum Proceribus Angliæ, de Hibernia expugnanda, in vſum fratris ſui Guilielmi Andagauenſis; ſed ex conſilio matris eius Mateldis Imperatricis, res in aliud tempus dilata: Nec multis interiectis annis, Dermicius Murchardi filius, qui Orientali Hiberniæ parti cum imperio præfuit, ob tyrannidem & libidinem Regno exturbatus (Ororicij enim Midiæ Reguli vxorem rapuerat) ab Anglorum Rege Henrico ſecundo, vt auxiliaribus armis in Regnum reſtitueretur, impetrauit.*

Canden.

Angli Hiberniam inuadunt An. 1155.

Digitized by Google

Iſta Henrici de inuadenda Hibernia, & fratri ſuo Guilielmo ſubiicienda deliberatio, quam Imperatrix non tam abijciendam quam differendam putauit, in Pontificatum incidit Adriani IIII. qui conſcius regij conſilij factus, facile induci potuit ad annuendum, & adiuuãdum eius aditum vnde & literas Dominij cõceſſit; quas à populari ſuo impetratas, ille reſeruauit in tempus opportunum; nec propalare temere voluit, quouſque ex occaſione reſtituendi Dermicio Regni ab eo amiſſi, totam Inſulam occupare ſtatuiſſet: tunc enim conſenſum Cleri & Procerum, qui reſiſtere non poterant, his oſtenſis elicuit, adiuncto nouo diplomate quod in confirmationem prioris tituli ab Alexandro tertio obtinuit.

Adrianus IIII. Hiberniæ Dominium Anglo conceſſit.

Tertia cauſa decidentis gloriæ, & dejectionis Hibernorum, à multis tribuitur iſti ipſi Anglicanæ inuaſioni; de quâ nolo multum altercari, cum ſatius eſſe putem (& tutius ſaltem!) in his ſilere, quam inutili ſermone in odium vel offenſam incurrere; & ſæpe etiam fieri videamus quod nimium altercando veritas amittitur: Quid autem hoc tempore

3. cauſa inclinationis Hiberniæ.

Digitized by Google

dixit; vel quâ Conſtantius Arianus Imperator, deuicto Magnentio, ſe Dominum totius orbis inſcripſit: vtique ſic ſolent Principum paraſyti, omnia principatus inſignia falſis conſpicilijs ampliare.

1. Eſdra. c. 1.

Am. Marcell. l. 15. & ipſe Cōſtanſtius in ſuis reſcriptis.

Iam de ſimultatibus & domeſticis altercationibus (quæ ſecunda cauſa eſt inclinationis Hiberniæ) idem qui ſuprà teſtatur, his verbis, in ſua Chorographica deſcriptione.

2. cauſa inclinationis Hiberniæ.

Has externorum bellorum procellas, grauior inteſtinæ ſeditionis tempeſtas excepit, quæ Anglo ad debellandam Hiberniam viam patefecit. Ex regulorum Hiberniæ ſimultatibus & præuis æmulationibus, Henricus II. Rex Angliæ occaſione arrepta, ſeriò agitauit Anno ſalutis 1155. *cum Proceribus Angliæ, de Hibernia expugnanda, in vſum fratris ſui Guilielmi Andagauenſis; ſed ex conſilio matris eius Mateldis Imperatricis, res in aliud tempus dilata: Nec multis interiectis annis, Dermicius Murchardi filius, qui Orientali Hiberniæ parti cum imperio præfuit, ob tyrannidem & libidinem Regno exturbatus (Ororicij enim Midiæ Reguli vxorem rapuerat) ab Anglorum Rege Henrico ſecundo, vt auxiliaribus armis in Regnum reſtitueretur, impetrauit.*

Canden.

Angli Hiberniam inuadunt An. 1155.

Digitized by Google

Iſta Henrici de inuadenda Hibernia, & fratri ſuo Guilielmo ſubiicienda deliberatio, quam Imperatrix non tam abijciendam quam differendam putauit, in Pontificatum incidit Adriani IIII. qui conſcius regij conſilij factus, facile induci potuit ad annuendum, & adiuuãdum eius aditum vnde & literas Dominij cõceſſit; quas à populari ſuo impetratas, ille reſeruauit in tempus opportunum; nec propalare temere voluit, quouſque ex occaſione reſtituendi Dermicio Regni ab eo amiſſi, totam Inſulam occupare ſtatuiſſet: tunc enim conſenſum Cleri & Procerum, qui reſiſtere non poterant, his oſtenſis elicuit, adiuncto nouo diplomate quod in confirmationem prioris tituli ab Alexandro tertio obtinuit.

Adrianus IIII. Hiberniæ Dominium Anglo conceſsit.

Tertia cauſa decidentis gloriæ, & dejectionis Hibernorum, à multis tribuitur iſti ipſi Anglicanæ inuaſioni; de quâ nolo multum altercari, cum ſatius eſſe putem (& tutius ſaltem) in his ſilere, quam inutili ſermone in odium vel offenſam incurrere; & ſæpe etiam fieri videamus quod nimium altercando veritas amittitur: Quid autem hoc tempore

3. cauſa inclinationis Hiberniæ.

Digitized by Google

de ea, poſt innouationem in Religione plerique boni cenſeant, ſequenti ſectiōne referam. Nec omnino illis aſſentior qui in hac tota gente, ſi quid laudis, aut honoris; ſi quid honeſtatis, aut virtutis; ſi quid ingenij, cultus, aut literaturæ; ſi quid vrbani, decori, ſplendidi reperirē ſit, id totum refundunt in Anglicani imperij moderamen & prudentiam.

Id enim præterquam quod ex ſuperius dictis abundè refellatur, vel inde euidenter reijcitur, quod cæteris non cōcedant in bona educatione, hi qui nullum habent cum illis qui præſunt commercium, cuiuſmodi ſunt occulti noſtri Nicodemi; omneſque illi Eccleſiaſtici orthodoxi, quos continuò perſequuntur Præſides Prouinciarum, prætenſi Antiſtites, cæterique omni tēpore Gubernatores & Proreges.

Hibernorum veri Magiſtri.

Qui tamen, quanquam ſic vexati & exagitati vt non poſſint caput attollere (cum ipſi omni vrbanitate præditi, & morum ac doctrinæ cultu ſint conſpicabiles) nullam prætermittunt induſtriā, aut diligentiam, vt ſuos erudiant cōterraneos; & non ſolum eos timore Domini imbuunt, ſed etiam diſciplina &

Digitized by Google

lege Dei imbutos, ad honeſtatem huius ſæculi traducunt, quatenus illa non pugnat cum officio hominis Chriſtiani.

In quo certè genere, eò dociliores inueniunt auditores ſuos, quò magis ipſi doctores ab omni fraudis, odij, & inuidiæ ſuſpicione ſunt liberi; &, quod cum periculo capitis ſui, ſtudeant alienæ ſaluti & vtilitati procurandæ: quod vtinã eo candore, quo ipſi ad hoc allaborant, eorum ſtudia & labores acciperentur, ab his qui hanc Remp. politicè moderantur; qui ſi rectè incumbunt ipſi publico bono prouehendo, iniquum videtur ſi non perferant tam ſtrenuos adminiculatores, qui parati ſunt iuſtam fidelitatis ſuę cautionem præſtare, dummodo admittantur ad ſecuritatis beneficium, quod illis cum omnibus bonis ſubditis commune eſſe debet.

Ab omni fraudis ſuſpicione liberi.

Iuſtam fidelitatis cautionẽ præſtare parati.

Neque enim ſibi perſuadere poſſunt, vllos ſeruire ſuo Principi fidelius quàm Catholicos, qui non intuitu tantum pœnæ temporalis, quam ſubinde euadere poſſunt flagitioſè viuentes, ſed multò magis metu conſcientiæ & ſupremi iudicis, cuius ſententiam, & poteſtatis am-

Catholici principibus quare fideliſsimi.

Digitized by Google

plitudinem nullus hominum, aut Angelorum poteſt effugere, ſuis ſiue Regibus, ſiue Rectoribus obtemperant.

Itaque firmiter illi decreuerunt non deeſſe ſuæ conſtantiæ, & potius ſolum exilio vertere, quam mentem conſilio: & in hac ſpe gloriæ filiorum Dei, exſpectant mutationem dextræ excelſi: vt in hac patria ſua poſſint aliquando conſpicere vmbram illius gloriæ, quâ olim floruiſſe legunt; & in ea virtutum omnium & ſcientiarum laudem reſplenduiſſe, in eius vniuerſitatibus, Dunenſi præſertim, Caſſellenſi, & Ardmachana; vt iam ſepultâ, & in viſceribus conditâ tam immensâ luce, laboremus eam in apricum eruere, & adſtruere claritudini eius fidē.

Roman. 5. *Pſalm 76.*

Vniuerſitates Hiberniæ.

Sed in hac re multum iuuamur ab oxonienſi vniuerſitate, vnde prodiit non ita pridem illuſtre monumentum, in quo huius de qua loquimur claritatis inſignitum perhibetur teſtimoniū, de Ardmachana olim Academia; nimirum tanta multitudine ſtudioſorum illam abundâſſe, vt cenſus ex matricula initus peruenerit vna vice, ad numerum ſeptem millium: cuius aſſertionis auctorem habeo illuſtrem virum D. F. C. in ſuo diſ-

Academia Ardmachana antiquus ſplendor.

Digitized by Google

curſu Ms. de Gentis & linguæ origine.

Quo etiam pertinet quod Alexander Necham ſcribit: *Iuris ciuilis peritiam ſibi vendicat Italia: ſed cæleſtis ſcriptura, & liberales artes ciuitatem Pariſienſem cæteris præferendam eſſe conuincunt. Iuxta vaticinium etiam Merlini, viguit ad vada Boum ſapientia, tempore ſuo ad Hiberniæ partes tranſitura.* *L. 2. De natur. rerum.* *Vide Cana in Dobunis.*

ARTICVLVS X.

Quibus vijs & modis poſsit illa gloria reuiuiſcere.

HVIVS ego tranſitionis præſagiũ accipio, ex illa iuuentutis noſtræ commigratione, qua cateruatim inundant in Catholicas regiones, non obſtãtibus edictis, alijſque prohibitionibus, quibus & ipſis ne egrediantur, & parentibus atque amicis ne ſubueniant egreſſis ſeuerè interdicitur. Exeunt tamen, & poſtquam ſtudijs ac pietati gnauiter incubuerint in illis terris, quas magni illi Doctores fidei, Maiores ipſorum, vel ſanctitate excoluerant, vel eruditione illuſtrauerant, cum magno educationis ſuæ fructu, ex Italia, Germania, Hiſpa- *Iuuentutis Hibernica, Catholica capeſſenda diſciplina induſtria.*

Digitized by Google

nia, Gallia Celtica pariter & Belgica, nec non Aquitanica regreſſi, quidquid doctrinæ, induſtriæ, vrbanitatis, religionis, modeſtiæ, ſedulitatis, honeſtatis, prudentiæ haurire poterant, vel delibare, per amœna illa viridaria, & cultiſſimos regionum hortos, totum libenter infundunt in illas cellulas natalitij ſui aluearis, quas, inſtar ſolertiſſimarum apum, melle & cerâ, tam ad condiendum quam ad illuminandum contendunt adimplere. Neque enim alia excogitari poteſt vel commodior, vel efficacior via perdomandi hanc gentem, & in officio perſeueranter continendi, quàm vt condocefiant per tales inſtitutores, quorũ & beneuolentia ipſis non ſuſpecta, fides erga Deum comperta, & erga Regẽ explorata ſit fidelitas. Hac regendi arte, & ſolertiâ, magis illi mouebuntur ad imperata facienda, quàm per armatam militiam, vel per ferreas leges municipales, vel per cruēta comitiorum ſtatuta. Hoc ipſi agreſtiores liberè pronunciant, plus ſe terreri à furto, latrocinio, rapina, incendio, vltione, homicidio, per Sacerdotum noſtrorum cenſuras, quàm per ſententiam Iudicum capitalium; pluſq; formidare

Efficaciſſima Hibernos in officio continendi ratio.

Sacerdotũ cenſura plus ineſt virium Iudicum ſententijs.

formidare interdictum Eccleſiaſticum, quàm ab igni & aqua interdictionem Regalium; plus abſtentionem à diuinis & ſuſpenſionem, quàm corporalem in carcere detentionem vel ſuſpendium. Aliæ illæ minæ, aures eorum feriunt, corda vix penetrant; iſtæ vero quæ Preſbyterorum miniſterio fiunt, præcordia vulnerant, & intima eorum viſcera contrucidant: leges illę abigunt lucifugas, & contemptores in montes & ſaltus, atque efferatos abdunt in antra ferarum; *lex autem Domini immaculata conuertens animas, & teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtās paruulis*, à feritate & laſciuia, deducit ad humanitatis officia, & ciuilem ſocietatem. *Pſalm 18.*

Et, quod à ſanctis Patribus obſeruatum eſt diſcrimen inter legem veterem in monte datam, cum igne, tonitru, fulmine; ac legem nouam in ciuitate traditam cum linguis igneis, ſono, & motu terræ; quod illa deſertos, & incultos reliquit; hęc verò homines cultiſſimos efficit: illa metu mortis acceſſum remorata eſt: hæc in virtute Dei operantis, per locutionis energiā, attraxit ex omni natione populos, qui parati obedire dice- *Exo. c. 19. verſ. 16.* *Act. cap. 2.*

rent: *quid faciemus viri fratres?* ad deſignãdum per veterem legem homines iniquiores fieri, & remotiores à Deo, per nouam vero reddi coniunctiores: Idem fere diſcrimen detegitur, inter leges Anglicanas quas nunc obtinet; & illã Romanæ diſciplinæ normam quâ ſe facillimè imbui patitur natio Hibernorum; cum ab iſtis, eo potiſſimum modo quo nunc traduntur, incredibile dictu eſt quantum abhorreant.

Vnde vrbanitatis in Europa omnes partes deducta communica-

Non aliunde potius quam ab vrbe Roma, vt religionis Chriſtianę, ita vrbanitatis & ciuilis commercij cõmunicatio pertractata, & in reliquas Europæ partes deueniſſe credenda eſt. Et quod de imperatrice Roma triumphante olim dixerat eleganter Rutilius.

--- legiferis mundum complexa triumphis
Fœdere communi viuere cuncta facit.

Et idem alibi de eadem.

Feciſti patriam diuerſis gentibus vnam
Profuit iniuſtis te dominante capi.
Dumq; offers victis proprij conſortia iuris,
Vrbem feciſti quod prius orbis erat.

Hoc idem multo fortiori ratione locũ habet in Roma matrice & inſtitutrice

Digitized by Google

omnium Eccleſiarum; quæ in eius gremio, & ſub eius in ſpiritualibus dominio, per leges & præcepta eius, in obedientia vnius Eccleſiaſtici principatus fœliciſſimè continentur.

Vt enim olim florẽte Imperio Romano, per omnes prouincias, etiam in Britanniam traductis coloniis, & cõuocatis in ciuilis vitæ ſocietatẽ indigenis, quaſcunque deuicerant nationes legibus illi ſuis temperârũt, & moribus excoluerũt: Ita etiam Eccleſiæ Romanæ illud imprimis inſtitutum fuit, vt cùm recta fide rectos etiam mores & vrbanam conuerſationẽ imbiberent, quicunque ſe in eius diſciplinam cõtraderent: vtique illa murenulas ſic cõficit aureas, vt pariter ſciat eaſdem argento vermiculare; & cũ cœleſtem doctrinam fidei pectoribus transfundit, humanitas adſciſcitur, barbaries eijcitur, exuitur feritas, & plerumque omnia bona pariter cum ea veniunt. *Eccleſiæ Romanæ inſtitutũ.* *Cant. 1. 1.*

Id quod veriſſimum eſſe deprehendit Rex Angliæ Ethelbertus, qui ante conuerſionem multis bellis implicitus, nec multis potitus victorijs, poſtquam iugo Chriſti collum ſubdidit, omnes ferè nationes Anglorum ſubiugauit ſuo Im- *Ethelbertus primus Chriſtianus Angliæ rex.*

perio. Quo verò progreſſu, & quibus id gradibus confectum ſit, optimè poſt venerabilem Bedã expreſſit Guillel. Malmesburienſis. *Vt externorum* (inquit ille de hoc Rege) *familiaritatem aſciſceret, Regis Francorum affinitatem filiæ eius Bertæ nuptijs conciliauit. Tum vero Francorum contubernio, gens eatenus barbara ad vnas conſuetudines cõfœderata, ſylueſtres animos inde exuere, & ad leniores mores declinare. His addebatur Lethardi Epiſcopi, qui cum Regina venerat, cœlebs admodum vita, qua Regem ad Chriſti Domini cognitionem etiam tacens inuitabat: quo factum eſt, vt poſteà B. Auguſtino prædicanti, Regis animus iam emollitus facilè cederet, & primus de numero patrum ſuorum, ſacris ſacrilegis renunciaret: vt quos Regni præminebat potentia, fidei quoque obumbraret gloria: Hæc eſt, profectò, clara nobilitas, & hæc ſuperna virtus, honeſtate vincere quos honore vincas: Quinetiam curam extendens in poſteros, leges patrio ſermone tulit, quibus bonis præmia decerneret, improbis per remedia ſeueriora occurreret, nihil ſuper aliquo negotio in futurum relinquens ambiguum.*

lib. 1 de Regib.

Religionis Cathol. pediſſequa ciuilis [pru]dētia.

Ita planè fœcunda virtutis mater, & humanitatis procreatrix Religio Catholica, pediſſequas habet ciuilem pru-

dentiam, vrbanitatem, induſtriam, morum honeſtatem, officiorum conſonantiam, bonarum legum & inſtitutionum formam; barbaras conſuetudines eliminat, ferinos abſtergit ritus, & fœda efferatorum hominum commercia cõmutat polituſſimis inſtitutis, & ſtudio Reipub. conſeruandæ; quam non tueri ſolũ, ſed & amplificare, atque exornare contendit. Nec tantum neceſſaria vitæ humanæ adminicula, ſed etiam commoda, & iucũda communibus officijs in ſocietate retinendis ſubſidia procurat ſuis locis & temporibus, iuxta conditionem perſonarum, & rerum exigẽtiam appoſitiſſimè omnia diſpenſans.

An. 1524.

Quæ quidem diſpenſatio non latuit magnum illum Æthiopæ Monarcham Dauidem Abeſſinorum Imperatorem; qui Patrum noſtrorũ æuo literis ad Romanum pontificem ſcriptis inter cætera ſic ait. Vehementer poſtulo vt mihi viros ſacrarum literarum doctos, atq; etiã artifices mittatis, qui imagines fabricẽt, atq; ita enſes & arma bellica omnis generis: itemq; cœlatores auri atque argẽti, & fabros lignarios: præcipuè architectos, qui domos ex lapide conſtruant, &

Paul Ioui. & Damian. Goes de Monar. Æthio.

„ tegulas ex plũbo cuproque ducere ſciãt,
„ quibus domorum tecta protegantur; ad
„ hos etiam nobis admodum chari erunt,
„ qui vitrum conflare, organaque muſica
„ ſcitè facere,& doctè pulſare ſciant;itẽq;
„ fiſtulatores, & tibicines. Hos vero artifi-
„ ces ex domo veſtra præcipuè mihi mitti
„ vellem; vel ſi horum domi veſtræ exigua
„ erit copia, ab alijs Regibus filijs veſtris,
„ eos ſanctitas veſtra poterit impetrare,
„ quoniam veſtris imperijs & nutibus fa-
„ cilè obediunt. Hi cũ ad me peruenerint,
„ pro meritis in ſummo honore habebũ-
„ tur, ex liberalitate mea mercedẽ amplã
„ accipient,& ſi domum aliquis redire cõ-
„ cupiſcet,præmijs abundè ornatus abibit
„ vti placuerit; quando nec inuitũ quem-
„ quam ſim retenturus, quũ fructũ aliquẽ
„ ex eius induſtria percepero: hæc ille.

Cuius ideo verba retuli,vt omnes aduertant,quâ fiduciâ petendi,quâ mentis ſubmiſſione,quo ordine, & ſolicitudine petendorum, primo loco Doctores ſacros,deinde ſtatuarios pro ſacris imaginibus; cœlatores,& excluſores pro vaſis ſacris faciendis;ædium ſacrarum fabros, & Architectos, Vitriarios; Organiſtas etiam,& tibicines, qui ſimul immixti ca-

nentium choris, harmoniam redderent ſolemniorem: ſed ijdem illi opifices qui Eccleſiæ ex primario inſtituto deſeruirent, quid impedit quo minus ſecundariã miniſtratione etiã Principis aulam, & publicam Politiam vtilibus reficiant, amœnis refocillent, & ingenii ſui monumẽtis, atque artis opificio ornẽt, atq; illuſtrent ſuam quiſq; ciuitatẽ & Remp.

Sic Angliam ſuam Benedictus Abbas non ſoliuagâ pietate ſolum, ſed etiam ſociali induſtriâ promouerat. Nam ſicut vtraſque Vuiræ ripas Eccleſijs inſigniuit, & Monaſteria ibidem conſtruxit, alterum Petri, alterũ Pauli nomine, charitatis & regulę vnione non diſcrepantia: Ita etiam commendabili ſolertia, copiam librorum aduexit, & artifices lapidearum ædium, & vitrearum feneſtrarũ primus omnium in Angliam induxit.
Totum pœne æuum (inquit Malmesb.) ,,
talia tranſigendo peregrinatus. Quippe ,,
ſtudio aduehendi cognatis aliquid inſo- ,,
litum, amor patriæ, & voluptas elegan- ,,
tiæ aſperos fallebant labores. Neq; enim ,,
ante Benedictum lapidei tabulatus do- ,,
mus in Britannia niſi perrarò videban- ,,
tur, neque perſpicuitate vitri penetrata ,,

S. Benedictus.

Malmesbur. lib. 1. de Regib.

Giraldus. Cãbr. Topog. diſt. 1. c. 5. &

lucem ædibus ſolaris iacebat radius.

& Mſ. vitas Dauidis. Meneuenſis.

Sic & Hiberniam noſtram S. Dominicus Offorienſis, mellificio locupletauit: cum enim (teſte Solino) Inſula hæc non haberet apes ſuo tempore, poſtquã illas inuexit ſanctus ille Ciuis Offoriæ, ſic abundare cepit melle & cera, vt præter ſolita receptacula aluearijũ, quę ibidem ſine numero reperiuntur, etiam in terræ cauernis, & carioſis arborũ truncis, ne ſine tecto ſint, & inhoſpitæ, multa ſedulitate & vbertate mellificant noſtræ in Hibernia apiculæ. Quid dicam de marmoreis Oratorijs, quę Sanctus Malachias ad exemplum aliarum regionũ, in iſta natione, non ſine indignatione quorundam æmulorum ſuorum primus excitauit? Quid de illa fulminatrice inuentione pulueris tormẽtarij, ipſorumque tormentorum: quæ vtinam benè vertat omnibus ea vtentibus, nec conuertatur in perniciem Chriſtianorum, quę à Chriſtianis & Catholicis, & Monachis quidem excogitata eſt in Germania: accommodata ſanè machina ad iuſtitię defenſionẽ, & vltionem iniquitatis per vniuerſam Europã transfuſa, ſed iniquiſsimè tradita inimicis Chriſtianæ fi-

S. Malachias.

Bertholdo Schuarts inuentore Polyd. Virg. l. 2. cap 11. Genebr. ad an. 1380. Monſter in Coſmo. Herburtus l. 11. Pol. c. 6. Plati- & alij.

dei per quoſdā trāsfugas à fide, illoſque vt perhibent ex Anglicana gente, qui iuratos hoſtes noſtros primi armârunt iſto fulmine, & porro conficiendi peritiam docuerunt. Item acicula ſiue pixis nautica à Flauio Amalfitano reperta circa ann. 1303. Ars etiam impreſſoria iuuenta vel expolita à Ioanne Guttenbergio, aut à Petro Fauſto Mogunt. anno. 1452.

Genebrar.

Fulgot. c. 8.

Geneb.

ARTICVLVS XI.

De iniqua conditione Hibernorum; & ſponſione fidelitatis eorum citra præiudicium Religionis.

SED quod magnopere mirandum eſt (vt hoc etiam obiter à me annotetur) cùm ipſe Turca profligatiſſimus exterminator religionis, & imperij Chriſtiani, nihil ardentius appetat, aut violentius proſequatur quam exitium noſtrum, & extinctionem fidei noſtræ: tamen nō ſic omnem humanitatem exuit, vt nos homines eſſe obliuiſceretur, quibus proinde volentibus in ipſius cō-

Melior catholicorum apud Tur. quā apud Anglos conditio.

Digitized by Google

morari ditionibus, vel commercij cauſâ, vel quocunque peregrinandi aut negotiandi ſtudio, non denegat ſecuritatem pacificè habitandi, & colendi Deum iuxta noſtrum inſtitutum; dummodo tributum pendamus, & alia præſtemus, quæ ſaluâ conſcientiâ poſſum° & promittere & præſtare. At verò nobis licitum non eſt in Patria noſtra, ſub Principe noſtro (pio ſi placet & pacifico) ſecurè degere cum profeſſione fidei noſtræ; quantumcunque profiteamur ciuilem obedientiam; niſi prorſus renunciemus noſtro inſtituto, & amplectamur eiuſmodi principia religionis, quæ non dubitamus ſectatores, ſuos æqua lancis inclinatione, ducere ad Turciſmum, vel Atheiſmum, vel ad quamcunque nouam ſectam quam Nouatoribus libuerit producere, ad captandum ſibi nomen, vel ad ſuum abdomen ſatiandum.

Turcarum Imperator aut ſponte ſua, aut prece Chriſtianorum Principum indies concedit iſtam immunitatem: At nos hactenus id impetrare non meruimus, vel ex indole Principis & indulgētia; vel ex prece & ſolicitatione Chri-

Implacabilis Anglorum in Catholicos feritas

ſtianorum Principum, cum quibus eſt coniunctus fœdere, vel pretio quod ſupra facultates noſtras parati ſumus exſoluere; vel quâcunque cautione iuratoriâ, fideiuſſoriâ, aut alia quauis ſecuritate, quam promptè ſpondebimus, ſi digni eſſe poſſumus à quibus illud acceptetur. Quod ſi ille pro ſua dignatione vellet, nobis quid amplius facto opus ſit præſcribere (ſi totum ipſi quod debemus & expedit non offerimus) hac vna vice pro omnibus vouemus, ſpondemus & offerimus, quidquid illud fuerit, quod Chriſtiani ſubditi alibi prę-ſtiterint, quod prçuaricationem non contineat, & receſſum ab inſtituto religionis noſtræ, à iure gentium, & lege naturæ (de qua quid attinet dicere, cum ſit omnibus ab origine ipſa & naſcendi, viuendique conditione inſculpta, quã nemo principum, nedum Chriſtianus violare debet) de cæteris quæ imperata nobis fuerint, fideliter morem geremus. *Ciuilis obedientia ſponſio*

Sin autem quiſpiam ex numero noſtro (quod abſit) nobiſcum diſſentiẽs in hac noſtræ profeſſionis, & ſponſionis ſubſtantia, ſe præbere filium Belial,

aut ex inconſulta temeritate, vel perturbata mentis præcipitantia commoueri vellet, ad impia vel indigna contra Regem, aut prolem Regiam, aut legitima Regni iura, aut contra publicam pacem audenda (quod non dubitamus eſſe nobis illicitum, vtpotè contra Eccleſiæ Catholicæ ſenſum, contra vnanimem conſenſum noſtrorum, & contra officium fidelis ſubditi) ſi nobis quidem fas eſſet foro vti, & publicum adire tribunal; aut nobis ipſis concederetur illa iudicij ſeueritas, quam ſacri canones, & concilia ſanciunt aduerſus rebelles & ſeditioſos, eam impigrè exequendam curaremus; ſin minus, libenter patiemur tranſgreſſorem plecti debito ſupplicio, qualecumque illud fuerit quod tali delicto luendo iura Regni ſtatuerint. Neque aliud ſcimus quod in hac cauſa offerre poſſimus; hoc tantum permittatur vt ſecurè ſecundum Deum viuere valeamus. Sed pergamus ad reliqua.

Digitized by Google

SECTIO TERTIA, DE MERA EFFIGIE MIRÆ adminiſtrationis, & regiminis tam Eccleſiaſtici quam Politici in Hibernia.

ARTICVLVS I.

Suſannæ anguſtijs aſsimilatur Catholicorum afflictio.

EX ijs quæ in duabus præcedentibus ſectiunculis, breuiter perſtricta ſunt, coniectura facilè fiet quam non immeritò aſſimilata ſit hæc Inſula, vel nauiculæ iactatæ fluctibus, vel pilæ palmariæ vltrò citróque agitatæ: ſed nulla eã iactatio, nulla prorſus agitatio grauiùs habet aut dolentiùs, quam quæ religionis ergô infligitur; in quã, cum non

Digitized by Google

poſſint indigenæ ſe accommodare voluntati Regis, & eorum qui vices ipſius in primarijs officijs & dignitatibus ſuſtinent, niſi læſa maieſtate Dei, & Eccleſiæ auctoritate imminutâ; conſtricti Suſannæ anguſtijs, inter Deum & hominẽ, inter cœlum & terram, inter diuinum & humanum iudicium, velut equuleo diſtracti, & ſubacti fidiculis, gementes & ſuſpirantes coguntur exclamare cum ſanctiſſima illa fœmina, & ſublatâ voce intonare ipſius threnum & dicere: Anguſtiæ ſũt nobis vndiq; ſi enim hoc egerimꝰ mors nobis eſt: ſi autẽ nõ egerimꝰ, nõ effugiemꝰ manꝰ veſtras. Si iuramẽtis & Sacramentis veſtris nos obſtrinxerimus; ſi conciones veſtras, ſi conuenticula, ſi templa adierimus; ſi vobiſcum in ritibus communicauerimus; ſi profanam cœnulam & emendicatam Achariſtiam veſtram perceperimus; lethale vulnus eſt, & piaculum conſcientijs noſtris horrendiſſimum: ſin iſta reſpuerimus, & meliori conſilio defixi, velimus detrectare obſequium vobis inutile, nobis non innoxium, Deo autem execrabile; iam non effugiemus poteſtatem veſtram, contumeliam, carcerem, mul-

Suſanna anguſtijs Catholici conſtricti.

Dan. c. 13.

ctam irriſionem.

Sed meli⁹ eſt abſque opere incidere in manus veſtras, quã peccare in cõſpectu Dñi: multò meliùs ſubimus ſententiam indignantis hominis, quã vindictam irati Dei; multò tolerabilior eſt pœna breuis, & citò peritura, quam incendium æternæ combuſtionis. Tu minaris ſpoliũ bonorum, libertatis, etiam vitæ: Illius eſt ſpoliarium ſalutis, cum gehennę nũquam finiendo cruciatu. *Dan. ſup.*

Itaque quamdiu perſtant in hac mente Hiberniæ Catholici, (perſtabunt autem propitiâ diuinitate dum vita ſuperſtes, & meta ſit interituri huius ſæculi; præter illos paucos degeneres, & reiectaneos filios perditionis, qui à vento exſufflantur) tamdiu manent obnoxij auaritiæ, libidini, & direptioni ſibi aduerſantium. De quibus autem illi nobis in religione aduerſantur, lippis eſt & tonſoribus notum, & origo diſcrepantiæ planè ridicula. *Perpetis conſtantiæ pœna inceſſabilis.*

ARTICVLVS II.

Detegitur origo afflictionis: & vmbra eius in Aurel. Commodo exprimitur.

Lamprid. in Comm. Euſeb. in Chron.

LVCIVS Aurelius Commodus, cum celeberrimam editionem ludorum exhiberet; ipſe Imperator, dum vellet videri Deus, & à ſpectatoribus haberi Hercules, & eius quaſi induuijs ornatus, pellem clauamque geſtaret, riſum mouebat nouus Deaſter, ſed capitalem ijs quos ille aduertere poterat, quippe in quos & ſententiâ mortis animaduertat; eoque nomine & occaſione plures Chriſtiani martyrio affecti fuerant; in quibus etiam Iulius Proculus Senator fuerat occiſus.

Acta apud Surun. 25. Auguſti.

Commodi incommoda Deificatio.

Bella erat hæc Deificatio, & ludicra Apotheoſis Commodi Imperatoris; niſi tam luctuoſa fuiſſet & incommoda ijs, qui rem ſeriò excogitatam, & in theatro editam, pro ridiculo & theatrali ioco habuerant: Et quis compos ſanæ mẽtis cõmodiori ſenſu poſſet interpretari lu-

Digitized by Google

ri ludum illum, quem in theatro orbis terrarum, ſpectantibus Chriſtianis principibus, indignantibus hæreticis, deplorantibus Catholicis, omnibus deſpicientibus, laruatus ille Hercules Anglicanus, in Cothurno ſuo tragico Eccleſiaſtici Primatus exhibuit, & cœlo, terrâque reclamantibus, pellitus clauiger, in ſuo pellicatu obfirmatus, inuitis bonis omnibus, vt ſeruiret libidini, vſurpauit; & ad mortem vſque renitente conſcientiâ retinuit, ne ſibi non cõſtaret deponendo quem ſemel inuaſerat iuriſdictionis Eccleſiaſticæ principatum.

Primatus Anglicanus omnibus inuiſus.

In quo occupando continuandoque dolemus plus valuiſſe apud Iacobum Regem ſapientiſſimum, vel inſipientis populi Anglicani præconceptum errorem, vel aſſiſtentis ſibi concilij humanã prudentiam; & in ferrea fronte Politicorum plumbeas rationes impugnantium veritatem; quam materni ſanguinis honorem, auitæ & proauitæ pietatis obſeruantiam; omniumque maiorũ ſuorum imitationem.

Antiquorum angliæ regũ in Eccleſiã obſeruantia.

In quorum omnium exactiſſima enumeratione, ſi eorum ſeriem retrogrado

M

velis obtutu percenſere, nullum omnino reperies, qui manum inijcere vellet his cœleſtibus inſulis: quippe illi nihil niſi reuerentiam diuinis ſanctionibus, nihil niſi tuitionem, honorem, & obſequelam Eccleſiaſticæ dignitatis ſummo in terris Principi, Chriſtique vicario debere ſe omni retro ætate crediderunt.

Neque enim vel ſchiſmaticorum Regum, cum Ozia in iura altaris inuolante, & ſacrificare volēte (ſed diuinitus lepra percuſſo) Neque Ethnicorum Imperatorum, qui cum Imperij faſcibus, ſummum Pontificatum ambiebant: neque Apoſtatarum Iuliani, & ſimilium fas eſt Chriſtiano Principi ingeniū moréſue imitari; ne parem pœnam & exitum, par impietas ſortiatur. Diſtincta ſunt officia; diſtincti gradus; diſtincta munia vtriuſque poteſtatis; licet vna ſit alteri ſubalterna: Poſuit Deus in firmamento cœli & luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti: poſuit in ſole tabernaculum ſuum; poſuit in curia & domo ſua ianitorem: poſuit in grege agnos, oues, & arietes; & omnibus paſtorem vnum; Ipſum præfecit vniuerſis vnum, vt com-

2. Parali. c. 26. vſ 18. & 19.
Nero. Domitianus. Valerianus, Diocletianus Iulianus, &c.

Geneſ. 1. vſ. 16.
Pſal. 18.
Mar. 13
Ioan. 21.

Digitized by Google

mendaret nobis vnitatis ſacramentum & cuſtodiam pacis.

Quâ non obſtante præfecturâ ſic diuinitus à Chriſto ſtabilitâ; Quemadmodum Iulianus (quem Libanius Sophiſta Deorum Aſſeſſorem appellauit) ſeſe Paganorum Pontificem, iam refuga, & Chriſtianæ religionis exlex factus ſolebat nominare: ita ſubditorum ſuorum Dialis & Pontificalis Princeps, ac ſacrorum omnium veluti Archiflamen, cum pleno & abſoluto primatu Eccleſiaſtico in ſuis ditionibus & dominijs, Rex Britanniæ celebratur à ſuis, & pleno ore deprædicatur: A quo tam ægrè exculpſeris huius prærogatiuæ culmen, & quaſi claues cœleſtes neſcio vnde cōſignatas, quàm Herculi Prodicio ſuam clauam extorqueas.

Dialis & Pontificalis Princeps.

Socrat. l. 3. c 19. Sozom. in Tripart l. 5. c. vltimo.

Sed prodigioſa hæc poteſtas tamdiù ſubſiſtet, quamdiu peccatis noſtris irritatus Deus, permiſerit iniquitatem ſedere in loco ſancto: *Vt derelinquatur filia Sion tanquam vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ vaſtatur. Niſi enim Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrhæ ſimiles eſſemus.*

Eſa. 1. v. 8.

Digitized by Google

Archiflaminis Britannici ſufflamines.

Ab hac poteſtate principali, ceu fonte totius iuriſdictionis, profluunt ſuæ ſcaturigines, & riuuli per vniuerſas ditiones Imperij Britannici, & in hanc Inſulam Hiberniam deriuantur duo rami: Nam profligatâ iam pridem omni legitimâ authoritate ſedis Apoſtolicæ, per Herculeum illum Henricum, qui nouũ & inaudatum anteà Flaminatum ſibi cõſtituerat; quotquot deinceps ei ſucceſſerant in illa vſurpatione, ſuos habere ſufflamines geſtiebant, vt pari plenitudine authoritatis, regerent habenas vtriuſque poteſtatis, tam Eccleſiaſticæ quam Politicæ, ac ſi eodem iure illæ niterentur: cum tamen Eccleſiaſticæ iuriſdictionis apex Chriſto prærogante deſcenderit de cœlo, & cœlicâ deſignatione attributa Petro fuerit, eiuſque legitimis ſucceſſoribus; Politicæ vero adminiſtrationis authoritas, quæ terrenã Rempub. dirigit ad temporalem fœlicitatem, in hac lubrica & mortali vita hominibus conceſſa, ab hominibus trahatur, & inter ipſos contrahatur diuersâ originis viâ, & diuersâ regiminis formâ per vnum vel plures, prout illi inter ſe conuenientiùs fieri iudicârunt.

Eccleſiaſtica & politica iuriſdictionis apices vnde deſcenderint.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Declaratur inueterata altercatio ſtatus Eccleſiaſtici & ciuilis, vnde orta & aucta fuit Schiſmatis materia.

Reipub. forma bipartita.

ET quia noſtra Reſpub. ex quo ſubiecta Chriſto, quemadmodum & cæteræ ordinatæ hominum ſocietates, ſemper fuerat formæ bipartitæ in exercitio gubernationis; vt altera eſſet ſpiritualis, altera corporalis; quemadmodũ ipſe homo ex ſpiritu & corpore componitur: non abs re erit altiùs repetere altercationem, quæ inauſpicatè inter vtramque hanc poteſtatem intercedere conſueuit, ab ipſo temporis articulo, quo præualuit Anglicana Dominatio in hac noſtra Natione; vt neſcio quo fato bellacis Inſulæ parum conuenirent Regij procuratores, & Regni cuſtodes, atque adminiſtratores, cum Præſulibus Eccleſiæ, & Paſtoribus populi quantũuis ſanctis, & omni virtute conſpicuis.

Nam à primo ingreſſu Anglorũ multa inter vtrumque ordinem iurgia, mul-

Digitized by Google

Inueterata inter Eccleſiaſticum & ſecularem ordinē altercatio.

tæ lites & contentiones interceſſerant, quas nec Viuianus ipſe Romanæ ſedis legatus, in Vltoniam appulſus ſopire potuit; qui de pace formanda, de tributo quoque Anglis annuatim ſoluendo (dum tamen à finibus illis exire, & ad ſua reuerti vellent) multa quidem verba ſuaſoria, nec perſuaſoria proponebat: ex Synchrono ſcriptore loquor, qui hęc non audiuiſſe ſolum, ſed vidiſſe potuerat.

Gyrald. l. 2. Expug. c. 16.

S. Laurentius O Tohil. A. D.

Sanctus etiam Laurentius O Tohil, Dublinien. Archiepiſcopus, & eius proximus ſucceſſor venerabilis Iohannes Cyminus Archiepiſcopus, & presbyter Cardinalis, multa de gubernantium iniquitate, ſed fruſtra conqueſti: Ille ex Hibernis, iſte ex Anglis oriundus; vterque grauiter exacerbatus ob iniurias, & damna Eccleſiæ irrogata, contra fidē tabulis & pactis obſignatam. Laurenti⁹ quidem Sedi Apoſtolicæ ſummoque eius Pontifici Alexandro tertio cauſam detulit; à quo etiam cautionaria diplomata impetraſſe creditur: Iohannes verò ad curiam Anglicanam profectus, Regi & Proceribus expoſuit ſuas querelas, ſed nullo ſecuto remedio, maluit

exul manere à ſuo Epiſcopio, quam redire vt videret mala quæ fiebant,

Quæ omnia luculenter tradunt eius æui ſcriptores, eorum conciues, qui has calamitates intulerunt: prodeat primo loco Sylueſter Gyraldus, is vtique Meneuenſis & Brechionen. Archidiaconus & Henrico ſecundo à ſecretis, atque ab eodem iam conqueſtore, cum Iohāne filio, & primo Hiberniæ Domino, à latere ſuo in Hiberniam tranſmiſſus, & Tutor aſſignatus; ibidemque per biennium commoratus; qui & materiam ſcriptionis inde in Britanniam reportās, vaticinalem Hiſtoriam, & Topographiam Hiberniæ, quam quinquennali ſtudio digerens, hiſtoriam quidem biēnio, Topographiam triēnio compleuit, quam & ipſe author (ne quod erratum ſurrepſiſſet) Oxoniæ per tres dies, iuxta triplicem eius diſtinctionem ſumma cum auditorū delectatione, anno 1200. recitâſſe commemoratur.

Cambren. præfat. 2. Topograp. l. 2. Hiber. expug. c. 31. Vide Leland. & Rai. in vita eius.

Huius igitur tam locupletis & fide digni ſcriptoris verba ſequuntur: *Laurentius dublinien. Archiepiſcopus, vir bonus & iuſtus, ob priuilegia in Lateranenſi concilio (cui intererat) contra Regiæ dignitatis hono-*

Canden. in dedic. præmiſſa ſcriptorib⁹ Ang. Sco. & Hiber.

rem, zelo ſuæ gentis, vt ferebatur, impetrata, Anglorum Regi ſuſpectus, & ob hoc tam in Anglicanis, quam tranſmarinis Galliæ partibus diu detentus, tandem apud Augum Normaniæ Caſtrum 18. Kal. Decembris, laborioſum viæ & vitæ iſtius curſum, fœlici fine compleuit. De quo inter varia miracula, quibus in hoc ſuo ſancto, ſe mirabilem vſque in hodiernum Deus oſtendit, & hoc in partibus illis primùm emicuit, quod in Abbatis-villa vir ſanctus lethali morbo correptus, contra ſuorum monita quieſcere recuſauerat, dicens, locum ſuum ibi non eſſe. Et tranſiens inde verſus Augenſe Caſtrum, quàm cito in Eccleſiam ſanctæ Mariæ Virginis oculos iniecit, audiens Beatæ Virginis Baſilicam eſſe, verſum hunc propheticum prophetice depromens, ait: hæc requies mea in ſæcula ſæculorum, hic habitabo quoniam elegi eam. Qui eodem in caſtro infra dies paucos rebus humanis exemptus, & in maiori Eccleſia debitis Exequiis eſt tumulatus: & à Domino quoque, qui lucernam ſuam abſcondi non ſinit, multis illico ſignis & virtutibus declaratus.

S. Laurētij Dublinienſis miraculoſa mors.

Ex quibus verbis æquum lectorem expendere velim, teſtimonium hoc tam amplum & luculentum ſcriptoris

Britannici, deſcribentis hiſtoriam illius temporis, & formam expugnationis Eccleſiæ; ipſo iniurias cernente, nec tamen decernente, ſed multum indolente, & redarguente populatores compatriotas ſuos. His ille teſtatur nobis Laurētij ſanctitatem, quæ non pateretur iniuſtam deferre querimoniam; paratior sēper contumeliam ſufferre quam inferre calumniam: Teſtatur Anglorum Regi ſuſpectam, Sedi Apoſtolicæ obſequentem, apud ſummum Pontificem in generali concilio præſidentem, zelo ſuæ gentis inductum expoſtulaſſe cōtra Regem; & contra eum, vt ferebatur, priuilegia impetraſſe, quòd nationem Romanæ Eccleſiæ vectigalem modis indebitis exulceraſſet: teſtatur à Rege diu detentum in tranſmarinis Galliæ partibus virum bonum, ſanctum & iuſtum, nè quæ in Concilio remedia prouiderat contra abuſum adminiſtrationis, in notitiam vſumue afflicti populi aliquando venirent; teſtatur in exilio vitam finiuiſſe, & cum ſanctitatis opinione finiuiſſe, quæ poſtea miraculorum teſtificatione confirmata fuit: hęc omnia ipſe teſtatur: ſed quid de ſucceſſore? Eundem contē-

Hibrrnia Romana Eccleſiæ vectigalis.

rem, zelo ſuæ gentis, vt ferebatur, impetrata, Anglorum Regi ſuſpectus, & ob hoc tam in Anglicanis, quam tranſmarinis Galliæ partibus diu detentus, tandem apud Augum Normaniæ Caſtrum 18. Kal. Decembris, laborioſum viæ & vitæ iſtius curſum, fœlici fine compleuit. De quo inter varia miracula, quibus in hoc ſuo ſancto, ſe mirabilem vſque in hodiernum Deus oſtendit, & hoc in partibus illis primùm emicuit, quod in Abbatis-villa vir ſanctus lethali morbo correptus, contra ſuorum monita quieſcere recuſauerat, dicens, locum ſuum ibi non eſſe. Et tranſiens inde verſus Augenſe Caſtrum, quàm cito in Eccleſiam ſanctæ Mariæ Virginis oculos iniecit, audiens Beatæ Virginis Baſilicam eſſe, verſum hunc propheticum prophetice depromens, ait: hæc requies mea in ſæcula ſæculorum, hic habitabo quoniam elegi eam. Qui eodem in caſtro infra dies paucos rebus humanis exemptus, & in maiori Eccleſia debitis Exequiis eſt tumulatus: & à Domino quoque, qui lucernam ſuam abſcondi non ſinit, multis illico ſignis & virtutibus declaratus.

S. Laurẽtij Dubli-nienſis miraculoſa mors.

Ex quibus verbis æquum lectorem expendere velim, teſtimonium hoc tam amplum & luculentum ſcriptoris

Britannici, deſcribentis hiſtoriam illius temporis, & formam expugnationis Eccleſiæ; ipſo iniurias cernente, nec tamen decernente, ſed multum indolente, & redarguente populatores compatriotas ſuos. His ille teſtatur nobis Laurẽtij ſanctitatem, quæ non pateretur iniuſtam deferre querimoniam; paratior sẽper contumeliam ſufferre quam inferre calumniam: Teſtatur Anglorum Regi ſuſpectam, Sedi Apoſtolicæ obſequentem, apud ſummum Pontificem in generali concilio præſidentem, zelo ſuæ gentis inductum expoſtulaſſe cõtra Regem; & contra eum, vt ferebatur, priuilegia impetraſſe, quòd nationem Romanæ Eccleſiæ vectigalem modis indebitis exulceraſſet: teſtatur à Rege diu detentum in tranſmarinis Galliæ partibus virum bonum, ſanctum & iuſtum, nè quæ in Concilio remedia prouiderat contra abuſum adminiſtrationis, in notitiam vſumue afflicti populi aliquando venirent; teſtatur in exilio vitam finiuiſſe, & cum ſanctitatis opinione finiuiſſe, quæ poſtea miraculorum teſtificatione confirmata fuit: hęc omnia ipſe teſtatur: ſed quid de ſucceſſore? Eundem contẽ-

Hibernia Romanæ Eccleſiæ vectigalis.

poraneum & conterraneum eius audiamus de eo ſic loquentem.

Ioannes Cyminus Dublinië. Epiſcopus.

Succeſsit eidem Iohannes agnomine Cyminus vir Anglicus natione, & in Anglia apud Eueſham, à clero Dublinenſi, Regiâ procurante induſtriâ, conſonè ſatis & concorditer electus, & à Romano Pontifice Lucio, apud Velletrium presbyter Cardinalis ordinatus & conſecratus: litteratæ vir eloquentiæ, qui iuſtitiæ zelo, debitèque adeptæ dignitatis officio Eccleſiæ Hiberniæ ſtatum egregiè ſublimaſſet; niſi ſemper gladius gladio, Sacerdotium Regno, virtus inuidiâ reprimeretur: ſicut enim caro aduerſus Spiritum, ſic carnales aduerſus ſpirituales, ſic Cæſaris miniſtri aduerſus Chriſti milites indeſinente malitiâ militare contendunt. hactenus ille. Vbi mecum non pigebit obſeruare, gentem expugnatricem, quæ certâ lege & pacto obtinuit admiſſionem & ingreſſum in hanc Inſulam, vt Eccleſiam exaltaret; in ipſo aditu, & quaſi auſpicio ſui conqueſtus, ſtrenuè oppugnaſſe Eccleſiam; & Eccleſiaſticam diſciplinam ita ſuffodiſſe, vt proceres Eccleſiaſticos, eoſque exploratiſſimi zeli & ſanctimoniæ, quorũ omne ſtudium & induſtria deſudabat pro ſalute gregis, tæderet vitæ, & exiliũ voluntarium eligerent ſibi, ne exitium

Angli certa lege in Hiberniã regreſsi.

Digitized by Google

cernerent populi ſibi commiſſi.

Sed & idem alibi deplorans huius Inſulæ ſtatum, & occaſiones ſiniſtrorum in Hibernia caſuum commemorans: cũ multa dixiſſet de infœlici & iniuſta gubernatione, & inter cætera quod terras Hibernienſium, qui à primis Stephanidæ, & Comitis Richardi aduentibus, cũ ipſis fideliter ſteterant, nouis ſuis hominibus contra promiſſa contuliſſent: Deinde quod curam regiminis cum militiæ principatu ſuſcepiſſent viri nec ſubditis fideles, nec hoſtibus formidabiles: tandem addit in hæc verba. *Li 2. Hib. Exp. c. 35.*

Acceſſit & incommodum omnium maius, quod Eccleſiæ Chriſti in nouo Principatu noſtro nihil de nouo conferentes, non tantum Principali largitione debitoque dignam honore non iudicauimus, quin imo terris ſtatim ſublatis, & poſſeſſionibus, priſtinas eidem dignitates & antiqua priuilegia, vel mutilare contendimus, vel abrogare. Cum igitur ſuper vniuerſis quæ nobis acciderant, mecum non mediocriter anxius extiterim, & præcipuè ſuper hac ſaluatoris iniuria ſuſpicioſæ mihi cogitationes multoties in animum aſcenderint; nocte quadam in ſomnis (ex reliquiis fortaſſe cogitationum) viſionem vidi, quam & in craſtino ſtatim venerabili *Angli ſtatim Eccleſiam Hibernicam opprimere ceperunt.* *Silueſtri prophetica viſio.*

Dublinienſium Archipræſuli Iohanni, nō abſque vtriuſque admiratione propalaui. Viſus enim ſum mihi videre filium Regis Iohannem in viridi quadam planitie, tanquam Eccleſiam fundaturum; Cumque metantium more ceſpitem vndique ſignando, terræ faciem linealiter aperuiſſet, fabricam archetypam ſenſili quodam modo ſupponens; tandem corpus Eccleſiæ ſignatione poſteriori aliquantulum capax; Presbyterium autem enormiter arctum apparuit & informe; tanquam laicorum in Inſula partem non modicam, Cleri vero minimam efficere potuiſſet. Cumque ſatis ibidem, vt videbatur, ſuper eidem adiicienda, tam amplitudine maiore, quam forma digniore, fruſtra tamen diſputauerim; ipſa tandem contentionis anxietas experrecto ſomnum excuſſit.

Quam non vana fuerit hæc dormiētis anxietas, quæ ſoporem Gyraldo diſpulerit, ipſe poſtmodum manifeſtauit, quando & Henrico patre, & fratre Richardo intermortuis, ipſi Iohanni ad Solium Regni euecto, ſalubre & fidele cōſilium ſuggerendo, inſinuauit quid facto opus eſſet in meliori procurando regimine; Nam poſtea quam varias enormitates circa illud ipſum grauiter ponderaſſet, ita demum Regem alloquitur.

Digitized by Google

Porro ſi propter hæc omnia, vel aliqua horum induci forte poſſitis, vt terræ veſtræ toties dictæ (videlicet Hiberniæ) *deſolatæ dudum, & quaſi deſertæ, miſereri cum effectu velitis, eamque in ſtatum redigere laudabilem, vobiſque & veſtris non inutilem affectetis, hoc à nobis Regiæ Maieſtati conſilium detur. Quatenus ea duo, quæ pater veſter Adriano Papæ pepigerat olim propter licentiam impetrandam intrandi Hiberniam (prudenter & diſcretè ſibi ſuiſque prouidens, cum ſupremam in terris tanti tamque cruenti in Chriſtianos aggreſſus authoritatem ſibi comparauit) ſcilicet Eccleſiam Dei in finibus illis exaltare, & denarium annuum de ſingulis domibus Beato Petro, ſicut in Anglia, ſic & in Hibernia dare. Iuxta tenorem priuilegij eiuſdem Papæ ſuper hoc à patre veſtro prudenter & circumſpectè proquiſiti, & in Archiuis Vvintoniæ fideliter repoſiti: Ad exonerandam tamen patris veſtri, qui hæc promiſerat, animam, quoniam, vt ait Salomon in prouerbiis, Nihil minus principem decet quam labium mendax: præcipueque cum Deo mentiri, & creaturam ſuo creatori ſponte tranſgredi, periculoſum exiſtat & plectibile; quam ad veſtram quoque & veſtrorum liberandam, qui Clypeũ alium aut defenſionem contra diſtrictum iudicem tanti fidelium cruoris effuſi, & adhuc for-*

In Proœm. 2. Editionis expug. Hibern.

Quibus cõditionib' Anglis cõceſſa Hibernia.

ſan effundendi, vobis & veſtris non habetis, deuota complere voluntate ſatagatis. Quatenus ſi de hoc conqueſtu (ſicut decet & debet) Deus honoretur, & proſperitas vobis ac veſtris in terris augeatur, & perpetua denique fœlicitas quæ ſuperat omnia, ſubſequatur.

Paſtorum violatorũ pœna.

Propter hæc etenim promiſſa, ſed hactenus omiſſa, duos ibi, tanquam vltione diuinâ, credibile eſt defectus accidiſſe; quod ſcilicet tamdiu efficacia conqueſtus illius & conſummabilis vtilitas eſt dilata; Et quod primi ac præcipui terræ illius expugnatores (verbi gratia, Robertus filius Stephani, qui primus ex noſtris terram illam intrauit, & tanquam aliis viam aperuit atque oſtendit: Herveus de monte Mariſco, & Reymondus, Iohannes de Curcy, & Meylerius) legitimam de carne ſua prolem ſuſcipere non meruerunt. Nec mirum; Mendicat enim miſer in inſula Clerus; lugent Eccleſiæ Cathedrales, terris ſuis, & prædiis amplis quondam ſibi fideliter & deuotè collatis, à prædictis, & aliys cum ipſis vel poſt ipſos aduectis ſpoliatæ: Et ſic Eccleſiam exaltare verſum eſt in Eccleſiã ſpoliare vel expilare.

Eccleſia ſtatus Dominantibus Anglis in Hibernia.

Hæc igitur emendet Princeps bonus, ad cuius ſpectat honorem (quamuis Deus quoque in cauſa minimè foret) vt in terris ſuis Clerus vbique, qui ei in conſilys ſuis, cunctiſque Regni

Digitized by Google

negotiis magis arduis, & rebus agendis principalibus fideliter aſſiſtere debet, honore debito lætetur & ſubleuetur. Et vt in aliquo, tã cruenti quæſtus & conqueſtus particeps, & placatus Deus exiſtat: promiſſus cenſus ille modicus ſatis atque modeſtus (omnes quippe liberans & neminem grauans) de cætero detur. Hucuſque Gyraldus horum temporum teſtis oculatus. Cuius ego verbis nihil adiicio: ipſa enim ſatis exprimunt calamitatem illius temporis.

Eſt & alter probatiſſimæ fidei, ſi quis alius huius æui Hiſtoric⁹, Rogerius Houeden, à Regiis Tipographis nuper editus, qui Gubernatorum iniurias, & Eccleſiæ querimonias, paucis quidem, ſed acribus verbis comprehendit. *Annal. part. poſter. in Rich. 1.*

Eodem, inquit, *anno Haimo de Volonis, & cæteri cuſtodes Hiberniæ homines Comitis Iohannis fratris Richardi Regis Angliæ, iniurias maximas fecerunt Iohanni Cymin Dublinienſi Archiepiſcopo; vnde idem Archiepiſcopus malens exulare, quam enormitates illas ſibi & Eccleſiæ ſuæ factas diutius ſuſtinere impunitas, excommunicauit prædictos præſumptores, & indicti ſententiam dedit in Archiepiſcopatum ſuum, & abijt; præcepitque cruces & imagines Cathedralis Eccleſiæ in terram deponi, & ſpinis* *Cyminus exulat ab oppreſſa Eccleſia.*

circũdari, vt ſic malefactores illi terrerẽtur, & à voluntate ſæuiẽdi in bona Eccleſiæ reuocarẽtur.

Sed dum adhuc in propoſito malignandi perſeuerarent, contigit miraculum noſtris temporibus inauditum: Erat ſiquidem in Cathedrali Eccleſia de Diuelin quædam crux, in qua imago Chriſti expreſſius inciſa, quam omnes tã Hibernienſes, quam cæteri in maxima veneratione habebant. Cum autem hæc imago crucifixi eſſet proſtrata, & ſpinis circumſepta feriâ ſextâ facta eſt in agone, & apparuit facies eius ſuffuſa rubore vehementi, velut eſſet in camino ardenti; & ſudor magnus exiuit à facie eius, & ab oculis eius cadebant guttulæ, ac ſi fleret: horâ autem diei illius ſextâ à dextro illius latere, & à dextra illius mammilla exiuit ſanguis & aqua: quæ miniſtri Eccleſiæ diligenter colligentes, miſerunt legationem poſt Iohannem Cymin Archiepiſcopum ſuum, mandantes ei huius rei euentum ſub ſigillorum venerabilium virorum teſtimonio, Domino Papæ inſinuandum, &c.

Imaginis crucifixi miraculũ.

Iohannes vero Dublinenſis Epiſcopus exulans venit ad Richardum Regem Angliæ, & ad Iohannem comitem Moretonij, fratrem eius: ſed nullam potuit habere iuſtitiam, vel ablatorum reſtitutionem: cæteri autem Epiſcopi Hiberniæ, licet ſæpius legiſſent.

En tua res agitur paries cum proximus ardet.

ardet. *Tamẽ clauſis oculis tranſierunt damna & iniurias, quæ miniſtri præfati Iohannis Comitis Moretonij, Coëpiſcopo ſuo fecerunt, & facti velut arietes non habentes cornua, cedebant à facie ſubſequentis.*

Cæterum vti hæc interpellatio facta ab Archiepiſcopo caſſa omnino & irrita fuit: ita etiã conſiliũ à Gyraldo datũ: vnde & Vvalterus Maap Archidiaconus Oxonienſis, & Regius (vt apparet) Eccleſiaſtes, cum & conciones ſuas, & cæterorum ſcriptionem, nihil apud Regios proficere ſentiret, ſolitâ verborum facetiâ & vrbanitate pluries dicere, & Gyraldum in hunc modum conuenire ſolebat: *Multa magiſter Gyralde ſcripſiſtis & multum adhuc ſcribitis, & nos multa diximus: vos ſcripta dediſtis, nos verba.*

Cambr. in procem. ſecunda editionis, paulo ante finem.

Atque inſecuta tempora maiorẽ ſemper molem grauaminum intulerunt, quod non ſiluerunt Hiberni de Edoüardo Rege pronepote huius Iohannis, de quo apud ſedem Apoſtolicam grauiter ſunt conqueſti: vnde Iohannes PP. 22. cum eodem Rege vehemẽter expoſtulauit, vt apparet ex literis Apoſtolicis ad eum ſcriptis in quibus inter alia hæc habentur.

Iohannes Papa 22. in decret. ad Eduuar. 2.

Vidimus inter cætera contineri, quod cum fœlicis recordationis Adrianus 4. Papa prædeceſſor noſter, ſub certo modo & forma diſtinctis, apertiùs in literis Apoſtolicis inde factis, claræ memoriæ Henrico 2. Regi Angliæ progenitori tuo Dominium Hiberniæ conceßiſſet; Ipſe Rex ac ſucceſſores ipſius Reges Angliæ, vſque ad hæc tempora, modum & formam huiuſmodi non conſeruantes, quinimo eos tranſgredientes, indebitè afflictionibus & grauaminibus inauditis importabilium ſeruitutum ipſos duriùs oppreſſerunt. Et paulo poſt: *vnde talia ferre nequeuntes vlterius coacti ſunt ſe à Dominio tuo ſubducere, & alium in ſuum regimen aduocare.*

Dominij Hibernici à ſede Apoſtolica ducta origine

Graue erat Anglicanis Dominatoribus iſtorum grauaminum dilationem multiplicari apud illam ſedem, à qua Dominij illius ducta fuit origo; vnde & transfuſa eſt in poſteros hęreditaria ſucceſſio, iiſdem innixa conditionibus, quibus ipſa initialis cōceſſio nitebatur.

Quid igitur facerent vt omnem præcluderent conquerendi viam? poſt multam vtriuſq; poteſtatis colluctationem poſt multas expoſtulationes & certamina, poſt accerbiſſimas digladiationes vtriuſque Brachij, Eccleſiaſtici nimirum

& ſæcularis, magna fuit adhibita ſolertia conciliandę inter vtrumque cōcordiæ; ea verò quia ardua admodum & difficilis conſeruatu videbatur, quādiu pateret aditus ad Petri Cathedram, vt ſatis conſtat ex inita pacificatione cum Henrico II. cum Ioanne eius filio, cum Edoüardo & alijs ſucceſſiuè Regibus Angliæ (quibus multa iurgia intercedebant cum clero; ad quæ dirimenda neceſſe fuit ad primæ ſedis authoritatē recurrere) nouo conſilio, nouum remedium adinuentum eſt, vt perpetuus iſte recurſus vna obice impediretur. Nam quod contra Salomonis hæredem à rebelli Ieroboam, in Dan & Bethoron, aureorum vitulorum ſtropha; & contra montem Sion, & arcem Dauid, tranſuerſa in Garizim ſemita olim excogitatum fuerat; id nunc, conuerſis tabulis, audacter attentatum, & ſæculo iam properante ad interitum, auſa eſt ſæcularis poteſtas, cœcâ amoris caligine obnubilata, per meretriciam copulam ſibi aſciſcere, & cum Regali corona coniugare Pontificias Infulas, maritando Eccleſiaſticæ iuriſdictionis apicem, cum diademate laicali; quo fieret, vt in vnam

Hibernorum ad ſedem Apoſtolicam appellatio

Sacrilegā appellationis remedium.

3. Reg. 12.

Ioſeph. l. 11 Antiq. c. 8. Genebrard. & alij.

Henric. 8. an Regni ſui 25.

perſonam, adeo & in vnius perſonæ arbitriũ, coalitâ omni authoritate ſacrâ & profana, diuinâ & humanâ, Eccleſiaſticâ & ſæculari, nulla in poſterum contingeret inter vtramque poteſtatem diſceptatio.

Henricus 8. prodigioſus Princeps.

Ita planè acta eſt hæc cataſtrophe; & ex Imperatore cõmodiſſimo Reip. derepente exortus eſt tanquam Hercules Prodicius, prodigioſiſſimus Eccleſiæ Princeps, opere præceps, munere biceps, qui & Eccleſiæ caput eſſet, & Reip. temporalis: & vt omnia complanaret ſuo arbitrio, euerſa *rota* illa quam Propheta viderat *in medio rotæ*, poſtquam in ſuum euerriculum conuaſauit omnia quæcunque opima & optima concupiſceret, nouam ſibi rotauit mixti principatus machinam, quam ſibi ille finxit, & deſcripſit in ſua mente, non *ſecundum exemplar quod* Moyſes *in monte viderat*, ſed in menſuram angeli tenebrarũ conſtituit fundamenta noui operis, & cuiuſdam fabricæ verſatilis, quam poſſet gyrare & regyrare ad libitum; cuius baſis ſubſiſteret in placito Parlamentari-

Ezech. c. 8.

Exod c. 2. 5.

ARTICVLVS IIII.

De continuatione Schiſmatis, & inter Nouatores diſsidio, cui per conferentiam Regalem medela quæritur.

HÆC noua machina ſic poſita, & ſuis librata ponderibus, vt in omnem partẽ ſe voluere, & ad omnem vẽtum accomodari poſſet, omnis amouẽda erat obex, quę curſum eius ſufflaminaret: debuit igitur ceſſare omnis metus, & paterna obedientia ſupremi paſtoris: nec iam amplius vel Petri manu, vel ad Petri nutum, ſtringendus erat ille, vel iſte gladius, quem binario numero præparatum in defenſionem Domini contra impetum malignantiũ, dum vtrumque ſuffeciſſe ipſe pronunciat; neutrum redundaſſe colligimus. Redundabit autem in vnius manu poſita tam diuerſa & anceps armatura; nec minus orbi noxium hoc moderamen

Laicocephala Auaritia apparatus.

Luc c. 22.

Digitized by Google

vtriuſque poteſtatis, in vnius laici manu conſtitutum, quâm (quod in fabulis eſt) habenæ Phœbei currus in iuuenili dextra Phaëthontis: ſic tamen viſum eſt Regi mulieroſo omnia vnius dominatu eſſe tenenda, qui iam in brachio extēto, poſſit nobis referre, & Iouis fulmen, & Herculis clauam, & Neptuni tridētem; quin & innuptam Mineruam, ac Venerem Vulcano enuptam, à Marte conſtupratam, vna vice eodemque vultu repræſentare.

Angli Primatus cō ceptio parti. Ex iſta portentosâ ſcena, & obſcœnâ fabula profluxit omnis hæc Laicocephala Anarchia, quę dura ſeruitute coërcuit hactenus Britannici Imperij ditiones: cuius & ſeminalis ratio, per tot ſæcula ex iniuſtâ cleri oppreſſione protuberans, & ſuſcepta in vtero Iunoniæ libidinis, procreauit tandem hoc immane monſtrum, cuius experimur modo inconcinnitatem & diſſonantiam.

Conferentia Regalis. Afflat enim & adurit iſte laicalis Flaminatus omnem florem & virorem huius Imperij, dumque ipſe Archiflamen delinitus Syrenio cantu Politicorum, ſinit ſe abduci à recto tramite, quem longa Regum ſerie Progenitores calcauę-

rant,lęuo nobis omine, ex aliorum tantũ(vt credere fas eſt) aſſentatione & abdomine ,cogitur Eccleſiaſticam iſtã dominationem non reſpuere ; cuius cũ ipſe cariem & ſaniẽ introſpiceret,paulo poſt Regni auſpicationem, inſtituit ſolennẽ conferentiam cum prætenſis Epiſcopis, & Catharorum procuratoribus , interuenientibus conſiliarijs Regiis : in qua notum & agnitum fuit,& vel ipſo Rege iudice recognoſcitur, ſcripturam quam hactenus venditârunt pro diuina & ſacra Proteſtantes, in quâ cõtineri etiã aſſerebant vitam & animam religionis,ita erroribus ſcatêre , vt etiam manifeſtum ſit egere legitima traductione; ſeq; nullam hucuſque verſionem bonam vidiſſe, omnium autem deterrimam fuiſſe Geneuenſem , qua tamen vtebantur primi illi buccinatores nouellæ fidei, & ſacramentariæ diſciplinæ in Anglia:idque ita ſe habere Rex noſter pleno ore pronunciauit in illo Regali colloquio.

Scriptura Anglicana traductio deterrima.

Barlouſ. l. de conferentia Regis.

Si igitur informis euſque & inanimis remanſit, & adhuc remanet Anglicana religio , abſque verâ ſcripturâ & verbo Dei,quæ baſis eſt omnium credendorũ; ſi nulla reperta vulgaris tranſlatio quæ

Anglicana religio ſcripturarum ſulcro vacua.

vel Regi ſatisfaceret, vel veritati conſonaret, vel ab errore ac deprauatione immunis eſſet; ſi omnis illa quæ hactenus emanauit, ita mendis & maculis ſcateat, vt noua egeat repurgatione, eaquè tali pro qua omnes Academici debeāt ſuos Coryphæos adunare, & ſcripturam hactenus receptam, & publica authoritate approbatam, ad incudem reuocare, nouamque excudere, quam Epiſcopis & alijs de clero offerant, nouis tunſionibus expoliendam; tum verò expolitā rurſus tradere expendendam cœtui laicorū in ſanctiori Senatu Regis, quorum omniū calculo comprobatum, Rex ipſe tanquā ſupremus Hierarcha, ad Lydium lapidē ſui iudicij examinet, omneſq; apices excutiat (quod nondū factū audiuimus, cū tamē oculis cerneremus, & manibus ipſis tractaremus quantā dimicatione cōtra noſtros pugnatum ſit ab aduerſa parte, non ſine magna cruoris Chriſtianì profuſione. & Catholicorū rediuiua afflictione) ſi fundamentū hoc tam putre & carioſū, nouo indigeat fulcimine, vt opus ſit nouâ officina, nouo malleo, noua incude, ad extundēdam nouā verſionē; quouſq; illa plaſmetur, quæ Regi vn-

Controuerſiarum fidei compōnēdarū apud Anglos ratio.

dequaq; placere poſſit, non deberet aduerſarijs nimium diſplicere noſtrorum cõſtantia, qui libẽter nõ ſubeunt illã ſocietatẽ cũ tã manifeſto errãdi periculo.

Sed non placet ſectarijs iſta noſtra renitentia, quam Rex ipſe tam ſeuerâ notat cenſurâ, vt niſi ſubſtrauerint animas omnes, reputet ἡμιάνδρους, & ſemiſubditos tantũ, non plenè, & perfectè ſuos; cũ tamen illi ſeſquiſeruos ſe eſſe credant.

Hiberni reputati ſemi ſubditi.

Itaque vt totos & vndequaque ſuos faciat dedititios, quotquot in Hibernia ſubiectos habet, ſic omnium mentes & voluntates ſuo mancipare obſequio nititur, vt in rebus etiam ad Deum pertinentibus, quando ſuas non proſtituerẽt conſcientias, & alienæ voluntatis cœca mancipia non deuenirent, refractarij cẽſerentur & obſtinati.

Mirum non immeritò ducimus, ſic irritum fuiſſe molimen illud tam ſerium & diuturnum, quo laboratum eſt, & quidem ſtrenuiſſimè decertatum, in expugnanda firmitate & conſtantia huius nationis, quã tamen, etiamnum hodie, non niſi ſemiſubiectam ſuo imperio exiſtimat Rex Britanniæ, quia corporum non animorum ſe compotem cernit.

Digitized by Google

Catholicorum expugnandæ constantiæ molimina. Iamdudum proſcripta & ablegata eſt ex omni foro, tribunali, & iudicio legibus Regni ſtabilito, authoritas Apoſtolica; quam tamen cordibus incolarum profundiſſimè inſcriptam, nulla vis potuit exterere, nullus metus obliterare; Introducta eſt alia iuris, diſciplinæ, regiminis forma, ad quam tamen amplectendam in his quæ ſpectant ad religionem; nullo artificio induci, nullâ violentiâ illi pertrahi potuerunt: adhibitus eſt fucus ad decipiendum, lenocinium ad alliciendum, irritamentum ad prouocãdum, indago ad ſolicitandum, minæ ad perterrendum, munera ad molliendum; premunt, promunt, viam ſibi pręſtruũt, aditum præmuniunt, cuniculo ſimul & ariete oppugnant, omnemque machinam adhibent; ſed omnia incaſſum, neque hilum proficiunt; Et magis illos ad nos attrahimus quam attrahimur ab ipſis.

Cæcilij deſperatio de peruertendis Hibernis. Id quod ſummam admirationem peperit magno illi Polypragmoni, & Anglicanæ politię ſub Elizabetha columini Gulielmo Cæcilio, ſummo illius Regni Theſaurario, qui ſtupore defixus, & planè attonitus de conſtantia Hiberno-

rum, omnem operam & oleum perdi dixit in Hibernia confœderanda Eccleſiæ Britannicæ; quando hi qui in eum finẽ mittebantur operarij, adeo nihil in iſto opere promouerent, vt ipſi potius permouerentur ab Hibernis ad eandẽ cum ipſis fidem colendam. Vt ita impleretur quod diuinitus prænunciatum eſt. *Venerunt ſtructores tui deſtruentes te*: & capientes eos qui ſe ceperant, vt quod de Saule ſcriptum eſt, in cuneo Prophetarum propheta ſſe, & quos præmiſerat lictores & nuncios itidem feciſſe; Nec Dauid aut Samuelem à ſatellitibus captos, ſed qui miſſi fuerant, & qui miſerat à ſpiritu Domini comprehenſos fuiſſe: ita de his qui ex Anglia miſſi erant adminiſtri, quotidiano vſu venire conſpicimus.

Eſai. c. 49. v. 17.

1 Reg. c. 19.

Admirabuntur hanc mutationem dextræ excelſi, omnes æqui Iudices, quando ipſi etiam inimici noſtri ſic obſtupeſcunt, vt Prorex Ciceſtrius, nobis alioqui non admodum benignus, palam & nuperrimè dixerit, ſe neſcire vnde iſta proueniat Romanæ religionis tenacitas in præcordijs Hibernorum, niſi vel gleba ſit infecta; vel pollutus aër; vel ipſum clima conſtupratum immunditijs,

A. Ciceſtrius ipſũ clyma fatetur Catholicum.

vide ſupra Sect. 3. art. 6. n. 37.

& fæcibus fidei Pontificiæ; cui cætera omnia poſthabenda, & fidelitatem erga regem, & obſeruantiam erga eius miniſtros, & curam poſteritatis, totumq; ſtatum ſuum ſumma pertinacitate decreuerint.

ARTICVLVS V.

De ſupplantatione fidei & explantatione indigenarum.

Ciceſtrius omnia faucibus ſuis abſorbere voluit.

EX quo Regni huius gubernaculum deuenerat in ſortem Anglicanę coronę, neminem facilè comperiemus qui ſummi Gubernatoris vicem (ſiue illum Proregem nuncupauerimus, ſiue Deputatum generalem, ſiue Cuſtodem aut Iuſtitiarium) diutius obtinuit, & ardentius exercuit, & liberius ſeueriuſque adminiſtrauit, quam Arthurus C. vt omnia manu ſua continere voluiſſe, omnia in ſinu congerere, omnia faucibus obſorbêre videretur, *habens fiduciam quòd influeret Iordanis in os eius.*

Iob. c. 40.

Omnia erant pacata & tranquilla, domi foriſque otium & quies, nullus internè tumultus, nullum externè bellum reſonabat; vbique pax & ſecuritas; ſilue-

runt arma, conticuerunt litui, tubæ & turmæ obmutuerunt; nullæ turbæ, nulla ferè turbatio, niſi quam ipſi qui cum Imperio præerant, vel ſuſcitando conciuerunt, vel concitatam nutriuerunt in noſtræ profeſſionis homines.

Ante hac dum litui concreparent, & gladij vibrarentur, lites, & legũ laqueos nemo extimeſcebat; iam verò quid aliud facimus, quid patimur, quam inextricabiles quæſtiones, de religione auita, & auitis poſſeſſionibus; de fide, fundis, & latifundijs; de plantatione & ſupplãtatione; de noua facie & vultu Reip. inducendo; de nouis Colonijs hominum extendendis; nouo cultu Dei propagando; nouo titulorum & hæreditatum iure ſanciendo; de nouis iniurijs incolarum cumulandis. *Religionis euertendæ molimina.*

In hæc itur velis & equis, bigis & quadrigis; omnis induſtria, vigilantia, & ſtudium in his ponitur, ab his qui poſiti ſunt ad clauum huius Reip. in vnum conſpirant omnes præfecti, Præſides. Antiſtites, & Prorex, & tota gubernationis machina in hoc nititur, & pertendit, vt cum omnia, inſtar fulguris coruſcantis, imperio ſuo peruaſerint, nihil pe-

nitus inconcuſſum relinquant. Huc pertinet Proregis tot anteà circuitus, & quę proximè facta eſt autumnalis & æſtiua eius itineratio. Huc ſpectat Cancellarij & Primatis, cũ aliis ſuis Sufflaminibus, regalis, & quaſi Dialis viſitatio, ijſdẽ ferè diebus auſpicata. Huc eòdẽ pertinet vtriuſque brachij, ſæcularis & Eccleſiaſtici tam arcta colligatio: vt iam vtraque curia Chriſtianitatis & Regni, ſub vno capite Hierobaſilico, videatur conflata in vnum Behemoth: cuius corpus quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquammis ſe prementibus, vnà vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incendit per eas.

Iob. c. 41.

Confœderatio malorum in bonorum ruinam.

Antea vidimus Proreges & Cancellarios in diuerſa ferri, vidimus Proceres Eccleſiaſticos & laïcos aduerſantibus inter ſe ſtudijs conflictari, ex quorum mutua colluctatione, tantillum reſpirationis & leuaminis poterant percepiſſe Catholici: iam verò ſicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur, & in Orthodoxæ fidei exterminiũ armati, dexteras iunxerũt in hoc negotio, ne qua ſit iudiciorum inter eos diſcrepantia, ſed vna mente, & conſilio ſocietatem coëunt, & aduerſus noſtram profeſſionem confœderantur.

Nahum. c. 7.

Sicut eſſe noxium ſolet ſi vnitas deſit bonis: ita periculoſum eſt ſi non deſit malis; Quos enim ſimilis reatus ſociat concordi pertinacia, etiam defenſio peruerſa conſtipat vt de facinoribus ſuis alterna ſe inuicẽ defenſione tueantur. Sic Diocletianus, Iouius, Maximianus, Herculeus, Galerius, coniuncti cum Conſtantio gloriabantur de ſua in Chriſtianos vnanimitate, vide Baron. ann. 301. *Greg. l. 33. Moral. c. 24.*

Duo erant in præcipuis votis ſenatui populoque Anglicano, ab ipſa Regis inauguratione: vnum vt ſupplantarent Catholicam religionem, quam commutarent aſcititia nouitate ſuorum dogmatum: alterum vt explantarent ipſos Catholicos ex auitâ poſſeſſione; in quorum hæreditatem introducerent nouas colonias. Vtrumque videbatur magnæ molis & maximi moliminis opus: Sed vtrumque tamen in ſe recepiſſe videtur Arthurus Cicheſtrius, idque operâ & ope conſilij ſui conficiendum præferebat. *Anglicani ſenatus populique vota.*

Nulla videbatur melior oportunitas ſperari poſſe, quam vbi fatigati incolæ bello, peſte, & inedia, hebeſcebant animis, & viribus languebant, proſtrati *Oportunitas captata vexandi Catholicos.*

Digitized by Google

mente pariter & corpore; quando etiam ex immutatione ſtatus, & conſanguinei Regis inueſtiturâ, confidebant proſperiori curſu regiminis, rectiorique tenore adminiſtranda omnia: qua ſpe lapſi, & deluſi miſerabiliter expoſiti remanebãt, & obnoxij illis calamitatibus & iniurijs, quaſcunque infligere decernerent Gubernatores.

Occaſione iſtius debilitatis & deiectionis noſtrorum, animati mirificè hi qui præerant, dura illis & dira imperare audebant; illi verò non audebant imperata refugere; atque ita dum paterent ictibus vtriuſque gladij; & vtrumque brachium armatum & extenſum in eorum ceruices immineret, quid facerent Chriſti pugiles: niſi obediendo voci cæleſtis Magiſtri, in arenâ patienter ſubſiſtere, & tanquam oues ad occiſionem ductæ, coram tondente ſe & laniãte obmuteſcere. *Iſai. cap. 53. Actor. c. 8.*

Non eſt loci huius, nec breuitatis quã mihi propoſui, recenſere quæ in hoc genere pertulerunt Catholici, in diuerſis prouincijs huius Regni, ex quo A. C. ſupremum in gubernatione locum obtinuit; alterius otij negotium illud fuerit; nunc

rit; nunc limitem mihi poſui paucorum menſium, quem non temerè tranſgrediar, niſi prout vim intulerit præſentiũ conditio euentorum; quæ ab ignoto lectore, & in rebus noſtris hoſpite non adeo procliuiter intelligentur, abſque enucleatione præuiorum conſiliorum, quæ tamen non niſi modicè, vel intra modum attingemus, quatenus lucem afferent deſcriptioni proximi ſemeſtris iam tranſlati (quem ego mihi ſcopum præcipuè intuendum, & alijs exponendum ſtatui) vt ſi aliqua delibanda ſint ex conſilio & praxi anteriorum temporum, veniam mereri poſſit digreſſio, quæ nõ niſi parciſſimè à nobis fiet, quãtum ſatis erit ad ea mente concipienda quæ in præſentiarum geruntur.

Itaque cum illa ſententia diu ſtetiſſet in mente ordinum Regni, vt ſupplãtationem fidei noſtræ, & explantationẽ veterum ac fidelium incolarum, pleno & perfecto exitu concluderent: In illo celebratiſſimo cœtu, in quo Rex ipſe præſidebat (vnà conſidentibus intimis conſiliarijs, adhibitis etiam ſelectioribus Prælatis & doctoribus) conſtituerat aggrediendam eſſe conformitatem *Conſultatio Regis de procuranda cõformitate ſubditorũ in religionis negotio.*

ſuorum vndequaque ſubditorum, in quâ conſiſtere putauit ſtabilimentum ſuorum Statuum ac Dominiorum, Vnde exorſus eſt negotium reformationis, potiſſimum vero Eccleſiæ Anglicanæ, cui veluti appendicem eſſe voluit, ſi nõdum Scoticam (quia hoc tam citò peruincere non tam pronum erat) ſaltem Hibernicam illam, quam plaſmauerat Henricus octauus, & ipſe nouâ diſciplinæ figurâ ſtatuit à ſe effigiandam: Inter primaria tria capita illius ſolemniſſimæ conſultationis vnum illud erat, vt Hiberniæ de idoneis & potentibus Miniſtris prouideretur.

De hac autem re quid ſancitum ſit in illo Regali colloquio, lubet referre totidem verbis, quibus Gulielmus Barlou Doctor Theologus, & Decanus Ceſtrienſis, qui in iſto conſeſſu intererat, & omnium quæ gerebantur teſtis, ſcripto conſignauit ibidem acta & determinata.

In libello ſuo de colloquio Regis edito.

Poſteà igitur quam alia quædam inibi conſulta, & pertractata expoſuiſſet; *quartò*, inquit, *loco deliberandum erat de ordinandis deſtinandiſque prædicatoribus in Hiberniam (cuius non ſum, inquit Regia Ma-*

Deſtinatio Miniſtrorum in Hiberniam.

ieſtas niſi dimidiatus Rex, qui corporibus eorum cum potiar, tamen animæ ſeductæ ſunt per Papiſmum) cui multum indoluit, affirmans obedientiam non poſſe fidelem & ſolidam ibi ſubſiſtere, vbi vera religio non dominatur: neque pro Hibernia ſolum, ſed etiam pro Cambria & Boreali Collimitio (ita olim nominato cum iam limes non ſit) Et qui mittendi ſunt, ne ſeditioſi ſint, aut ſcandaloſi; vepres enim & vrticæ vbicunque fuerint ſemper in eandem naturam ſuccreſcent, nec in aliud vtiles ſunt, quam vt extirpentur, & extra horti ſepta proijciantur. Itaque delectum eſſe faciendum huiuſmodi hominum, qui & ſynceritate & doctrinâ, & animi fortitudine polleant. Iſti negotio maturando ſua maieſtas præcepit diuerſos Commiſſarios, tam de priuatis conſiliarijs ſuis, quam de Epiſcopis ſtatim deputari ab Archiepiſcopo Cantuarienſi quando iſte cætus diſſolueretur. Quod ita dictum, mox etiam factum fuiſſe par eſt credere.

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

Viſitatio ſtatus Eccleſiaſtici ex Regali Commiſſione.

Miniſterialis apparatus effecta.

EX hac conſultatione, & Commiſſariorum ordinatione ſecutum opinamur illum miniſterij apparatum, quē annis ſuccedentibus experti ſumus: cuius tam crebra ſcrutinia, viſitationes, animaduerſiones, quæ poſtea factæ sūt, vix ad aliud magis valuerunt, quàm vt ea Proteſtantium flagitia; & immunditiæ quæ antea in angulis, & ſub modio fiebant, propalarentur in vulgus, & omnium oculis pateſierent.

Miniſtri de miniſtris cenſura.

Tam inconcinna erat, & dedecoroſa miniſtrorum vita, vt paucis hinc retrò menſibus, primarius in illo clero heteroclyto non malæ indolis Antiſtes, & natiuæ in hoc ingenuitatis non immemor, Catholicis Sacerdotibus conniuendum duceret, quando ita infames, impudici, & probroſi ſunt gregales miniſtelli nouatæ religionis, vt ad deſtruendum ſuis moribus populum, quā

ad inſtruendum potius deſeruiant; & quidni grex laſciuiat quando arietes ſunt emiſſarij?

Niſi verecundiæ lectoris parcendum putarem, multis hic documentis comprobarem, quam praua ſit & impia conuerſatio iſtorum; qui dum cœlibatum Catholicorum execrantur, thorum ſuũ coniugalem reddunt execrabilem; vt de compluribus eorum fas ſit dicere quod habetur apud Ieremiam de mœchis & adulteris: *Equi amatores & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.* *Ierem. 5. 5.*

Hoc clariſſimè patuit in nouella circumquaque plantatione: ſed pro ſpecimine cæterorum, vnum ex Aquilone, alterum ex Auſtro deſumemus experimentum. Prodeat igitur primo loco A. B. Apoſtata qui in Aquilonari coloniâ prætenſus D. Epiſcopus, inſtar alicuius Itiphalli de grege Corybantum, tam effuſè proruebat in libidinem, vt non cõtentus vnâ focariâ, quam votifragus in vxoris vicem ſibi arrogauit, illius tædio mox affectus, & deſultoriâ libertate ſe magis oblectans, aſcitiâ repudij ſententiâ, quam in Curia prærogatiuæ Regiæ, *Miniſtri velut equi amatores.* *Greg. Nazianz.*

quaſi in perſona alterius, ſui quidem diœceſani, ſuffuratus eſt; diuortium fecit, & famuli ſui coniugem in locum repudiatæ aſſumpſit; & tam in primo connubio ſacrilegus, quam in ſecundo profanus, & in libello repudij fraudulentus, in omnibus autem flagitioſus & infamis ab ipſis ſuæ ſectæ coryphæis notatus eſt, & à bonis omnibus meritò deſpectus.

Figuli præconis ſalacitas.

In Auſtrali verò Colonia non meliori loco res habentur, quæ vt notiores nobis fiant huic Aquilonari Antiſti-ti ſuccenturiandus eſt Auſtralis præco. Is nomine Figulus, & omine ſuo inſigniter fingens ſibi fortunam, cum eſſet in Anglia ex illo calamiſtrato agmine loquacium miniſtrorum, qui ſe venditant pro euangelicis concionatoribus; vel ſortem pertæſus, vel exoſus thori conſortem, decreuit ſedem mutare, & ſolum vertere: finxit autem apud vxorem velle ſe in Galliam tantiſper transfretare, ad negotia quædam quæ iſtic haberet conficienda, quibus expeditis, confeſtim ad proprium domicilium rediturum: quod fœminæ perſuaſum cupiebat, quia nec comitem illam voluit

Miniſtri craſſa æquiuocatio.

habere, nec ſubſequam. Iſto figmento ſic præſtructo, tranſtulit velificationem in Hiberniam, commutato derepente in Corum Circio, recepit ſe ad Talaoenſes nouos colonos, & compatriotas ſuos, de quibus ſi legitimum quæras, & locupletiſſimum teſtimonium, in confeſſo eſt eſſe colluuiem hominum omni ſcelere opertorum, adulteros, decoctores, ſicarios, & qui inter eos honeſtiores haberi poſſunt, depeculatores, & alieni æris in immenſum corraſores, qui cum ex aliorum arculis & ſarcinis locupletati diteſcunt, vt ſe abdant, & à creditorum oculis ac lictorum compedibus abducant, transfugiunt ad loca debitoribus tuta, creditoribus incognita.

Talaoenſium colonorum infamia.

Inter hos aliquandiu commoratus Figulinus iſte præco, cum procaciter in ſuggeſtu dicterijs in Catholicos luxuriaret, abſente vxore quam in Anglia reliquit, cum nollet ſe ab illicitis continere amplexibus, puellam politulam, comptulam, proteruam vitiauit, deſpōdit, fœcundauit facundulus iſte, & limatulus prædicator. Vxor ſolicita de longâ mariti ſui morâ; & reſciens tandem manſionis locum, inſecuta eſt virum, &

Miniſtri adulteriū.

Deprehenſus à Propria vxore.

conſecuta ſuperinductam iam prægnā-tem: Iunonio œſtro percita vtrumque exagitat, tandem marito reconciliata, cogit dimittere pelliculam: Ipſa interim Gallica lue infecta, eadem tinctura coniugem tabefecit; cui & par pari referendum cenſuit in leuitate & perfidia, ſanatam corpore, ſed mente petulcam, in ipſo templi ſacrario deprehendit maritus miniſter, in adulterio flagranti, cum proiecto iuuenculo, qui conturbatâ fortunâ, rebuſque deperditis, ex Anglia egreſſus, huc ſe contulit ad ruinas ſuas reparandas. Noſter hic præco, ceu flamen dialis irâ inflatus, minatur adultero eiectionem è regno; & in eum finem parat grauiſſimã querelã, quam ei apud pſeudo epiſcopũ intentet: Ille conſcius ſceleris ſui, & triſtis de exilio, vel alio atrociore ſibi infligēdo ſupplicio opportunè intelligit à vicino ſuo, municipe Taloēſi, accuſatorē in eodē hęrere luto cũ reo, & bicorni dilemmate poſſe cogi, vt vel actione abſiſtat, vel eādē ſubeat pœnam ſententiæ, quam alteri inſtabat irrogandam. Neque enim iſtũ ex illis eſſe quos *boues triturantes* deſcripſit Apoſtolus, quibus ora infrenanda non eſſent,

Ab eadem Gallica lue inficitur.

Eandem mox miniſter in adulterio flagranti deprehendit.

1. Corint. 9.

1. Timoth. 5.

ſed ferocem tantum, & quidem cornupetam, fœnumque geſtare in cornu, quod ei poſſet in frontẽ impingi de cõſtupratâ puella tali, in horreo talis vexilliferi Taloënſis; cuius ſi inficias iuerit, ipſum aduocet in teſtimonium, præciſè affirmaturum in opere à ſe conſpectos.

Cui propterea vicẽ rependit.

Iſto cornuto dilemmate ſic obiecto miſelli oculis; ſiluit à querela mouenda: ſed vxor eius fatigata magis quam ſatiata illo iuuenili complexu, iam perfricta fronte & pudore abiecto, ad plaſtem ſe à figulo proripuit, cum quo etiam aufugit ex tota illa colonia; cuius ingeniũ & mores, quia ſemper in luto & ſordibus inhærebant, non inconcinnè factã mutationem autumabis, vt quando illa ſe ex figulinâ ſubduxerat, ad argillã tamen maneret intenta. Vidi vbi nouus hic plaſmator, cum nouellâ coniuge comitatus, tectorio induxerat cuiuſdã nobilis aulam, ſed opere hiante & deciduo, quod nec ad ornatũ valuit, nec ad tegumentum à vento vel pluuia; prorſus vt intelligas, plaſma hoc argillaceũ non eſſe abſimile eorum fidei iam nouo modo plaſmatæ, & nouo flaminatu circumueſtitæ.

Digitized by Google

conſecuta ſuperinductam iam prægnātem: Iunonio œſtro percita vtrumque exagitat, tandem marito reconciliata, cogit dimittere pelliculam: Ipſa interim Gallica lue infecta, eadem tinctura coniugem tabefecit; cui & par pari referendum cenſuit in leuitate & perfidia, ſanatam corpore, ſed mente petulcam, in ipſo templi ſacrario deprehendit maritus miniſter, in adulterio flagranti, cum proiecto iuuenculo, qui conturbatâ fortunâ, rebuſque deperditis, ex Anglia egreſſus, huc ſe contulit ad ruinas ſuas reparandas. Noſter hic præco, ceu flamen dialis irâ inflatus, minatur adultero eiectionem è regno; & in eum finem parat grauiſſimā querelā, quam ei apud pſeudo epiſcopū intentet: Ille conſcius ſceleris ſui, & triſtis de exilio, vel alio atrociore ſibi infligēdo ſupplicio opportunè intelligit à vicino ſuo, municipe Taloēſi, accuſatorē in eodē hęrere luto cū reo, & bicorni dilemmate poſſe cogi, vt vel actione abſiſtat, vel eādē ſubeat pœnam ſententiæ, quam alteri inſtabat irrogandam. Neque enim iſtū ex illis eſſe quos *boues triturantes* deſcripſit Apoſtolus, quibus ora infrenanda non eſſent,

Ab eadem Gallica lue inficitur.

Eandem mox miniſter in adulterio flagranti deprehendit.

1. Corint. 9.
1. Timoth. 5.

ſed ferocem tantum, & quidem cornupetam, fœnumque geſtare in cornu, quod ei poſſet in frontē impingi de cōſtupratâ puella tali, in horreo talis vexilliferi Taloënſis; cuius ſi inficias iuerit, ipſum aduocet in teſtimonium, præciſè affirmaturum in opere à ſe conſpectos. *Cui propterea vicē rependit.*

Iſto cornuto dilemmate ſic obiecto miſelli oculis; ſiluit à querela mouenda: ſed vxor eius fatigata magis quam ſatiata illo iuuenili complexu, iam perfricta fronte & pudore abiecto, ad plaſtem ſe à figulo proripuit, cum quo etiam aufugit ex tota illa colonia; cuius ingeniū & mores, quia ſemper in luto & ſordibus inhærebant, non inconcinnè factā mutationem autumabis, vt quando illa ſe ex figulinâ ſubduxerat, ad argillā tamen maneret intenta. Vidi vbi nouus hic plaſmator, cum nouellâ coniuge comitatus, tectorio induxerat cuiuſdā nobilis aulam, ſed opere hiante & deciduo, quod nec ad ornatū valuit, nec ad tegumentum à vento vel pluuia; prorſus vt intelligas, plaſma hoc argillaceū non eſſe abſimile eorum fidei iam nouo modo plaſmatæ, & nouo flaminatu circumueſtitæ.

Digitized by Google

conſecuta ſuperinductam iam prægnã-
tem: Iunonio œſtro percita vtrumque
exagitat, tandem marito reconciliata,
cogit dimittere pelliculam: Ipſa interim
Gallica lue infecta, eadem tinctura con-
iugem tabefecit; cui & par pari referen-
dum cenſuit in leuitate & perfidia, ſana-
tam corpore, ſed mente petulcam, in ip-
ſo templi ſacrario deprehendit maritus
miniſter, in adulterio flagranti, cum
proiecto iuuenculo, qui conturbatâ for-
tunâ, rebuſque deperditis, ex Anglia e-
greſſus, huc ſe contulit ad ruinas ſuas
reparandas. Noſter hic præco, ceu fla-
men dialis irâ inflatus, minatur adulte-
ro eiectionem è regno; & in eum finem
parat grauiſſimã querelã, quam ei apud
pſeudo epiſcopũ intentet: Ille conſcius
ſceleris ſui, & triſtis de exilio, vel alio a-
trociore ſibi infligẽdo ſupplicio opportu-
nè intelligit à vicino ſuo, municipe Ta-
loẽſi, accuſatorẽ in eodẽ hęrere luto cũ
reo, & bicorni dilemmate poſſe cogi, vt
vel actione abſiſtat, vel eãdẽ ſubeat pœ-
nam ſententiæ, quam alteri inſtabat ir-
rogandam. Neque enim iſtũ ex illis eſſe
quos *boues triturantes* deſcripſit Apoſto-
lus, quibus ora infrenanda non eſſent,

Ab eadem Gallica lue infici-tur.

Eandem mox mini-ſter in ad-ulterio fla-granti de-prehendit.

1. *Corint.* 9.
1. *Timoth.* 5.

Digitized by Google

ſed ferocem tantum, & quidem cornupetam, fœnumque geſtare in cornu, quod ei poſſet in frontē impingi de cōſtupratâ puella tali, in horreo talis vexilliferi Taloënſis; cuius ſi inficias iuerit, ipſum aduocet in teſtimonium, præciſè affirmaturum in opere à ſe conſpectos. *Cui propterea vicē rependit.*

Iſto cornuto dilemmate ſic obiecto miſelli oculis; ſiluit à querela mouenda: ſed vxor eius fatigata magis quam ſatiata illo iuuenili complexu, iam perfricta fronte & pudore abiecto, ad plaſtem ſe à figulo proripuit, cum quo etiam aufugit ex tota illa colonia; cuius ingeniū & mores, quia ſemper in luto & ſordibus inhærebant, non inconcinnè factā mutationem autumabis, vt quando illa ſe ex figulinâ ſubduxerat, ad argillā tamen maneret intenta. Vidi vbi nouus hic plaſmator, cum nouellâ coniuge comitatus, tectorio induxerat cuiuſdā nobilis aulam, ſed opere hiante & deciduo, quod nec ad ornatū valuit, nec ad tegumentum à vento vel pluuia; prorſus vt intelligas, plaſma hoc argillaceū non eſſe abſimile eorum fidei iam nouo modo plaſmatæ, & nouo flaminatu circumueſtitæ.

Digitized by Google

conſecuta ſuperinductam iam prægnã-tem: Iunonio œſtro percita vtrumque exagitat, tandem marito reconciliata, cogit dimittere pelliculam: Ipſa interim Gallica lue infecta, eadem tinctura coniugem tabefecit; cui & par pari referendum cenſuit in leuitate & perfidia, ſanatam corpore, ſed mente petulcam, in ipſo templi ſacrario deprehendit maritus miniſter, in adulterio flagranti, cum proiecto iuuenculo, qui conturbatâ fortunâ, rebuſque deperditis, ex Anglia egreſſus, huc ſe contulit ad ruinas ſuas reparandas. Noſter hic præco, ceu flamen dialis irâ inflatus, minatur adultero eiectionem è regno; & in eum finem parat grauiſſimã querelã, quam ei apud pſeudo epiſcopũ intentet: Ille conſcius ſceleris ſui, & triſtis de exilio, vel alio atrociore ſibi infligẽdo ſupplicio opportunè intelligit à vicino ſuo, municipe Taloẽſi, accuſatorẽ in eodẽ hęrere luto cũ reo, & bicorni dilemmate poſſe cogi, vt vel actione abſiſtat, vel eãdẽ ſubeat pœnam ſententiæ, quam alteri inſtabat irrogandam. Neque enim iſtũ ex illis eſſe quos *boues triturantes* deſcripſit Apoſtolus, quibus ora infrenanda non eſſent,

Ab eadem Gallica lue inficitur.

Eandem mox miniſter in adulterio flagranti deprehendit.

1. Corint. 9.
1. Timoth. 5.

ſed ferocem tantum, & quidem cornupetam, fœnumque geſtare in cornu, quod ei poſſet in frontẽ impingi de cõſtupratâ puella tali, in horreo talis vexilliferi Taloënſis; cuius ſi inficias iuerit, ipſum aduocet in teſtimonium, præciſè affirmaturum in opere à ſe conſpectos.

Cui propterea vicẽ rependit.

Iſto cornuto dilemmate ſic obiecto miſelli oculis; ſiluit à querela mouenda: ſed vxor eius fatigata magis quam ſatiata illo iuuenili complexu, iam perfricta fronte & pudore abiecto, ad plaſtem ſe à figulo proripuit, cum quo etiam aufugit ex tota illa colonia; cuius ingeniũ & mores, quia ſemper in luto & ſordibus inhærebant, non inconcinnè factã mutationem autumabis, vt quando illa ſe ex figulinâ ſubduxerat, ad argillã tamen maneret intenta. Vidi vbi nouus hic plaſmator, cum nouellâ coniuge comitatus, tectorio induxerat cuiuſdã nobilis aulam, ſed opere hiante & deciduo, quod nec ad ornatũ valuit, nec ad tegumentum à vento vel pluuia; prorſus vt intelligas, plaſma hoc argillaceũ non eſſe abſimile eorum fidei iam nouo modo plaſmatæ, & nouo flaminatu circumueſtitæ.

Digitized by Google

ſed ferocem tantum, & quidem cornupetam, fœnumque geſtare in cornu, quod ei poſſet in frontē impingi de cōſtupratâ puella tali, in horreo talis vexilliferi Taloënſis; cuius ſi inficias iuerit, ipſum aduocet in teſtimonium, præciſè affirmaturum in opere à ſe conſpectos.

Cui propterea vicē rependit.

Iſto cornuto dilemmate ſic obiecto miſelli oculis; ſiluit à querela mouenda: ſed vxor eius fatigata magis quam ſatiata illo iuuenili complexu, iam perfricta fronte & pudore abiecto, ad plaſtem ſe à figulo proripuit, cum quo etiam aufugit ex tota illa colonia; cuius ingeniū & mores, quia ſemper in luto & ſordibus inhærebant, non inconcinnè factā mutationem autumabis, vt quando illa ſe ex figulinâ ſubduxerat, ad argillā tamen maneret intenta. Vidi vbi nouus hic plaſmator, cum nouellâ coniuge comitatus, tectorio induxerat cuiuſdā nobilis aulam, ſed opere hiante & deciduo, quod nec ad ornatū valuit, nec ad tegumentum à vento vel pluuia; prorſus vt intelligas, plaſma hoc argillaceū non eſſe abſimile eorum fidei iam nouo modo plaſmatæ, & nouo flaminatu circūmueſtitæ.

Digitized by Google

Duas puellas domi fouet.

Sed figulus interim ſic ſpretus, & deluſus à ſuâ vxorculâ, ſui ſemper ſimilis, domi fouebat duas alias puellas, quibus cum ad libidinem pro libitu abuteretur, vnam quæ comptior apparebat, abduxit vicinus accola, quod ille ęgrè ferēs, eius filiam, abſente patre, pellexit, & ablatam ſibi iugalem copulauit, quam & adhuc retinet, priore & propriâ vxore, quantū ſciri potuit, etiamnū ſuperſtite.

Tertiā viuente propria vxore ſibi copulat.

Quod eo latiùs referre volui, vt ex vno plures acciperemus, & qui longinqui ſunt, ad quos hæc mira & noua peruenire contingeret, tanquam in ſpeculo cernerent veram effigiem huius coloniæ, in qua, ceu nebulonum & tenebrionum verâ & merâ ſentinâ, tanta exvndat improborum nequitia, vt ſuas illi improbitates mutuò prodāt, quoties rixæ aut contenſionis quidpiam inter eos oboritur.

Nouorum colonorū contagio.

Quibus æquo iudicio conſideratis, quid mirū dixiſſe quempiam, vel ſcripſiſſe ad ſuum familiarem, per iſtum nouorum colonorum incolatum deuenturam Hiberniam (niſi Deus prouiderit) & ſceleratorum aſylum, & puram putam cloacam impuritatis. His autem fæ-

cibus hominum ſi leges ſuffragentur, vel poteſtas accedat leges ferendi pro ſuo arbitrio, de patriâ nil mitius ſperari poſſe, quam vt omnia ruant in extermi-nium.

Id quod ab ipſo non impunè dictum; cum tamen inuentus ſit vnuſquiſpiam in his comitiis tam audax & effrons, qui diceret Regnum Hiberniæ vi & armis expugnatum; fas eſſe, & poſſe iure belli adminiſtrari à gente victrice, & per eam condi municipales leges, ita vt ipſi Hiberni ab eis ſanciendis penitus excludantur. Quod qui dicunt, vellem pro ſuâ prudentia animaduerterent, hanc tam rigidam cenſuram, quam liuor & libido eructauit aduerſus noſtram nationem, eodem tenore in Britanniam quadrare, quæ & crebriùs deuicta, & fortius deuincta, & arctius ſubiugata fuit externis dominatoribus, Romanis, Saxonibus, Danis, Normannis, vt omittā Pictos, gentēque Scotorū; inclytā hui⁹ nationis noſtræ ſobolem, veraque Hibernorum genimina, quippe (vt Gyraldus auctor eſt. *Nello magno Hiberniæ monarchiam obtinente, ſex filij Muredi Regis Vltoniæ, in Claſſe non modicâ, Boreales Britan-*

Britannia ſæpe ſubiugata.

diſt. 3. 6. 16. Topographi.

niæ partes occupauerunt, vnde & gens ab ijs propagata, & ſpecificato vocabulo Scotia vocata, vſque in hodiernum, Angulum illum inhabitant.

Iam ex illo angulo nobis prodiit illuſtre germen, cuius cacumen cum pertigerit ad culmen Monarchiæ Britannicæ obumbrans adiacentes Inſulas, & inter alias, hanc matricem terram, ex qua gentis Gathelicę duxit originem; ſi reliquis votis noſtris de eius perenni fęlicitate vnum non deeſſet, quod in diuortio religionis poſitum eſt, omnia nobis eo Duce & auſpice, veluti diuinâ virgulâ ſuppeditata putaremus, quando oculis noſtris, ex ſemine noſtro, Regẽ noſtrum conceditur intueri.

Iacobus Rex ex Hibernia oriundus

Sed huius lætitiæ plenitudinem diluit, & quodammodo caſtigat iſta doctrinæ diſparitas, quam eius miniſtri vel inuitis nobis, ſic obſtrudere inardeſcũt, vt in hoc præcipuè videantur excubare, & toti intenti eſſe, quomodo noſtrum in fide ingenuitatem corrumpant.

coloniarũ impunita corruptela.

Corruptelas coloniarum ex vno vel altero documento, iam deguſtauimus, ex quibus quàm illi deſpiciant

Digitized by Google

iura omnia & diuina & humana, ſacra & profana ſuſque deque ferentes; quam ignominioſè, turpiter, & nefariè, contra iuſtitiam, contra honeſtatem, contra Religionem peccent; quã ſacrilegè, inconditè, & promiſcuo in multis coitu, Barbarorum, aut vero Brutorum ritu degant, apertè cognoſcitur. Cum his tamen omnibus videmus Regios miniſtros acriores eſſe, & vigilantiores aduerſus noſtram profeſſionem (quæ vel ipſis fatentibus, purior eſt & immunior ab his ſordibus) quàm aduerſus iſtos tã perditos & profanos graſſatores. De mulctis ordinarijs renuentium adire tẽpla proteſtantium, ex quibus multi ad ſummam pauperiem redacti ſunt, alibi diximus; de arbitrarijs autem & extraordinarijs, vix credibile eſt quantis exactionibus otioſi miniſtelli, cum ſuis apparitoribus & accenſis, grauant noſtros, non dico honeſtiores ciues & epulentiores, ſed ruſticanam plebem & infimos in vulgo operarios; quibus impunè non eſt liberos ſuſcepiſſe in legitimo matrimonio: Nam ſi prolem recenter editam non offerant miniſtro baptizãdam, ſed magis à Catholico Sacerdote

Mulctæ arbitrariæ orthodoxorum.

regenerandam in occultos tradunt, exigitur à miſſellis in pœnam commiſſi, pretium caballi aut vaccę, cuius fortaſſe ſolius ope, & vnico peculio vitam maximè tolerabant.

Si qui huc ex Anglia aduentant pro fide extorres, qui modico ſale, & anguſto lare contenti, vitam frugalem & innocuam tranſigunt, vt cum ſerenitate conſcientiæ fruantur communi luce, & ſalubri aurâ temperatiſſimi clymatis, ſuiſque expenſis vitam tolerent, abſque iniuriâ, onere vel grauamine cuiuſquã, non eſſe tolerandos vt ita latitent, elata voce proclamant aduerſarij: Ad quorũ continuos & obſtreperos clamores irritantur hi qui pręſunt ex eadem natione, vt in eos ſeuerius inquirant, & vel calumnijs onerent, vel dehoneſtent conuitijs, vel etiam è ſuis ſedibus, & latibulis penitus eiiciant.

Regalis viſitationis ſcopus

Quis crederet in regali viſitatione, quam Cancellarius cum ſuis Aſſeſſorib⁹, Symmiſtris, Anognoſtis, & alijs iuſſu Regis inſtituerunt menſibus elapſis, iter ſuum exorſi ab vrbe Dublinenſi, & largo terrarum circuitu confecto per Laginiam, Mamoniam, Conaciam,

perque fines Vltoniæ, & Midiæ in eandem vrbem regreſſi; in tanto diœceſium & prouinciarum ambitu, quis inquam, crederet non adituros iſtas Colonias, non audituros Colonorum querelas, non ordinaturos diſciplinæ formam in grege tam informi, non adhibituros medicinam tam latè ſerpentibus morbis, non prouiſuros obicem, non obdituros repagulum tam præcipiti populorum ruinæ, & torrenti omnium vitiorum.

Sed quid factum toto iſto tam celebri comitatu & progreſſu? De occultis viſitantium cōſiliis nihil pręiudicamus; quæ autem palam agitabantur, hæc ferè & huiuſmodi ferebantur: Primo de beneficiorum Polygamiâ, & pluralitate cauendâ, vel certè moderanda, vt qui antea veſtiti erant duplicibus, deinceps incedant ſimplicius; niſi quod iam hyeme appropinquante, nix & pruina multos cogat ad diploides reſumendas, prout lepidè Cancellario reſponſum fuit à Cantuarienſi, in illo Regali Colloquio, cuius ipſa hæc viſitatio partus quidam & ſoboles exiſtit. *Beneficiorum polygamia.*

Secundò de appropriatis prouenti-

Appropriatio prouentuum monaſteriorum. tibus Monaſteriorum, fiſco Regio olim addictis, & exinde varijs perſonis, inque varios vſus diſpartitis, vt ratam partem ferant miniſterij ſuſtentandi, & magiſterij conſtituendi per omnes Diœceſes pro iuuentutis educatione. Nam parum illis viſum erat catholicos præceptores à docendo amouere, niſi hæreticos in eorum locum & officium ſurrogarent.

Inquiſitionis in Catholicos renouatio Tertiò de renouandis excubijs, & ſeduliore inquiſitione in Sacerdotes Catholicos; de refugiis eorum, & notis receptaculis, quæ ſecreta indagine quæſitorum, quos ipſi viſitatores de ſuo clero nominârunt, pernoſcenda & ſcripto tradenda commendârunt.

Mutila reparatio templorũ. Quartò de reparatione templorum, quæ vetuſtate & frequentationis deſuetudine corruerunt; in quo illud venit obſeruandum, cum pleraque templa tam vrbana quam ruralia diſtinguantur in duas partes, quarum vna vocatur preſbyterium, altera nauis Eccleſiæ; illius cura vt ſartum-tectum teneatur, ipſi clero incumbit; huius vero omnis ſolicitudo, tuendi, tegendi, ſarciendi, reparandi pertinet ad laicos, ex veteri

& re-

Digitized by Google

& recepta conſuetudine: In iſta igitur reparatione, quæ tam ſeriò & ſtrenuè ante triennium per Proregem vrgebatur, neglecto in plerisque locis presbyterio ſiue ſacrario, lignatores & cementarij turmatim conducebãtur ad reſtaurandas anteriores illas partes, quæ ſunt laïcorum receptacula; quę ſicubi negligebantur, iam vidimus vel mulctas irrogari pecuniarias, vel armatos equites, è cohorte & ſatellitio Proregis imponi parochianis, vt graſſantes per illas parochias imminerent reſtaurationi, & depaſcerẽt miſeros prouinciales, nummorum & eduliorum exactione; interim verò annonã eiſdem militibus è publico attributam Prorex in ſuam crumenã ſeponeret. Hoc vtique artificium reſarciendi Eccleſias, peridoneum videbatur Proregi à pluribus iam annis, vt ſic miſſa in compendium perſecutione, diſpendiũ eſſet Catholicôrum in re familiari; & ſiquidem illi de ſuâ cõſtantiâ vellent decedere, in intentum à Rege ſcopũ collimaret Prorex; ſin autẽ nollent; ipſe tamen & familiares ſui non negligerent ſuum quæſtum: Quia verò iam ex parte irrit⁹ erat Proregis in ea re co-

Perſecutionis cõpendium.

natus, in labores ab eo inchoatos ſubingreſſi hi Regij viſitatores, perſtabant ſolicitantes reſtaurationem, & grauia quæque cõminantes niſi opus acceleretur; quod niſi lingua Angelorũ ac manus Iacob non interueniſſent, minæ illæ miniſtrales in ignẽ vrentem tranſituræ videbantur.

Regalis viſitationis amplitudo.

Inſuetum planè, & hactenus inauditum in his partibus nomen Regalis viſitationis, quæ tã illuſtribus perſonis cõſtabat Irenarchis, & Hierarchis, Epiſcopis Metropolitanis, Primate etiã totius Regni, quin & Cancellario Regis, qui veluti Regiæ conſcientiæ clauis atque arbiter, primarium in iſta comiſſione locum obtinuit.

Hæc tam magnifica& ſplendida commiſſio ſupererogata eſt omnib⁹ alijs Eccleſiaſticis aut ſynodalibus cõuocationib⁹, & ex ipſo Primatu Regio proximè decendẽs, magna expectatione mẽtes omnium cõmouere debuit, tã nouitate ſuâ, quã perſonarũ claritudine: Non deërãt antea aliæ viſitationes, quemadmodum in Eccleſia Catholica, iuxta Canonicas ſãctiones cõſueuêrũt, in qualibet Diœceſi annuæ illæ & ordinariæ ſiue decani

quam diuerſa ab alijs viſitationib⁹.

& Capituli, ſiue Archidiaconi & Epiſcopi; vel triēnales Archiepiſcoporū in ſuis Prouincijs, vel aliæ ſolennes & canonicæ animaduerſiones, quas ex vſu & ritu Catholico retinuit in ſuâ laïcophalâ ſynagoga Anglicana: de qua fas mihi ſit vſurpare D. Baſilij verba in re ſimili ſic loquentis, *Fur eſt Diabolus, & noſtra extranuntians, ad ſuos Hypophetas transfert.* Ita nimirum iſti heterodoxi imitantur formam & ritum orthodoxæ Eccleſiæ, & ſuperficie tenus vultum eius & hierarchiæ faciem nituntur adumbrare; quæ quidem imitatio verè vmbratilis eſt, & veluti ſepulchri dealbati extima ſpecies, intrò latente ſpurcitie & ſanie.

Homil. in illa verba. In principio. Hypophetæ ſunt illi vates qui aliũde acceptum oraculum promunt.

Bene tamen ſe habere quiſpiam autumabit, vt, cum Primatum totius Eccleſiæ competentem Romanæ ſedi, exorto ſciſmate expunxerit; etiam Regni huius totius Primatū qui Eccleſiæ Ardmachanæ competit, nouis artibus extinguere ſectarij molirentur: Non contenti Romæ æmulam Carthaginē condere, & imperij Anglicani in Hibernia metropolim nuncupare Eccleſiæ eiuſdem Primatiam; etiam modis omnibus laborant antiquam ſcaturiginem fundi-

tus tranſuertere ex ſuo alueo: Sed ius obtinuit, & conſuetudo loquendi, vt cum Antiſtes Dublinienſis ſe Primatem vocitet Regni Hiberniæ, ad notandam iſtius ſegregationis ſingularitatem, quâ filiæ placuit eſſe diuulſam à ceruice & vbere matricis; ipſa matrix omnium & vera cæterarum nutrix ac genetrix Ardmachana, totius Regni primatum conſpicuâ plenitudine denotaret, & iſto ſui tituli diſcrimine configeret oculos ambitioſæ æmulatricis, niſi à ſede Apoſtolica magis conſtiterit eam promereri hanc honorariam exemptionem ab illa Primitiua Iuriſdictione, quâ iure & vſu olim receptiſſimo, Archiepiſcopus Ardmachanus quolibet ſeptennio viſitabat totum Regnum, cæteroſque Metropolitanos ad ſuum tribunal euocabat, iudicabat, & lites cauſaſque grauiores deuolutione, appellatione, aliiſque iuris præeminentiis, aut facti remediis terminabat primatiali auctoritate. Vnde & ipſe quemadmodum Metropolitanorum Primas, ita Metropolitanus totius Hiberniæ, Diuo Bernardo in vita Malachiæ dictus eſt. Et illa ſedes in tanta olim, & ab initio cunctis

Ardmachana Eccleſia toti' Hiberniæ tenet primatum.

Ardmachanus metropolitanorum Primas.

veneratione habita eſt, vt non modo Epiſcopi & Sacerdotes, & qui de Clero ſunt, ſed etiam Regum, principum, vniuerſitas ſubiecta eſſet Metropolitano, & vnus ipſe omnibus præeſſet. *D. Bern. in vita Malach. c. 7.*

Quid, quod antiquitùs Rex Alphinius, & omnes Dubliniæ ciues, vouerint ſe, & omnes poſteros ſuos in ſeruitium ſancti Patricij, & Ardmachanorũ Primatum, ob beneficium reſuſcitati filij Regis & filiæ: *Qui etiam ſtatuerunt reditum ſancto Patricio patrono ſuo, videlicet de ſingulis nauibus mercimonialibus capam competentem Ardmachano Primati* (ex Iocelino loquor) *aut cadum mellis ſeu vini, aut ferri falcem, ſeu menſuram ſalis; De ſingulis vero tabernis medonis ſeu ceruiſiæ metretas ſingulas: de omnibus etiam officinis, ſeu virgultis, xenia donumque conueniens in ſolearibus, chyrothecis, cultellis, pectinibus, & alijs huiuſmodi rebus: & illa quidem die reſuſcitationis factæ, Rex, & alij Preceres ſingula talenta obrizi auri ſinguli obtulerunt, alij verò quod poterant, offerebãt. Quæ omnia pauper Christi Patricius pauperibus erogauit, parte retenta pro ſtructuris Eccleſiarum. Benedixit ergo ſenior benedictionibus Iacob Patriarchæ, benedictionibus Moyſis ſerui Dei; cuius æta-*

Iocelinus in vita ſãcti Patr. c. 71.

Dubliniẽſes perpetui ſerui S. Patr. & Ard. primatis.

te & ſpirituali ducatu geſsit formam, prophetans, & precans eos inuictos fore & fortunatos, ſi dictis facta compenſarent; imbecilles verò & miſeros eos redderet votorum præuaricatio. Quod liquidò fuerat comprobatum, quando ſuperbiens populus oblitus benedictionis ſancti Patricij, debitos reditus neglexit perſoluere: Hæc ille.

Quæ ſanè, quamuis extra callem, ideo volui referre propriis verbis religioſi & vetuſti ſcriptoris, & coæui Iohãni Curcæo Vltoniæ primo expugnatori (ad cuius petitionem, ſimul & ad prȩceptum reuerendiſſimi Thomæ Ardmachani totius Hiberniæ Primatis, & Malachiæ Dunenſis Epiſcopi, illud opus aggreſſum ſe, in prȩfatione profitetur Iocelinus) vt appareat quam longè recedant minores à veſtigiis ſuorũ maiorum. Ardmachana Eccleſia, *Beati Patricij ſedes, in quâ & viuens ſedebat, & mortuus requieſcebat* (teſte Bernardo) ipſa cũ ſit *proprius totius Primatiæ locus* (ita loquitur Gyraldus) nunc velis & remis quam ſtrenuiſſimè laboratur vt primæua illius dignitas ſupplantetur; & tam in iſta Regali viſitatione, quàm in alijs molitionibus quæ aduerſus orthodoxam fidem

c. 7. vita Mal.

Topog. d. 2. c. 50.

excogitantur, ipſius prærogatiua ſupploditur, vt omnibus clareſcat veram eius honorificẽtiam eſſe inconcuſſam, nec videri aliter poſſe occũbere quam cum ipſa Catholicâ religione, cum quâ & ſtetit & reſurget.

ARTICVLVS VII.

De circuitu Proregis in autumno præterito.

ECCLESIASTICI circuitus ſcopum perſtringendo, inchoationem, progreſſum, & exitum regalis viſitationis attigimus magis quã deſcripſimus, Proregis viciſſim in ſuo itinere periodi, & ſtratagemata percurrenda eſſent; ſed non eſt opis, aut operæ pretium noſtrę, condenſa reſecando, ad viuum elucidare, aut in apertum proferre quas ille abditas tenere nitebatur & abſtruſas moliminum ſuorũ latebras; ſolum igitur, inſtar frondatoris, reciſis hinc inde ramuſculis, opacas interlucabo ſycomoros, vt per vnam aut alteram rimam ſublucente radio, va-

leat qui voluerit reliqua indagare, & occultas conſiliorum cauerna elatebrando, dumeta peruadere.

Romanorum Pontificum conſilia in tradẽdo Hibernia Dominio.

Virtutum omnium, potiſſimè verò diuini cultus ac religionis plantaria fouere in hac inſula, & conſtabilire ſtatuerat primæ ſedis Antiſtes, quando pactis, & obſignatis tabulis dominiũm eius tranſcriberet in alumnum ſuæ fidei Principem, cui originario naſcendi iure ſubditus, & natalitiæ recognitionis vinculo adſtrictus erat. Quæ quidem terræ ac terrenæ cognationis, & agnitionis communio, tametſi in terrenis pectoribus valeat plerumque, & in pleriſque præualeat ad ea quæ concupiſcas obtinenda, tamen in cœleſtibus animis; qui alia regulâ & amuſſi reguntur, & in hoc ſignanter de quo loquimur, altiorem & de cœlò petitam rationem, quam de ſolo ſalouè hauſtam, vel de carne & ſanguine ductam iuuat exiſtimare.

Nam & is qui titulum tranſtulit, cœlò magis quam terræ intentus erat, vt ex diplomatis tenore apparet: is verò in quem tranſtulit non tam ſolicitus videbatur de terreni Regni

finibus extendendis, quam de cœleſtis Imperij, & diuinæ religionis iure ampliando, idque ex ſponſione ab eo inita non obſcurè colligitur.

Ille quidem qui tranſtulit titulum, quadam lege & conditione expreſſâ celebrauit iſtam Inſulæ abdicationem, quam pietas olim fecerat vectigalem, & obedientia firmauerat tributariam atque ſubiectam illi Cathedræ, à qua doctrinam æternæ ſalutis initio conuerſionis ſuæ acceperat: Atque itidem is qui acceperat, eidem ſedi, & fidei vixit, & obijt obſequentiſſimus. A quo igitur & quomodo abdicata hæc Inſula, & cui addicta? nempe à Romano Pontifice, Romanæ fidei Catholicæ principi, Romanæ & Pontificiæ obedientiæ alumno. Addicta autem fuit intuitu propagandæ fidei quæ tunc vigebat; conditione etiam dilatandæ religionis, & obedientiæ Romanæ quam ipſe profitebatur; lege denique & pacto recognoſcēdi iura illius Eccleſię per annuum cenſū penſitandum. Iſtâ cōuentione facta eſt illa tranſlatio, iſtis & ſimilibus conditionibus celebrata. Quod ſi poſteri eius qui Dominium acceperat in fraudē

Conditiones Hiberniæ Angliæ abdicandæ.

inducti, vel erroribus circumuenti, vel immemores pacti, vel ingrati in paciſcẽtem, vel irâ aut odio abalienati, reſiliãt à lege initâ, recedant à fide præſtitâ, violent pactionis ceremoniam, & promiſſi ſanctitatem; vtrum iure illo cadant non eſt meum pronunciare, viderint id Iuris-periti; de facto quid ſit, teſtatur orbis Christianus.

Hibernia ſub Henrico II. venundata in ſubiectionem temporalem.

Tranſcriptum fuerat ius Inſulæ in proauorũ Iacobi noſtri proauum Hẽricum, à quo ducitur expugnationis noſtræ origo, & ſimiliter ſeries eorum qui modo impugnant, & iura libertatis, & fidei integritatem, & hæreditatis ſucceſſionem in hac vetuſtiſſima Inſula; quę ſub Henrico II. venundata in ſubiectionem temporalem, ſub Octauo verò maioris ſeruitutis auctoramento inuſta, iã multos annos gemuit ſub iugo peccati: prima ſuſtulit libertatem filiorum hominum; ſecunda libertatem filiorum Dei: illa reddidit ſeruos hominum; iſta Dœmoniorum, quantum in hominibus erat, & in principibus & poteſtatibus ſæculi huius, qui nitebantur eos ſubiugare principibus tenebrarum.

Id quod etiam opere præſtitiſſent,

niſi Dominus Sabaoth pro ſua bonitate meliorem ipſis mentem indidiſſet, & ſpeciali priuilegio conſeruaſſet, dum cœleſti luce cordibus eorum oborien-te circumfuſas oculis ſordes, ſpiſſam-que caliginem diſſiparet. Nam ſicut in obſcuritate, ac tenebris Ægiptiorum terram Geſſen coruſcationis ſuæ radiis illuſtrauit: ita obſeſſa vndequaque per cateruas errantiũ & in errorem mitten-tium Hibernia, ſingulari Dei beneficio lucet & ardet, iubarque fidei circumfert per omnes populorum angulos. Mira & ſtupenda tutela dextræ altiſſimi inno-uantis ſigna & immutantis mirabilia, *Mirabili dono Deus hanc ditauit Inſulã, in multitudinemque ſanctorum ad eius tuitionem in ea conſtituit*, inquit H. Archidiaconus Huntingd. l. 1. Hiſt.

Hibernia ſpeciali priuilegio ab errorũ liberatur caligine.

Exod. c. 9. de grandine.

Ezech. c. 36.

In Comitiorum apparatu, quaſcun-que argutiarum tendiculas ordiebãtur aduerſarij in exterminium noſtræ reli-gionis, velut telas aranearum (vt vidi-mus in ſecunda ſectione) diſſlauerat Ca-tholicæ nationis conſtantia: è diuerſo, quidquid parauerant indigenę pro mo-derandis exceſſibus, amputandis abuſi-bus, ſubleuandis oneribus, dirigendo

Caſſa orthodoxorũ tuenda religionis molimina

regimine (in quo multos dies & no
deſudauit operoſa Publicolarum
lopatridum induſtria) vno ictu di
aut renutu detexuit contranitent
auctoritas. Iam poſitum erat ſtamen
ſubtegmen nobiliſſimæ telæ, ſeptemde-
cim circiter publicæ vtilitati deſeruien-
tia concepta, diſcripta, digeſta, addo &
tranſmiſſa ferebantur ſtatutorum capi-
ta; ſed omnia vno reflatu, vno pauco-
rum refragãtium ſtudio ſuppreſſa ſunt
& ſilentio inuoluta. At verò quia Co-
mitiorum iſte inopinatus terminus ad a-
lias patriæ ægritudines non adiunxit
morbi caduci fœditatem, aut comitia-
lem in fide lubricitatem, pleraque fœli-
citer acta plerique æſtimabant. Quomo-
do ſi quis in graſſatorum manus incide-
ret, vbi vitalia relicta ſunt integra, ta-
metſi cætera membra ſaucius, hilareſcit.

3. Reg. c. 5. Sed quid falſò opinaris etiam extra
Comitia ſic omnia eſſe ſalua, vt nec ſit
Ciceſtrius Hibernorum atrox aduerſarius. *Satan, nec occurſus malus?* Circuiuit aduer-
ſarius nationis Hibernorum, inimicus
ille pacis, & libertatis eorum; pertur-
bator otij, & publicæ tranquillitatis; qui
Prov. c. 23. *ingreſſus blandè, in fine momordit vt coluber,*
& tanquam Regulus venena diffundens: Qui

pauper ingreſſus diuitem inuenit, diues egreſſurus pauperem relinquit: Qui Martis & Bellonæ alumnus, in bello enutritus, belli fax & anteſignanus, in pace claſſicum intonans; dum Montioyus Prorex ciuitatibus indulgendum ratus, & à morte Elizabethæ ciuibus peperciſſet, quod adornare vellent, aut, ſe incõſulto, vel tenuiter adũbrare, publiceuè reſtaurare exercitium ſuæ religionis, ipſe proprior ſæuitiæ quam lenitati amplectendæ, ciues occiſione delendos, & ciuitates funditus euertendas, & tunc dixerat, & nuper dixiſſe gloriabatur.

Is ergo gentis huius & gentilitiæ libertatis, ac religionis etiam iuratus hoſtis, ſubtiliſſimis artificijs, & implacabili odio erga noſtram profeſſionem quod diutilè celauit in primo ingreſſu, & quaſi infantia ſui Magiſtratus; adultior factus in officio, & confirmatâ gratiâ apud regem & ordines, ita ſæuijt in omnes, qui ſuauis antea omnibus & gratus videri voluit; vt inter omnes qui ad gubernaculum huius regni tot ſæculis ſederant, nemo durius, tectius, fortius, & diutius, iugum ſuper Hibernorum maxillam exaltauerit: Quando enim

regimine (in quo multos dies & noctes deſudauit operoſa Publicolarum & Philopatridum induſtria) vno ictu diſjecit, aut renutu detexuit contranitentium auctoritas. Iam poſitum erat ſtamen & ſubtegmen nobiliſſimæ telæ, ſeptemdecim circiter publicæ vtilitati deſeruientia concepta, diſcripta, digeſta, addo & tranſmiſſa ferebantur ſtatutorum capita; ſed omnia vno reflatu, vno paucorum refragãtium ſtudio ſuppreſſa ſunt & ſilentio inuoluta. At verò quia Comitiorum iſte inopinatus terminus ad alias patriæ ægritudines non adiunxit morbi caduci fœditatem, aut comitialem in fide lubricitatem, pleraque fœliciter acta plerique æſtimabant. Quomodo ſi quis in graſſatorum manus incideret, vbi vitalia relicta ſunt integra, tametſi cætera membra ſaucius, hilareſcit.

3. Reg. c. 5. Sed quid falſò opinaris etiam extra Comitia ſic omnia eſſe ſalua, vt nec ſit *Satan, nec occurſus malus?* Circuiuit aduerſarius nationis Hibernorum, inimicus ille pacis, & libertatis eorum; perturbator otij, & publicæ tranquillitatis; qui *ingreſſus blandè, in fine momordit vt coluber, & tanquam Regulus venena diffundens*: Qui

Ciceſtrius Hibernorum atrox aduerſarius.

Prou. c. 23.

pauper ingreſſus diuitem inuenit, diues egreſſurus pauperem relinquit: Qui Martis & Bellonæ alumnus, in bello enutritus, belli fax & anteſignanus, in pace claſſicum intonans; dum Montioyus Prorex ciuitatibus indulgendum ratus, & à morte Elizabethæ ciuibus peperciſſet, quod adornare vellent, aut, ſe incõſulto, vel tenuiter adũbrare, publiceuè reſtaurare exercitium ſuæ religionis, ipſe proprior ſæuitiæ quam lenitati amplectendæ, ciues occiſione delendos, & ciuitates funditus euertendas, & tunc dixerat, & nuper dixiſſe gloriabatur.

Is ergo gentis huius & gentilitiæ libertatis, ac religionis etiam iuratus hoſtis, ſubtiliſſimis artificijs, & implacabili odio erga noſtram profeſſionem quod diutilè celauit in primo ingreſſu, & quaſi infantia ſui Magiſtratus; adultior factus in officio, & confirmatâ gratiâ apud regem & ordines, ita ſæuijt in omnes, qui ſuauis antea omnibus & gratus videri voluit; vt inter omnes qui ad gubernaculum huius regni tot ſæculis ſederant, nemo durius, tectius, fortius, & diutius, iugum ſuper Hibernorum maxillam exaltauerit: Quando enim

regimine (in quo multos dies & noctes deſudauit operoſa Publicolarum & Philopatridum induſtria) vno ictu diſjecit, aut renutu detexuit contranitentium auctoritas. Iam poſitum erat ſtamen & ſubtegmen nobiliſſimæ telæ, ſeptemdecim circiter publicæ vtilitati deſeruientia concepta, diſcripta, digeſta, addo & tranſmiſſa ferebantur ſtatutorum capita; ſed omnia vno reflatu, vno paucorum refragātium ſtudio ſuppreſſa ſunt & ſilentio inuoluta. At verò quia Comitiorum iſte inopinatus terminus ad alias patriæ ægritudines non adiunxit morbi caduci fœditatem, aut comitialem in fide lubricitatem, pleraque fœliciter acta plerique æſtimabant. Quomodo ſi quis in graſſatorum manus incideret, vbi vitalia relicta ſunt integra, tametſi cætera membra ſaucius, hilareſcit.

3. Reg. c. 5. Sed quid falſò opinaris etiam extra Comitia ſic omnia eſſe ſalua, vt nec ſit *Satan, nec occurſus malus?* Circuiuit aduerſarius nationis Hibernorum, inimicus ille pacis, & libertatis eorum; perturbator otij, & publicæ tranquillitatis; qui *ingreſſus blandè, in fine momordit vt coluber, & tanquam Regulus venena diffundens*: Qui

Ciceſtrius Hibernorum atrox aduerſarius.

Prou. c. 23.

pauper ingreſſus diuitem inuenit, diues egreſſurus pauperem relinquit: Qui Martis & Bellonæ alumnus, in bello enutritus, belli fax & anteſignanus, in pace claſſicum intonans; dum Montioyus Prorex ciuitatibus indulgendum ratus, & à morte Elizabethæ ciuibus pepercisſet, quod adornare vellent, aut, ſe incõſulto, vel tenuiter adũbrare, publiceuè reſtaurare exercitium ſuæ religionis, ipſe proprior ſæuitiæ quam lenitati amplectendæ, ciues occiſione delendos, & ciuitates funditus euertendas, & tunc dixerat, & nuper dixiſſe gloriabatur.

Is ergo gentis huius & gentilitiæ libertatis, ac religionis etiam iuratus hoſtis, ſubtiliſſimis artificijs, & implacabili odio erga noſtram profeſſionem quod diutilè celauit in primo ingreſſu, & quaſi infantia ſui Magiſtratus; adultior factus in officio, & confirmatâ gratiâ apud regem & ordines, ita ſæuijt in omnes, qui ſuauis antea omnibus & gratus videri voluit; vt inter omnes qui ad gubernaculum huius regni tot ſæculis ſederant, nemo durius, tectius, fortius, & diutius, iugum ſuper Hibernorum maxillam exaltauerit: Quando enim

regimine (in quo multos dies & noctes deſudauit operoſa Publicolarum & Philopatridum induſtria) vno ictu diſjecit, aut renutu detexuit contranitentium auctoritas. Iam poſitum erat ſtamen & ſubtegmen nobiliſſimæ telæ, ſeptemdecim circiter publicæ vtilitati deſeruientia concepta, diſcripta, digeſta, addo & tranſmiſſa ferebantur ſtatutorum capita; ſed omnia vno reflatu, vno paucorum refragãtium ſtudio ſuppreſſa ſunt & ſilentio inuoluta. At verò quia Comitiorum iſte inopinatus terminus ad alias patriæ ægritudines non adiunxit morbi caduci fœditatem, aut comitialem in fide lubricitatem, pleraque fœliciter acta plerique æſtimabant. Quomodo ſi quis in graſſatorum manus incideret, vbi vitalia relicta ſunt integra, tametſi cætera membra ſaucius, hilareſcit.

3. Reg. c. 5. Sed quid falſò opinaris etiam extra Comitia ſic omnia eſſe ſalua, vt nec ſit *Satan, nec occurſus malus?* Circuiuit aduerſarius nationis Hibernorum, inimicus ille pacis, & libertatis eorum; perturbator otij, & publicæ tranquillitatis; qui *ingreſſus blandè, in fine momordit vt coluber, & tanquam Regulus venena diffundens*: Qui

Ciceſtrius Hibernorum atrox aduerſarius.

Prou. c. 23.

pauper ingreſſus diuitem inuenit, diues egreſſurus pauperem relinquit: Qui Martis & Bellonæ alumnus, in bello enutritus, belli fax & anteſignanus, in pace claſſicum intonans; dum Montioyus Prorex ciuitatibus indulgendum ratus, & à morte Elizabethæ ciuibus peperciſſet, quod adornare vellent, aut, ſe incōſulto, vel tenuiter adūbrare, publiceuè reſtaurare exercitium ſuæ religionis, ipſe proprior ſæuitiæ quam lenitati amplectendæ, ciues occiſione delendos, & ciuitates funditus euertendas, & tunc dixerat, & nuper dixiſſe gloriabatur.

Is ergo gentis huius & gentilitiæ libertatis, ac religionis etiam iuratus hoſtis, ſubtiliſſimis artificijs, & implacabili odio erga noſtram profeſſionem quod diutilè celauit in primo ingreſſu, & quaſi infantia ſui Magiſtratus; adultior factus in officio, & confirmatâ gratiâ apud regem & ordines, ita ſæuijt in omnes, qui ſuauis antea omnibus & gratus videri voluit; vt inter omnes qui ad gubernaculum huius regni tot ſæculis ſederant, nemo durius, tectius, fortius, & diutius, iugum ſuper Hibernorum maxillam exaltauerit: Quando enim

alij è miniſtris regiis indulgentiores eſ-
ſent erga antiquam nationem, & anti-
quitus retentam fidei profeſſionem, cũ
in conſpectu Domini Regis, & præſen-
Vetuſta fidei & hæreditatum abolitionem in ſe ſuſcipit. taneo quandoque alloquio, & literis è
longinquo ſe proferret, duo in ſe reci-
piebat (vt alibi notatum eſt) vtrumque
ſanè perarduũ; de antiquanda; & prorſus
abolẽda vetuſta & indirepta ſucceſſione,
cũ fidei tum & hæreditatis; quâ præ a-
lijs vicinis nationibus ſignare ſe ſolet, &
gloriari natio Hibernica. Hac igitur ſpõ-
ſione fidelitatem ſuam, & ſolertiam Re-
Promiſſa exequi aggreditur. gi oppignorans, (inſtar illius qui iugi-
ter circuit quærens quem deuoret) cir-
cuiuit terram & perambulauit eam: nũc
hanc, nunc illam prouinciam perluſtrã-
do, inquirendo, rimando, recenſendo,
ſcrutinia ſcrutando, omnia etiam abdi-
tiſſima quæque penetrando, incerta pro
certis venditando, certa pro incertis
concutiendo, titulos excogitando no-
uos, & veteres euentilando. Quid plu-
ribus? ita omnia turbare, cœlum & ter-
ram miſcere ſatagebat, vt niſi cœptis e-
ius modus aliquis aut terminus ponere-
tur, Inſulam quam voluit (ſed Deo me-
lius prouidente non potuit) circumfer-

re omni vento doctrinæ, ex firma & ſtabili terra volaticam faceret, aut fugitantem. In quo vtroque tam ſolocitè ſpōdendo, quam exequendo præfractè, nec Regi fidelem extitiſſe, nec patriæ beneuolum, non eſt veritus ei in faciem dicere primarius Regni conſiliarius, qui totum negotium plantationis contra honorem Regis eſſe, & contra iuſtitiā Regni, & quod magis eſt, contra legem Dei liberè pronunciauit.

Refertur apud illuſtrem & vetuſtum ſcriptorem, Inſulas quas vocant Calaminas in Lydia, non ventis ſolum, ſed etiam contis quo libeat impulſas, multorum ciuium in Mithridatico bello ſaluti fuiſſe & incolumitati. Scimus Hiberniam vtroque aſſultu, nec rarò, nec leuiter impetitam fuiſſe, halitu nimirū & vento præconum; vncis etiam & vnguibus prædatorum; illorum quidem è ſuggeſtis ac tribunalibus reboantium, ſi fortè poſſent eius in religione conſtantiam exſufflare; iſtorum verò per vim & calumniam, terræ fundamenta concutientium, ſi fortè poſſent explantare.

Sed hactenus Deo laus, in ventos abierunt illa verborum tonitrua & minarū *Impij conatus fruſtrantur.*

fulgurationes; ipſa verò immota manet & inconcuſſa in veteri profeſſione; De impetu autem inuadentium quid attinet dicere, quam frequenter laceſſita fuerit vi, & fremitu quadruplatorum; qui dum inhiant eorum fundis, & quæ à maioribus acceperant latifundijs, texunt calumnias apud Regem, & etiam obtentu publicæ ſalutis tegunt ſua priuata ſtratagemata & ſtrophas, quibus aucupantur ſimplicium incolarum hæreditates, & prædia in prædas vertunt. Hinc tota illa techna coloniarum conſtructa eſt, de qua miſerabiliter conqueruntur indigenæ; & niſi vel ſancti Indigetes per interceſſionem apud Deũ, vel miſericors Dominus propter merita Patrum, intendat de ſolio ſancto ſuo in miſerias filiorum, & reſpiciens in faciem Chriſti ſui exaudiat ſuſpiria gemẽtium, & gemitus compeditorum: & niſi compedes inijciat, vel impedimentum aliquod interferat cõſilijs nouorum colonorũ, qui vſquequaque nouis ſupplementis, & incrementis indies augeſcũt, & dilatantur, humanitùs loquendo abſorbebunt totam Inſulã; & quod fixâ ſẽtentiâ decreuerant, extirpatis omnibus antiqua-

antiquarum familiarum ſtipitibus, ſubintroductis in eorum loca ſuis ſtirpibus occultâ & incruentâ victoriâ vniuerſum Regnum ſupplantabunt.

ARTICVLVS VIII.

De Coloniarũ apparatu & progreſſu.

ATQVE eo funeſtius hoc malum eſt quod ab iis iniuriæ naſcuntur, à quibus maximè iura expectanda eſſet. Nam quæ certa cenſebantur Dominia, eaque longæuâ hæredum ſucceſſione ſtabilita, iam caſſa & caduca redduntur, & in Ceritum tabulas referuntur, procuſo noui proceſſus artificio, quo omnia reuocantur in dubium; præmiſsâ ſiquidem titulorum exquiſitiſſimâ indagatione per Regis promotores, & fiſcales; ſi vel ſyngraphæ perierunt (quæ in terrâ bellis, incendiis, & tumultibus aſſuetâ facilè intercidere poterant) vel iis productis & perlectis, ſi vel vna ambigua vocula reperiatur quæ poſſet in calumniã trahi; vel ſi quid deſideretur ex ſolemni iuris formula; nec poſſeſſio inueterata, nec ſucceſſio hæreditaria, nec longa maiorum ſeries in Dominio firmata, nec æ- *Coloniarum Apparatus.*

Digitized by Google

quitatis ratio, nec proprietatis continuatio, contra prærogatiuam Regis & altũ eius Dominium, contra eroſas & mutilas ſcribarum publicorum notationes, cõtra tenebroſos codices in ſcrinijs Notariorum regeſtos, contra latebras regiſtrorum, & vel in ima cera contentos apices, ab Aduocato ac Solicitatore Regio, & ad leges Seruiente, ſummo rigore excutiendos, quidquam ponderis aut momenti habebit ad tuendam vel aſſerendam proprietarij poſſeſſionem.

Variæ Philoſophorũ ſectæ. Quid fit igitur? Quæ in veterum philoſophorum ſcholis diſceptatio fuit variarum ſectarum, dum alij Stoici, alij Academici, alij verò Peripatetici haberi vellent: Scepticorum enim & hæſitantium familiâ, cum Ariſtone, Pirrhone, Herilo exploſâ; Zeno, Plato, Ariſtoteles principes cenſebãtur: Fingamus ita eſſe in Politicorum ſchola, nec figmentum eſt noſtrum, ſed populo ſuo vt placerent has fecẽre fabulas; quando iam deliberatum & ſtatutum erat apud iſtos Sophos, immutare faciem Reip. & totã machinam poſſeſſionum euertere, vt nouam formam nouumque ectypum inducerent Regno, ex officina ſui proto-

typi; & clancularium conqueſtum facerent, veluti ſpolia Salmacida ſine ſudore, & ſanguine quâ non valuit aperiri viâ per miſerorum vel reatum, vel criminationem (ne ſine noxæ prætextu deturbarentur innoxij, ex auorum & proauorum hæreditate) excogitata eſt illa quam dixi ſubtilis indago titulorum, cui non obſiſteret præſcriptio longiſſimi temporis cum bona fide poſſeſſorũ. *Antiquorum titulorũ quare reperta indagatio.*

Ex iſtâ inueſtigatione, & ſcrutinio, certa ſtetit ſententia excutiendi, & euẽtilandi omnia, & vbi minimus in re vel in modo reperiebatur defectus, exaggerandi infirmitatem tituli, ſubaccuſandi poſſeſſorem iniuſti Dominij, inurendi noxam intruſionis, & iſta agitatione, ceu crebro arietis incuſſu, concutere muros & metum incutere miſellis iſtis, & Domicellis, qui ne cogantur ius ſuum in iudicio proſequi, vel ſectionem, vel ſpolium patiuntur fundorum quos obtinent, & quos à Maioribus ſuis per manus acceperunt, non alio fortaſſe chyrographo, quam quod frontibus inſcriptum eſt ex paterna & auita ſucceſſione.

In iſta titulorum vacillatione & hæſitantiâ, ſe primum adſciſcunt prædones *Politici facti Scepticorum familia.*

Digitized by Google

Varij prætextus in alienas poſſeſsiones irrepẽdi.

in Scepticorum familiam, & vel ex affinitate nominis, aut effigie ſcuti gentilicij, aut laciniâ veteris & exoleti ſcripti, aut fauore Magnatum, aut corruptelâ Iudicum, aut denique oſcitantiâ, inertiâ & pigritiâ veterum poſſeſſorum, inuolant noui hæredipetæ in fundos veteranorum; & niſi grandi ære vexationem redimant, annuumuè cenſum ſpondeãt exſoluendum, litibus, & iurgiis exhaurientur. Ita multi fortunis omnibus exturbati ſunt: Alij alijs vexantur modis, Si cuiuis tituli veſtigium vel tenuiſſimũ ex reconditis archiuijs, vel publicis ſcrinijs, aut tabularijs (de quibus nulla mẽtio per multas annorum centurias fando audita fuit) iam tandem Actuariorũ fraude, dolo, vel auaritiâ in lucem producatur; ſi qua proſcriptionis aut confiſcationis plagula, (quæ tamen obducta poſtmodum cicatrice, & medela adhibita ſanari potuit; & ſi regeſta accuratè euoluantur monumentis commendata reperiri queant) illa vel minima vulneris vmbra detegitur, enodatur, exprimitur; miſerique nepotes premuntur, nudantur, ſpoliantur, & ex optimis territorijs ablegantur, vel ex Dominis, heris,

Digitized by Google

ac hæredibus, deueniunt ſeruorum ſerui; & nouorum mancipia Dominorum.

Vnus eſt ex iſto Actuariorum grege nouus homo magnuſque Dynaſta ſi diuitias ſpectes, prædia, poſſeſſiones, & opulentiſſima latifundia; qui poſſit exæquare (niſi tamen ſuperet) primæ nobilitatis, & auctoritatis ditiſſimum apud nos Comitem vel Satrapam; ita nouit ille ex iſtis tendiculis, & Regiſtrorum lacinijs beneficium capere, digitoſq; ſuos ita lingere, vt plurimis & vetuſtiſſimis poſſeſſoribus emunxerit omnes ſuas terras; Et qui paucis retro annis vix vnum in ſymbolo nummum poterat exponere, iam multos habet viros nobiles, & honoratos ſuos clientes & beneficiarios. Nec inuidiâ ſortis eius, ſi honeſto emergeret ſtudio, id dixerim; ſed commiſeratione animi, eâque geminâ, quā nolo hic præterire; prima eſt, quòd eiecti ſint antiqui illi poſſeſſores fautores Catholicæ religionis, qui hoſpitio ſuſciperent & ope ſubleuarent, & tutelâ ac defenſione munirent ſacros operarios: ſecunda, quod non ſolum illi eiecti, ſed & reiecti quicūque noui coloni qui eos admitterent, & qui ſe in diuinis nollent

R. Beylei portentoſa fortuna.

accommodare præſenti ſcenæ.

Summa violentia in deturbandis indigenis ab auitis poſſeſsionibus.

Porrò cum alijs quæ patitur hæc natio inuſitata grauamina in iſto Coloniarum ſtratagemate, vnum illud ſummæ violentiæ ducitur, quod vbi titulus regius non probatur liquidi eſſe iuris, ne quod detrimentum patiatur, quando ſnmmi magiſtratus auctoritate & patrocinio debilitas eius poſſit fulciri, diplomata conficiuntur, & velut in auctione publicâ, ſub haſtâ, & pretio addicta territoria integra ſubijciuntur: Diplomatarius autem qui numerauit pecuniam, niſi meliorem rei ſuæ benè gerendæ opportunitatem captandam exiſtimet, fauore fretus eorum qui præſunt, vocabit in iudicium, vel è poſſeſſione per vim & metum ſtatim deturbabit veterem indigenam: vel ſi ille inſtar Callitropæ viduę, aut iuſti Naboth, ægrè diſceſſurus ſit è paterna hęreditate, ſi crimen ei non poſſit impingi, ad rixam & ſanguinem prouocatur, vel terrore concutitur regiæ indignationis incurrendæ ſi reſiſtat. Nec facilè eſt vel terræ vermiculum ſi ſæpe lædatur, quin torquendo ſe regyret, & in lædentem ſe excandeſcat; quippe, vt veteri verbo dici ſolet, *furor fit læſa ſa-*

Chryſoſt. vita. 3. Reg. cap. 21.

Digitized by Google

pius patientia.

Sed dicet aliquis in iſtis fundis qui prius inculti & ſteriles iacuerunt, iam ingentes fabricæ, iam ſepta & ſata, iã viæ munitæ, nitida ædificia, arua concluſa, diſcluſa prata, intercisæ paludes, & alia multa artis & induſtriæ monumenta, ingenij & vrbanioris cultus inſtrumenta, & præludia frequentioris commercij ſunt inſtituta. Bona ſunt iſta ſi benè fiãt; ſed illud ex Cynico cauendum: *ne fædum ſit capulum, vbi gladius ſplendeſcit*; ne via ſit polluta & profana qua peruenitur ad aſylum; nec facienda ſunt mala vt bona eueniant; alioqui enim ſi fas eſſe ducamus ex alieno corio lora nobis deſumere, largiter illa metiri poſſumus: Quò ſi ſemel recidat ambitioſa cupiditas vt iſta ſibi licere credat; iam omnis iuſtitiæ ratio excluditur; iam æquitatis, iuris, & honeſtatis reſpectus profligatur; iam legum repagula ſoluuntur; iam humanæ ſocietatis vincula diſſipantur; iam rationis, & orationis communione quodammodo ſpretâ, in ferinos ritus degenerabimus, & ablatâ illâ normâ *ſuum cuique tuendi & conſeruandi*, potentiores infirmioribus dominabuntur, & maior mi-

An ſint facienda mala vt bona inde proueniãt.

Laertius in Diogen.

Digitized by Google

norem conculcabit.

Politici tranſeũt à Scepticorũ ſchola, ad Academicos & Peripateticos.

Vnde etiam non mirum ſi eueniat quã leuiſſimo politicorum negotio, vt ex Scepticorum ſchola tranſitus fiat ad Stoïcorum porticus & palatia; ad Academicorum ſaltus, arboreta & hortos; ad Peripateticorum lycea, circuitus, & obambulationes; vbi nec linea fixa fuerit; nec limes poſitus; nec terminus vllus inuadendi alienos fines, tranſponendi antiquos terminos, confundendi titulos, tranſuertendi dominia: & cum in omni benè conſtitutâ repub. quam maximè expediat iura Dominiorum eſſe certa, & ſtabilia, hîc contrà iuuat incertitudinis æſtibus omnia fluctuare; vt politicis noſtris liberum & licitum ſit ſuas porticus extruere, ſua palatia, hortoſq; penſiles concinnare, & multo faſtu magnoque ſatellitio quaqua verſum voluerint conficere ſuos circuitus. Ecce quam repentè nobis exoriuntur, ex obſcurâ hæſitantium ſtirpe, noua agmina Philoſophorum, quorum ſinguli principis familiam adæquent; vel Zenonis Eleatæ in ſua Stoa, vel Platonis in Academia, vel Ariſtotelis in ſuo Lyceo Peripatetico.

Dominiorum iura certa eſſe debent.

Digitized by Google

ARTICVLVS IX.

Scopus Proregis, eiuſque greſſus indagantur in iſto circuitu.

SED alios prætereamus ambulatores, ſolum Arthurum ſi libuerit comitari in iſta vltimâ ſui regiminis & viſitationis periodo: quos ille ſaltus edidit? quas impreſſiones & aſſultus per Cõfinia Maliriæ, Reganiæ, Ormoniæ, Eliæ-Caroliæ, Coghlaniæ, Colmaniæ, Vulpianiæ, Brenię, Analiæ, in Collimitio Lageniæ, Momoniæ, Conaciæ, Midiæ, Vltoniæ? ipſe cum ſuis Aſſeſſoribus & Commiſſarijs, cum turba Cauſſidicorum, & Notariorum, cum illis Regij ærarij hirudinibus, & ſubditorum ſanguiſugis, ſubornaſſe dicitur quęſitores iuratos, qui ab eo inſtructi gnauiter pronũciarent de terris & fundis Nobilium limitaneorum, Duiniorum, Dẽptiorum, Caroliorũ, & ſimilium: ſed in Faraliis apud Analiam magnam colluctationem habitam referunt, dum illi veluti Aborigines non alio ſe iure defenderẽt, quam perpetuâ poſſeſſione, eam

Ærarij Regij hirudines.

Alij hos de Colmanis Coghlanis & Caroliis referunt.

Digitized by Google

Perpetua poſſeſſio omni ſyngrapha certior.

que omni ſcriptione, & ſyngraphâ validiorem, & certiorem autumabant. Sed longâ fatigati luctâ, neceſſe tādē habuerunt cedere ſuo iure, & Regis arbitrio permittere proprietatē, & Dominij ſūmam, vt iure beneficiario, & clientelari illud denuò ipſi accipiant, quâ formulâ placuerit Regi in eos refundere; quâ ceſſione iam actis publicis conſignatâ, defectus tituli prioris in fauorem Regis euincitur, ſed effectus in fauorem ſubditorum cum Deo placuerit conſequetur.

Dominij ſumma Regi per vim permiſſa.

Ad iſtam ceſſionem faciendam ægrè adduci poterant quidā Domicelli, quia ſimili formâ ceſſiſſe feruntur, ab aliquot iam annis, in montanis Lageniæ, & eorum conterminis Dauidigenę, & alij Quincelię Domini, Vadigogenyta ſyluæ arctæ, & plures cum eis, idque ideo vt ſecuritatem redimerēt ſuarum poſſeſſionum, & omnem calumniandi occaſionem pręuerterent; qaumuis hoc aliqui fecerint animis vtcunque reluctantibus, & ſubuerentibus ne lateret anguis in herba; quia tamen intelligebant Regi placuiſſe (quod & literis, & edicto publico manifeſtauit) veterum titulorum defectus, ſi qui eſſent, gratioſè ſupplere,

Digitized by Google

& ſpontaneam ſubditorum reſignationem, quam ipſi facturi eſſent ſuarum terrarum, & hæreditatum Regiæ auctoritatis munimine confirmare, eaſdemque firmiter his qui reſignâſſent redhibere, omni qua poſſet meliori via, iure, & modo excogitari, inducti ſunt ad aſſentiendum. Sed quod obſeruandum eſt, ipsâ reſignatione faciendâ, quia & metu, & trepidatione moram aliqui faciebant, minis & terroribus vrgebat Arthurus accelerationem ceſſionis faciendæ, alioqui ſe impoſiturum eis præſidium equeſtre pariter & pedeſtre, à quo viſcera eorum depaſcerentur.

Quâ ſpe meliorum, quâ formidine deprecandi periculi, ceſſerunt tandem, eoque ſecurius ſe crediderant ceſſiſſe, quod ſub Henrico Sydneio Prorege, certa pecuniæ pactione, tranſactum antea fuiſſe nouerant pro ipſorum exemptione, & immunitate, à ſeruitio & cēſu quem Regina prætendebat iure recognitionis ſibi deberi ex illis territoriis: quem cenſum adauxit poſtea Iacobus Leyus primarius Regni Iuſticiarius; vnde non mediocriter confirmata videbatur eorum ſecuritas, cum inſtrumento

Conuentio inter Regem & cedentes ſubditos.

publico illa pactio & penſitatio ab ipſo munita fuiſſet. Huic acceſſit conuentio facta inter Regem & ſubditos; & gratioſa oblatio ac ſponſio ipſius Regis, de iſta plenaria & integra ceſſione acceptā-da, & confirmanda, & quod in iſtum cē-ſum redhibitionis diplomata conficerentur; quæ quidem conuentio nitebatur auctoritate tam Senatuſconſulti quā edicti Regis, vt dictum eſt.

Prorex cōuentioni ſtare recuſat.

Cæterum his, vt videbatur ſtabilitis contra dignitatem Regiæ promiſſionis, contra vim & valorem omnium illarū cautionum & conuentionum; reconuē-tum eſt ab Arthuro & circumuentis domicellis, miſerorum reſignatione acceptatâ, per commiſſarios publica auctoritate conſtitutos, qui de eadem acceptatione literas ſua manu & ſigillo munitas dederunt; noluit iniquus Prorex Patentes concedere; quin & literas Cō-miſſariorum ſcriptas & ſignatas nitebatur ſupprimere, vel reſcindere; quia maluit crumenam ſuam quàm verbum Regis adimpleri. Numeratâ ergo illi pecuniâ grandi (multa librarum millia dicuntur) per ſuos obæratos, ſequaces, & purpuratos, inuitando etiam licita-

tores, detrectauit clientelam miſerorum, & illis abiectis ſuperinduxit nouos colonos cum nouis Codicillis Regio nomine & cera ſignatis; ita Regi perſuadens expedire tuendæ Maieſtati, vt fiſcus augeatur (*cuius cauſa nunquam mala eſt niſi ſub bono principe*) vt ſeditionibus anteuertatur; vt quies & ſecuritas conſtituatur: & verius, vt Arthurus locupletetur, famuli eius exaltentur, ac timeãtur: & phylacteria poteſtatis illius per omnem terræ circuitum quacũque vergant Coloniæ, dilatentur. *Plin. in paneg. ad Traian.*

Difficile erat Regem inducere vt reſiliret à promiſſo facto, ſed multâ ſolicitatione, & aſſultu tandem ſe vinci paſſus eſt, pro quadam terræ dimenſione quæ ſedecim millia iugerorum non excederet; & qui paulo prius ordinauit Senatui Regio, vti ſuis literis humaniter ſcriptis ad Proregem, commendaret ſubditos inferioris Lageniæ, eorum Agentem, & negotiorum geſtorem benignè acciperet, nec vlli ex querelantibus vim aut iniuriam vel ipſe inferret, vel inferri ſineret; mentem mutauit erga illam gentem, & per illecebras quas *Rex circũuenitur à prorege.*

propoſuit Arthurus arte, & aſtu medicatas, à lenitate ſe in oppoſitum tranſtulit.

Vide ſuprà art. 3.

Fucum fecit animo Regis aſtutus Prorex, dum ſponderet ſe euicturum antiquiſſimum titulum qui Regi competat, iam inde ductâ origine à Richardo ſecundo, qui omnia ſua prædia & terras, quæ inter Vvexfordiam & Magnum Amnem prope Arcloum interiacent, in Dominum Beaumontiũ tranſcripſerat; exceptis terris Comitis Ormoniæ, ſi quas habet intra metas prædictas, vt ipſæ loquuntur literæ patentes Beaumontio conſcriptæ.

Dominis Beaumontij.

Iam verò, inquit ille, Beaumontij vnicâ hærede enupta Domino Louello, qui læſæ Maieſtatis reus factus, & in iudicio condemnatus, ius ſanguinis & hæreditatis amiſit, ex hac proſcriptione hominis, & bonorum eius confiſcatione, coronæ accreuerat quicquid ille poſſidebat, vnde & per iſtam deuolutionem, & per actum reſumptionis meritò ſe vindicem & aſſertorem totius territorij Rex fecerit, ſi Proregi fides adhibeatur.

Sed debuit ille obſeruare, ſi æquum

ſe iudicem & iuris obſeruantem prębere mallet, quàm ſectatorem commodi ſui, aut ſectorem & diuiſorem in bonis alienis (qualis eſſe ſolet conditio quadruplatorum, qui ex damno aliorum quæſtum proprium conquirunt) debuit inquã inter alia multa hoc loco obſeruanda conſiderare, iſtam Richardi Regis conceſſionem Beaumontio factam, quantũcunque fimbrias eius velit extẽdere, ampliorem eſſe non potuiſſe, quã quæ primitus obtigerat Regi & ſceptro eius, ex conuentione inita cum Murchardidis, & alijs in Lagenia Baronibus, qui alia via diſponere non potuerunt, aut tranſigere de fundis, prædiis, & hæreditatibus Domicellorum, aut inferiorum inquilinorum (ad quos iure proprietatis, & arctiſſimi Dominij terræ pertinebant) quam reſignando in manus Regis illum cenſum, & ſignum recognitionis, quæ ipſis titulo cuiuſdam principatus, & alti Dominij, idque intuitu neceſſariæ defenſionis cõpetere potuit. Quemadmodum in alijs Regnis, & Statibus ſimilia recognoſcuntur iura, quæ magis ſeruiunt ad ſtabiliendam & corroborandam, quàm ad

Antiqua conuentio inter Regẽ & Lagenia Barone.

Digitized by Google

uertendam proprietatem, & poſſeſſionem priuatorum. Vel ſi alius aliquis titulus afferatur, quo Regi liceat vindicare illa territoria, ex contractu donationis, emptionis, aut liberæ ceſſionis, cum pacto de redhibendo; debet id productis tabulis comprobari, alioqui Iuriſconſulti noſtri affirmant vacillare aſſertionem, nec poſſe vllo iuſto prætextu officere legitimis poſſeſſoribus.

Deinde ſi Louellus ille bonis publicatis, ſanguinis honore mulctatus fuerit, fieri potuit (quod ſæpius etiam in aliis fieri vidimus, vt redintegratâ priſtinâ dignitate, ſic fuerit reſtitutus ſanguini & hæreditati ac ſi nullâ vnquam labe, nullâ maculâ tinctus fuiſſet. Et ſi fas ſit coniectura duci in re huiuſmodi, in qua melior habetur conditio poſſidentis, quando partium iura ſunt obſcura, veriſſimile eſt labem illam extерſam fuiſſe; alioqui illa dudum empta, donata, vel emendicata fuiſſet hæreditas. Niſi fortè dixeris Endymionis ſõnum obdormiuiſſe homines, & iura intermortua, vel leges ſemineces, vel auaritiam ſepultam, vel aulicas illas Harpias,

Melior cõditio poſſidentis.

Harpias, & curiales Harpagones tam ſupinos in vtramque aurem ſtertiſſe, vt nihil ſoliciti ante hac, iam tandem euigilauerint, & , quod de tota Conaciâ vindicandâ, ac in ius & peculiare Dominium Regis aſſerendâ, per titulum iamdudum exoletum, & ab obitu Comitis Rufi poſt multas annorum centurias reuiuiſcentem, rumuſculus circumſonat; id de hoc Lageniæ tractu; id denique de tota Hibernia ad Regem attrahenda, & vncis ac vnguibus adhamãda dicatur, & impunè aſſeratur.

Accedit quod in diplomate Beaumontij, ſi literarum apices ex iuris præſcripto expendantur, manifeſtus error contineatur. Nam cum in illis ſolæ excipiantur terræ Comitis Ormoniæ; ſi quas habet intra prædictas metas; ex iſta generali conceſſione, quidquid intra illas metas comperietur ſitum, de quo certum ſit non ſpectare ad Ormoniæ Comitem, totum cedet Beaumontio; Et tamen conſtat multa eſſe, & ampla territoria, non ſolum prædia Laicalia (quod quærimus) ſed & Eccleſiaſtica Deo dicata, intra illos terminos, de quibus nulla poteſt eſſe dubitatio quin

Diploma Beaumontij perpenditur.

Digitized by Google

immunia ſint, & omnino libera, vt Rex Richardus, nec voluerit, nec potuerit de illis diſponere.

Monaſterium etiã de cella cairi.

Habet vtique Monaſterium de rupe viridi; habet & Epiſcopus Fernenſis; habet etiam Abbatia Beatæ Mariæ in illa diœceſi, amplas inibi terras & poſſeſſiones, quas etiamnum modò liberè obtinent illi, qui gaudent redditibus iſtius tam Prioratus, quam Epiſcopij, & Abbatiæ. Nec in conceſſione generali veniunt ea intelligenda, quæ in ſpecie nõ præſumerentur concedenda, nè ſic vtile per inutile vitietur. Neque verò actus ille reſumptionis qui dicitur, multùm videtur premendus, quando ille debitâ ſolemnitate caruerit, quâ ſine, titulũ ipſum ex eo petitum, caſſum cadere noſtri clamant Iuriſperiti.

Sed quod altius etiam conſiderandum eſt, cum ex Regula iuris, *qui prior eſt tempore cenſeatur iure potior, & in pari cauſa titulo etiam valentior.* Quibuſdam autem Gyraldinis Nobilibus, ab Henrico ſexto prouenerint Codicilli ſacri, quibus conceditur illi familiæ tota Baronia de Kinſelia, quæ poſita eſt intra illos limites à Richardo Rege præfinitos, ſi vl-

Digitized by Google

lo modo pertinet ad coronam, & ſceptrū Angliæ alienare, vel tranſcribere in quēpiam, integros illos terrarum tractus, de quibus indies exeunt noua conceſſionum diplomata ad colonias plantandas, & ad veteres colonos eliminandos, meritò id quæri poteſt, cur prior illa cōceſſio quæ facta eſt Gyraldinæ familiæ, iam à multis luſtrorum curriculis non præualeret nouellæ partitioni, quam nouo modo, nouus diſtributor, pro ſua deſpoticâ poteſtate, & arbitrio aggreſſus eſt conſtabilire.

Debuerat iſta melius examinare Arthurus Prorex, antequam vel Regi ſuggereret mutilum & vacillantem titulū, pro ſolido iuris noui acquirendi fundamento; vel ex fundatiſſimâ & antiquâ poſſeſſione egereret innoxios & egenos indigenas, multa prole oneratos, nulla ope, nulloque Patrocinio ſubnixos; nullis opibus inſtructos, præter pauca armenta, & iumenta; nulla induſtriâ præditos, præter agriculturam & paſturam pecorum; illos tam inopes artis & conſilij; tam deſtitutos humano auxilio & præſidio; tam arduâ mente & robuſto corpore, tametſi inermes, tamen

Ex proprijs fundis eiectorum cōditio.

agmine tam numeroſo, velle abigere ex auitis ſedibus, & veluti aqua, & igni interdicere, quid aliud hoc eſt quàm deſperatos armare ad vindictam, & vel moderatiores inter eos his iniuriis exaſperare ad arma conclamanda; vt ſi alia deſinant vltionis inſtrumenta (quæ ille iam amouerat) tamen vnguibus & calcibus impetum faciant, & dentibus lacerent ſuos oppreſſores: Summa quippe vis eſt, & maxima virtus, quam extrema neceſſitas facit; nec alius ſolet eſſe acrior ſtimulus quàm deſperationis & diffidentiæ.

Deſperationis acerrimus ſtimulus.

Cumque Lagenienſes iſti, (idemque ſit de alijs iudicium) ſe conſpexerint excluſos ab omni ſpe reditus & reſtitutionis habendæ, & à natura ſic comparati ſint; vt affixi natalitio ſolo malint in ſuis fundis, & fæcibus eſurire, quam in alienâ patriâ lautiſſimè epulari; pro aris pariter & focis pugnaturi ſint, & in ſuo potius velint humari ſanguine, iuxta maiorum ſuorum ſepulchra, quam extorres è Patrijs ſedibus in ignota humo, vel inhoſpita arena ſepeliri.

Et quod de Aſiaticis illis Scythis Romanus ſcriptor perhibet, Dario to-

tius Regni ſui viribus in eorum Regiones impetum facienti, cum paulatim cedentes, ad vltimas Aſiæ ſolitudines perueniſſent, interrogatos ab eo per legatos, quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi eſſent? reſpondiſſe, ſe nec vrbes vllas, nec agros cultos pro quibus dimicarent, habere; cæterum cum ad parentum ſuorum monumenta veniſſent, ſciturum quemadmodum Scythæ præliari ſolerent; Id ſiue ex affinitate conſtantiæ, & imitatione fortitudinis; ſiue, ex pietate erga patriam & auita ſepulchra; ſiue ex origine inſtitutionis, & ſanguinis communione (quod de Scotis Camdenus & alij exiſtimant) ſeu alio quocunque inſtinctu fiat, credi fas eſt fieri in hoc negotio poſſe, quod ſæpenumero factum antehac parentes noſtri viderunt, & ipſi nos teſtari poſſumus.

Teſtatur id ipſum Britanniæ Chorographus de alijs Colonijs, & proſcriptionibus, *de quibus*, inquit, *conqueruntur Hibernici indigenæ O Connor, Maccoghlan, O Maly, Fox, & alij patrimonia adempta, nec alios alibi agros ſibi aſſignatos vbi viuerent; vnde qualibet tumultuandi occaſione*

A proprijs patrimonijs deturbati plurimum negotij ſemper Anglis dederunt.

Digitized by Google

arreptâ, plurimum negotij Anglis incolis ſubinde faceſſunt, & in rebelliones vindicibus animis hoſtili odio imbutis ſæpenumero furenter irrumpunt. Hæc ille in Comitatu Regis.

ARTICVLVS X.

Occulti Proregis cuniculi, & inſigne ſtratagema detegitur.

Rediuiua ſeditionis ſeminariũ

NEc incredibile videtur quibuſdam, hoc etiam intendiſſe Arthurum in prototypo ſuæ plantationis; vt eâ quo modo ipſe voluit conſtitutâ, ſeminarium eſſet rediuiuæ ſeditionis, & rixæ inter nouos & veteres colonos; vnde veluti ſudes in oculis, & lanceę in lateribus, refricaret iuges querelas & cordolia, quæ ex crebris offenſis & occultis ſimultatibus proſilirent in mutua vulnera, per dimicationes, duella, *Ioſue 23.* & priuatorum certamina; tandemque deſinerent in tumultum & rebellionem. Ex qua multorum inſurrectione oriretur neceſſitas alendi exer-

Digitized by Google

citum, fouendi militiam, fauendi ducibus, expendendi theſaurum, vtendi opera & conſilio prę fectorum militarium, honeſtandi eorum labores, exornandi eorum ſtudia & conatus; remunerandi ſeruitia, demerendi eorum voluntatem, locupletandi ſequaces & obæratos Arthuri, qui iſta omnia machinando, peritiam ſuam & vſum belli, quem in pace locum habere non viderat, litibus iſtis & iurgiis ſerendis, in pretio retinere voluit. Et hæc quidem ſagacium virorum de illo coniectura, eò probabilior videri poſſet, quòd illam opportunitatem vrgendi plantationem, & exagitandi quietos indigenas ipſe maximè captaſſet, in qua vel exacerbati eſſent promptiores ad auſa temeraria capeſſenda, vel iſte mentium exacerbator maximè honori ſuo conſultum vellet.

Nam cum reſciuiſſet abſolutis Comitijs non diuturnam ſibi fore dominandi poteſtatem, in ipſo Comitiorum ingreſſu (quo tempore ſolent longinquiores eſſe magis ſoluti & liberi ad inconſulta quælibet audenda) deinde & in concluſione, & exitu iſtius *Opportunitas apta ad vrgendi plantationem.*

magni confeſſus, quando imminebat finis iſtius dominationis, ſolito fortius ſtimulabat latera Lagenienſium & cæterorum, vt ſcintilla offenſionis in mentibus relicta, & acerbitas oppreſſionis in circuitu recrudeſcens, tam ingentem combuſtionem & incendium conflaret, vt illi ſcilicet extinguendo oporteret eius operam impendere.

In quo ſuo tam ingenioſo conſilio deceptus, optarem ne deciperet animam ſuam, & ſuggeſtiones quibus non ſuos tantum aſſectatores dementabat, ſed Regium etiam Concilium irretiuit, Regemque ipſum illecebroſè lactauit, ablata larua diſpongeret: & quia iam videt omnino ſtare ſententiam de ipſo mutando, ipſe mentem etiam ſuam in melius immutaret, & aſpiceret intuentem omnia Deum, à quo nihil occultare poſſumus, nec velle celare debemus; cuius oculi ipſa terræ viſcera & profundas hominum cogitationes penetrant; *Qui ponderator eſt Spirituum, & diſcretor intentionum cordis, pertingens etiam ad diuiſionem animæ, compagum*

Digitized by Google

quoque & medullarum, vt Apoſtolus loquitur, conſideraret quod *omnis homo qui alium in corpore perſequitur, prius ipſe in corde perſecutionem ſuſtinere cognoſcitur. Nam ſi etiam illi quem perſequitur aliquid de ſubſtantia ſua tulerit, maius ſibi ipſi diſpendium facit: Quia nemo habet iniuſtum lucrum, ſine iuſto damno: vbi lucrum, ibi & damnum; lucrum in arca, damnum in conſcientia. Sed hoc homines ideo faciunt, quia diem nouiſſimum attendere nolunt; quia percutitur etiam hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei. Veniet tempus quando nulli bono erit malè, nulli malo erit benè. Quare ergo modo non ſic? fortè & modo ſic: ſed quod nunc eſt in occulto, tunc erit in manifeſto. Lege* inquit Auguſtinus *ſcripturam diuinam, ingredere mecum ſi potes ſanctuarium Dei, fortè ibi ſi poſſum docebo te; imo diſce mecum ab eo qui docet me, etiam nunc non eſſe malis benè, & melius eſſe bonis quam malis; quamuis nondum venerit bonorum plena fœlicitas, nondumque venerit malorum pœna nouiſsima?* Rogo te & quæro abs te, tibi quare malè eſt (eiectitie, profuge, profligate Lagenienſis) reſpõſurus es, egeſtas angit, premit difficultas, dolor fortaſſe membrorum, timor

Prouerb. c 16.

Hebræos c. 4.

Aug. Ser. 3. de Innocent.

Melius eſt bonis quã malis.

Ibidem.

ab inimico, deportatio, exilium. Tibi ideo malè eſt, quia pateris mala, & benè eſt illi, qui eſt ipſum malum. Multum intereſt inter malum pati & malum eſſe. Tu quod pateris non es. Ille hoc malum non patitur, & malus eſt. Noli ergo falli, non poteſt fieri, vt tibi malè ſit quia pateris malum, & illi benè ſit qui eſt malus. Cum enim eſt malus, putas quia non patitur malum cum patitur ſeipſum; Tibi malum eſt quia malum alienum pateris in corpore tuo: & illi benè eſt qui malum ſeipſum patitur in corde ſuo. Tibi malè eſt quia fortè malam habes vitam (id eſt duram, aſperã, & aduerſam) & benè eſſe illi qui malam habet animam, liuore, mendacio, iniuſtitia, oppreſſione, iniquitate, flagitiis coopertã.

ARTICVLVS XI.

Admonitio ad Proregem.

Verſatilis Ciceſtrij fortuna.

EGRESSVRVS iam Arthurus de culmine poteſtatis; ingrediatur domum figuli, & conſideret figulinam fortunam ſuam, & verſatilem fœlicitatem; conſideret iſta vaſa luti, quę faciunt

inuicem anguſtias, quam facilè collidãtur, & pereant quæ prius eleganter fabrefacta, & in abaco ſpectanda apparebant, ſemel fracta vel rimula inducta in ſterquilinium proijciuntur.

Tolluntur in altum. *Claudianus.*

-- Vt lapſu grauiore ruant.

Conſideret vultum adſpirantis, ex gregario milite ductorem ordinum; ex illo gradu Caſtrenſem Proprætorẽ; hinc gubernatorem Ferguſianæ rupis; exinde Proregem & quaſi dictatorem perpetuum: caueat ne rotâ conuerſâ;

Deſinat in piſcem, mulier formoſa supernè. *Horat. de art.*

Caueat ne ordine retrogrado, ex Dictatura Proregia in guberniũ marmoratum, hinc in Caſtrenſem præturam, exinde verò in ordinem penitus redigatur.

Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu. *Boet.*

Qui nititur ad aſcenſum per cereã ſcalam, quæ vel frigore diſſilit, vel calore diſſoluitur, gradiendo fallitur, & aſcendendo cadit. *Nil occultum quod non reueletur.* Tandem deprehẽſum eſt vitrum eſſe non margaritum quod tã lucidè ſplẽdebat, & ſpecioſa illa Arthuri conſilia, quæ Regi intimoque ſuggerebat ſena-

tui, iam cognita ſunt diuergere magis ad priuatum quęſtum, & ad honorem proponentis, quàm vel ad populi commodum vel principis emolumentum. Nouit ſiquidem ille Aſpondium cytharedum agere, ac ſibi & Muſis ſuis intus canere: Illæ verò Muſę quomodo niſi Doricæ fuiſſent? quas liquidò detexit ſchedula ipſius, continui peculatus iudex, nuper inuenta in ſcrinio Venenarij Comitis, quem perfidia propria, & coniugis odium, ex curru triumphali pœnè in carrum onerarium denuo conuertit: ſuo enim ille chyrographo annuam pēſitationem 12000. aureorum Carræo comiti promiſiſſe fertur, quamdiu Proregis munere fungeretur: & præter hæc, alia erant ampliſſima donaria, eaque annua, quibus, ceu honorario cenſu, auctorare ſibi nitebatur, & deſpondere iudicium & affectum plurimorum, ex intimo Senatu, & aula Regis; per quos emereri voluit gratiam in conſpectu principis, vt eorum fauore confirmare ſibi poſſet ſpeciem quandam perpetuæ inter nos dictaturæ. Quæ largitio profuſa & immenſa, quid aliud portendebat, quam vænalem iuſtitiam, & officio-

rũm eiuſdem adminiſtrandæ auctionẽ? Hóc tamen illi in minimis eſſe debuit qui talem deſignabat metationem,&ter-minorum tranſpoſitionem per vniuerſum hoc regnum,vt nec antiqua poſſeſſio per tot annorum centurias præſcripta, nec reditionis, & redhibitionis adminiculum; nec alia quędam iuris municipalis prę ſidia, ſecuros facerent antiquos poſſeſſores & dominos, quando ille ſuorum purpuratorum quemlibet, noua tituli à ſe recipiendi conceſſione adaugere vellet. Quare cum vel diſpendio rerum ſuarum, vel deſperatione meliorum temporum, vel diffidentia ſecuritatis, ſaucia iam ſubditorũ pectora ad pręcipites auſus, & extrema conſilia in ardeſcerent,ad Regis pertinuit ſapientiam, populorum paci tranquillitatique amoto tali tantoque perturbatore, proſpicere. Iſta ſunt ludicra diuinę prouidentię progymnaſmata; quę ſic in humanis rebus nouit ludere, vt oſtendat fortuitam fœlicitatem vitream eſſe, quę cum ſplendet frangitur, cum blanditur ſæuit,cum ad ſummum extollitur,declinat & euaneſcit.

Moliebatur Arthurus axem huius In-

Digitized by Google

Ciceſtrij depopulãdæ Hiberniæ molimina.

ſularis orbis funditus trãſponere, arcẽque euertere gubernationis; & quâ ventis animas, quâ contis corpora; quâ vẽtis pariter, & cõtis fortunas omnes, fundos, liberos, facultates, & hęreditatum ſucceſſiones, ex centro ſuo in aliũ quaſi mundum deuehere, in quo ſuos ille eccentricos & Epicyclos parauerat; meditata iam omnia & pertractata habebat; exterminium Religionis; municipiorũ exauctorationem; Iuriſconſultorum abſtẽtionem; Catholicæ educationis prohibitionem; ſcholarum occluſionem; cenſurarum diſtrictionem; teneræ pubis in Angliam auocationem; gymnaſij hæterodoxi dotationem; contra profugos qui ſe in Catholicas regiones reciperẽt, edicta & ſeueras comminationes; ne à parentibus aut propinquis alerentur, animaduerſionem; ne ipſi parentes in rerum vniuerſitate ſubſiſtant, aut relictas à maioribus hæreditates retineant, coloniarum ſubintroductiones; falsò iuratorum ad firmandas colonias ſubornationem; ſecurè iurandorum qui recuſantes Catholicos nollent accuſare, grauem mulctationem. Hãs tam crebras, tam crudas, tam armatas machinatio-

Digitized by Google

nes, & alias quas omitto plures huiuſmodi, qui fieri poſſit vt vna tam infirma tam ſolitaria, tam exarmata & exanimata Natio ſuſtinere queat, aut repellere, vt non ſuccumbat in cauſâ fidei, propter quam maximè laceſſitam illam & exagitatam cernimus, niſi *infirma mundi eligeret Deus vt fortia confunderet.* 1. Cor. 1.

Et quemadmodum oſtendit Deus in opulentiſſimo & præclaro Imperio Romano, quantum valerent Ciuiles ſine religione virtutes, vt intelligeremus hâc additâ fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius Rex eſt veritas, lex eſt charitas, modus æternitas; Ita in afflictiſſimo Regno Hiberniæ, conſeruauit ſummus Deus illa ſemina diuinæ & illibatæ religionis, quam in luce veritatis, per legem charitatis perducentis ad æternitatem, ſuſceperat è miniſterio Eccleſiæ Romanæ; vt omnes intelligerent poſſe eam florere temporali pace, & proſperitate terrenâ, ſi permittantur filij Dei ſic inſtruere filios hominum, vt cum præcipuo ſtudio dilexerint portas Sion, non tamen aſpernentur tabernacula Iacob. Cumque *cælum cæli Domino, terram autem filijs hominum* dederit, vtique non inco- August. Epist. Pſalm. 36.

lendam ſolum, ſed etiam excolendam;
Pſal 113. ſic cum Regio vate ſuſpirent de incolatu ſuo prolongato, vt non pigritentur ſcabellum pedũ Domini laboribus ſuis exornare, vt & flore venuſtatis vernet, & fructu vetuſtatis circumfluat. Et quia primus diſcendi ardor, ac potiſſima diſciplinæ inuitatio eſt authoritas magiſtri, nulla videtur efficacior inſtitutio excogitari poſſe huius nationis, ad omnem ciuilem cultum & complexum vitæ ſocialis, in iis quæ ad peritiam & politiam pertinent terrenæ ciuitatis, & Reipub. quam vt iuxta animi ſui inductionem, & affectũ erga myſtagogos orthodoxos, magiſterio Catholico manuducatur ad iſta induſtriæ & vrbanitatis officia, quæ hactenus in pluribus angulis, collibus, & conuallibus deſiderata, in alijs per turbas & tumultus bellicos reſtincta, ita demum poſſent in vſum reuocari, & mẽtibus incolarum tam firmiter infigi, vt nec in diſſuetudinem facilè abirent, nec obliuioni traderentur.

Efficaciſſima nationis Hiberniæ inſtitutio.

Pſal. 119.

Ambroſ.

Aliæ iamdudum viæ tentatæ ſunt & cõfectum videbatur negotium; ſed quia luxata brachia, niſi bene reponantur, conſolidari nequeunt aut coaleſcere: ita

eſt in

Digitized by Google

eſt in eo de quo agimus; eluxata illa pectora Hibernorum quæ nunquam viſa ſunt reſtitui in natiuam compagem, niſi per Orthodoxam religionem, tametſi aliquando metu comprimerentur vt nec liberè ſpirare valerent; laxatâ tamẽ illâ formidine, & tantiſper ſoluta ſeruitutis habenâ, efferunt ſe & eluctantur ad libertatis auram, nec patiuntur diuturnam mancipationem.

Concluſio cum quatuor Apoſtrophis.

AC proinde meo iudicio conſultius Regi foret, eiuſque ſapientiæ magis conſentaneum, & ſanctiori ipſius Cõcilio magis accommodata ſuggeſtio, pro re, pro tempore, pro conditione Regni huius, pro ingenio Regnicolarum, pro pace, & tranquillitate publicâ, pro nationis ſalute, & fœlicitate, pro Regis honore & dignitate, non contraire tam inſito illorum & quaſi innato in Catholica religione iudicio; tam cognitæ, ac veluti cognatæ eorum moribus ac indoli, prouidentiæ diuinæ in ea tuenda, & conſeruanda; tam receptæ, ſpectatæ, &

Optima regendi Hibernos ratio.

exploratæ conſtantię ipſorum in ea, quauis occaſione, loco, & tempore profitēda; tam inuictæ illorum firmitati & fortitudini, in eludendo, & explodendo tā diras & diuerſas quæ contra eam ſuſceptæ erant molitiones & certamina, ſucceſſu ipſis tam proſpero & honorifico, aduerſarijs verò tam infami, dedecoroſo, & turpi.

Brunkero, Noriſio, & alijs.

Quæ ſi animo vacuo, & ab anticipatæ ſententiæ præiudicijs libero perpendantur, vix dubito quin celſitudo illa Regalis prudentiæ, vnà cum heroïca ſynteresi benefici Principis, aliam normam regendi, & adminiſtrandi formā ſecurius ſit amplexura. Nam vbi per artus & arterias ſuæ ſublimiſſimæ ſapientiæ, in animū demiſerit has tam obuias & conſpicuas omnibus cōſiderationes, ex viſceribus rei & gētis petitas, ſi ſemel ſtatuerit abrūpere vmbraticas illas obices, & erraticas rationum telas, quas hæretica aranea texuit, & obiecit oculis inſipientium; inueniet eas ceu culicum muſcipulas, fragiles & inanes, ceu retiacula muſcarum, à quibus intermorientibus ſuauitas vnguenti deperditur. Quæ omnia cum permeauerint lyncea illa, & lucen-

Eccleſ. 10.

tia lumina Regiæ perſpicacitatis , quâ intuebitur veram rerum diſtantiam , nationum diſcrimina, populorum ſtudia, delectus & affectus; etiam nouerit omnibus attemperare ſui imperij gubernacula; vt quomodo ſupremus mundi moderator, oppoſitos motus cœleſtium orbium aptè, intelligenter, & concinnè gubernat, ne qua diſſonantia, rixa, vel regiminis Cacophonia in illis reperiatur; ita ipſe diuerſas & repugnantes ſuorum populorum circa Dei cultum inclinationes, regat & moderetur, ne obliqua & irrationalis quorundam deflexio, rectum ductum & rationalē inſtinctum aliorum perturbet.

Digitized by Google

PRIMA APOSTRO-PHE AD REGEM.

Iacobus Rex germē Hibernorum.

EXVRGE itaq; Iacobe Rex, & diſſipa hanc caliginem, tu gemma Principum, germen Hibernorum, culmen honoris noſtri, ſpes ſeminis, iubar ſanguinis, ſpeculum dignitatis, fulcrum infirmitatis, ſuſtentaculum fiduciæ noſtræ. Exorere ſtella iuſtitię, & reſplende radijs honorificentiæ tuæ; diſcute hanc nubem ſuſpicionum, & errorum; diſcute ſpiſſam nebulam quam praua malignātium ſuggeſtio inter oculos tuos, & populum tuum Hibernigenam, proauorum tuorum protoparentem interiecit. Expergiſcere ex illo ſopore quem medicata nugacitatis faſcinatio, nulli maiorum tuorum potuit inducere; nec decet, aut fas eſt, vt tam ſapienti & oculato capiti diutius illudat. Cernes in lucidiſſima illa Chryſtallo iudicij tui (dummodo puſillum introſpicias) quàm non difficile

ſit hanc gentem, tuæ ſtirpis, & gentis originem, ſic regere & gubernare, vt nomini tuo ingentem gloriam poſſis accumulare, & ipſi genti, iam in tenebris agenti, in ignominiâ, egeſtate & opprobrio vitam degenti; anguſtiatæ, afflictæ, & omni ſolatio indigenti; miſeriarum leuamen, afflictionum ſubleuamen, honoris & honeſtatis copiam, & copioſam terrenæ opulentiæ ac fœlicitatis aggeriem, cum incremento ſecuritatis eorũ, & pacis ac dignitatis tuę valeas cõciliare.

Cernes in iſtâ ſemeſtri relatione, quãdam Epitomen querelarum, & grauaminum, ſub quibus ipſa natio congemiſcit adhuc, & ſuſpirat pro releuamine & medicinâ malorum. Tu medicus es, & manu tuâ cum non dedigneris ſordes attrectare noſtrarum ægritudinum, vt eas poſtea detergas; cum & in dextrâ ſceptrum, & in ſceptro oculum teneas; oculoque cernas matulam in ſiniſtrâ poſitam, in qua omnes maculas & næuos adminiſtrationis aſpicias: intẽde propitius noſtris gemitibus, intende ſuſpirijs, ſupplicationibus, & votis; incumbe in medelam tot incommodorum, ſaltem in lenimen tot dolorum & vulnerum: *Rex ſubditorum medicus.*

quod vt facias opportunius, inclinabis
Heſter 7. aures clementiæ tuæ populi tui quæri-
monijs & lamentis. Tu mitis Aſſuerus
noſter, reſpice in tuam Heſther, nec ad-
mittas calumniantem Aman, anhelan-
tem ad innoxium ſanguinem, & inhalã-
tem auribus tuis, & intimi Senatus tui
Eſdr. 1. mille criminationes, & mendacia. Tu
Ierem. 11. cordatus Cyrus noſter, permitte reſpi-
rare populum tuum ſeruitutis tædio ſe-
minecem; & ne patiaris eos diutius in
fornace ferrea Chaldæorum detineri:
quin poſſint qui voluerint cum ſuo Zo-
robabele ciuitatem ſanctam inuiſere, &
ſi nondum reſtaurare templi dirupta,
ſaltẽ muros Ieruſalẽ in circuitu luſtrare.

Politicorũ impia ſuggeſtiones. Intrabunt in aduerſum mures palati-
ni: ſed iuſtus & magnanimus Princeps
eorum occentu nõ mouebitur. Ita olim
magnus Artaxerxes, virorum qui trans
fluuium erant, & traducebant pios He-
1. Eſdr. 4. bræorum conatus, flocci tandem facie-
bat calumnias; occlamabant illi ciuita-
tem rebellem & peſſimam, eiuſque in-
ſtauratione futurum, vt tributum, & ve-
ctigal, & annui redditus ſubtraherẽtur;
ad ipſos Reges hanc noxam peruentu-
ram, obnunciant Regi, & ex vltima hi-

Digitized by Google

ſtoriarum memoria repetunt, ex auorũ commentariis, quoniam vrbs illa, vrbs rebellis eſt, & nocens Regibus & prouinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis, & ciuitas ipſa deſtructa eſt. Suggerunt, quoniam ſi ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipſius inſtaurati, poſſeſſionem trans fluuium, non habiturum; Iſta cantilena tam frequenter inſonans Principis auribus, remorari poterat propendentem in melius voluntatem; ſed amouit demum inania ſpectra, & vmbras diſpulit quas palatini lemures ſuis obtendebant maleficiis: Ita ſi fiat in cauſa noſtra, prædem & ſponſorem polliceor futuræ proſperitatis, ipſum fœlicem & proſperum ſucceſſum, quem mihi videor præ foribus videre auſcultantem, & præſtolantem hunc finem, & effectum conſiliorum; & reſpõdenti Regi *verba lenia*, ſuaui reſonantiâ vocis, & canorâ reflectione ſuccinentem, & ſpondentem, ſecura omnia & fauſta ſecutura. *3. Reg. 12.*

Vident Phyſiologi in homine corpus heterogeneum quod multis partibus diſſimilaribus conſtat, vnâ ſubſtantiali, & viuificâ formâ ſubſiſtere, per quam & *Humani corporis ſtructura.*

pollet ratione, & viget ſenſu, & vegetatur augmento, & in tanta membrorum diſparitate, cartilaginum, muſculorum, neruorum, venarũ varietate, omnes tamen artus, & arterias ſuis compagibus, articulis, & iuncturis, ita colligari inter ſe, & tam concinnè à natura vinciri, & vniri ad functiones obeundas, præſidẽte vnâ illâ animâ, quæ omnes informat, regit, mouet, atque gubernat accommodatè ad ſuam cuiuſque operationem: Sic videre eſt, & in corpore politico magnæ alicuius machinæ Monarchicæ, in tantâ diuerſitate populorum, diſcrepantiâ morum, varietate ſtudiorum, affectuum, & propenſionum, quibus inter ſe homines diſcriminari cernimus, & diſiungi, vno tamen ſceptro poſſe dirigi, & ſub vnius diadematis limbo & infula contineri; & vnionis, ac communionis vinculo, in cõcordiæ & pacis fœdere ſic conſtringi, vt ſuis ſingulæ nationes inſtitutis, & legibus, iuxta ſuos ritus, conſuetudines, & inclinationum habitudinem, ad finem & ſcopum benè adminiſtratæ politiæ gubernẽtur. Quâ æquabilitate & temperamento efficitur, vt diſparilitas ingeniorum, quamuis diuerſo

Corporis politici ſalutare regimen.

calle, & paſſu, tamen paritate regiminis manuducta ad officium ſuum, non ſentiat acerbitatem imperantis, quia ſpõte ſuâ & leniter adducta, non detrectabit iugum obedientiæ, ſine quâ nec principatus eſſe poteſt in dominante; nec ſubiectio, aut fidelitas in ijs qui Dominio ſubſunt.

Quod igitur in mixto & phyſico corpore; quod in ciuitate, & cœtu politico; hoc idem in Chriſtianâ collectione fidem & doctrinam Chriſti profitentium & poſſe, & debere vſu venire, olimque ita eueniſſe, ex ratione & auctoritate maiorum nobis perſuademus. Nec impoſſibile ducimus, quinimo facillimum ſic regere habenas Regni Hiberniæ, vt Catholica natio vim non patiatur in negotio auitæ, & Orthodoxæ religionis (à qua mirum eſt conuulſam hactenus non fuiſſe, tot fidiculis, & tendiculis adhibitis) & tamen freta aliquali indulgentiâ, & lenitatis fomento (ſi hoc fidelitatis & obſecundationis lenociniũ tua Regia benignitas annuere velit) perſeueret ſẽper obediens imperio tuo, & omnibus mandatis tuis ab eadem religione non alienis, cum ſumma prom- *Facilis regni Hiberniæ regẽdi ratio.*

ptitudine obtemperans.

Perniſioſa politicorũ aſtutia.

Cur igitur deſperemus quin tua Maieſtas huc ſe duci ſinet ad ſolamen ſubditorum, & commendationem clemẽtiæ tuæ, niſi quorundam aſtutia præualeat, qui ex naufragio noſtro velificantur honori & commodo ſuo; ac deprauando noſtram integritatem, traducẽdo innocentiam, ſugillando fidem, celando veritatem, confingendo flagitia, colligendo fucos, fraudes, & dedecora laborant noſtram ingenuitatem dehoneſtare; quorum commentis & lenociniis ne velit aures ſuas patefacere, Celſitudini Tuæ demiſſis in terram oculis, & proſtratis mentibus ſupplicamus.

Fœlix euẽtus ciuilis commercij tolerati inter diuerſæ religionis homines.

Et ne indigna periculi ſuſpicio, vel iniquæ ſuſpicionis vana imago obumbret candorem animi noſtri; aut vultũ obnubilet claritudinis veſtræ, radiumque clementiæ veſtræ ex ſerenâ fronte micantem nobis innoxijs obliquet in tranſuerſum, ſuppliciter poſcimus dignetur aciem mentis intendere in vicinas Regiones, Principatus, & Regna, quanta cum incolumitate ſua, & ſubditorum tranquillitate, & pace, perferant illa Rerũpub. munimina, illa Regum &

Principum columina, illa terreſtria (vt ſic dixerim) numina, Deo hominibuſque approbrantibus, vitæ ciuilis ſocietatem, & commercium liberum in officijs & negotijs huius ſæculi; inter homines diuerſæ profeſſionis fidei, abſque noxâ; interpellatione, vel detrimento illius ad quam tenentur fidelitatis & obedientiæ. Hoc abundè teſtatur Germania, Gallia, Italia, Belgica; hoc moderna, & antiqua tempora teſtantur; hoc neceſſitas docuit, prudentia firmauit, æquitas comprobauit; quæ tantorum Heroum tam illuſtria exempla, abſit vt tua magnificentia velit aſpernari; vt potius tam fœlici eorum ſucceſſu inuitatus, & populorum conſenſione inductus; & publicæ proſperitatis intuitu motus, debeat & ſubditorum ſupplicationi, & optimorum Principum imitationi, ſine fraude ſuâ, ſine ſtrage noſtrâ, ſine damno & iniuria cuiuſquam, cum ſumma bonorum omnium gratulatione condeſcendere.

SECVNDA APOSTRO-phe ad Iuſticiarios Guber-narchas.

ET quia iam exacto Tarquinij curriculo, Regiæ Maieſtati viſum eſt, Imperij huius moderamen ex ſella curuli in bigam conuertendum; & è ſoliuago (qui ſi ceciderit non habet ſubleuantem ſe) eſſe transferẽdum in binarium; quorum alter longo regendi vſu in tribunali æquitatis eſt exercitatus; alter multa legum peritiâ, & diſſerendi, & decernẽdi iuris exercitatione præditus; vterque autem probè verſatus in hac Repub. ex onere illis impoſito, & deſponſata prouincia, magna ipſis neceſſitas incumbit adminiſtrandi iuſtitiam, abſque dolo & fraude; diſtribuendi officia, & diſpenſandi honores ex æquo & bono; nullius vt innocentiam grauent, nulli iuſtam cauſam in iudicio opprimant, nulli crimen aut calumniam inferant, nulli irrogent iniuriam. Et, quia hucuſque ab aliis gubernatoribus, lumini-

Eccleſ. 4.

bus Catholicæ Religionis aditum ob-ſtructum, per immeritas criminationes; non immeritò conquerimur, & Regis animum falſis aliorum pollicitationibus lactatum cognoſcimus; quaſi ſpes certa eſſet, aut ſumma probabilitas populum Hiberniæ (niſi regentium langueat ſedulitas) abduci poſſe à communione fidei, & vnione cum Eccleſia Romana: vos ego apello, & veſtram ſcientiam, & conſcientiam commemoro, ſi qua defuit, non dico ſedulitas, ſed ſeueritas in pluribus, atrocitas in multis, in nonnullis etiam cruda propemodum crudelitas abſtrahendi ab vberibus Orthodoxæ matris; attrahendi ad inanes (vt nos quidem ducimus) & nouercales mammillas; abripiendi inuitos ad Orgia Caluini, exauctorandi, mulctandi, incarcerandi recuſantes eadem adire & audire; abdicandi annuo magiſtratu rurales, & vrbanos Officiales, qui nollent ſe obſtringere iuramento aſſertiuo Regij Primatus; excludendi ab alijs honorificentioribus officijs, & ab vſu forenſi Hibernos, qui in religione diſſentirent à nouiter procuſis dogmatibus & placitis; euocandi pubem honorato & il-

Appellatio ad i[illegible]tiarios pro teſtanda Catholicorũ conſtantia.

luſtri ſanguine cretam, vt in proſtibulis nouellæ doctrinæ, in officinis errorum educarentur: Vos ipſi perhibete fidem, ſi quid horum á nobis otioſè dictum, aut odioſè confictum, aut inuidioſa cōmentatione exaggeratum ſit; & non potius multa, & mira prætermiſſa à nobis in hac materia minarum, munerum, fauorum, terrorum, & in omni artificij genere, quàm nihil intentatum ſit, quo poſſent ij qui præerant, Catholicorum ſiue conſtantiam per vim labefacere, ſiue per lenocinia conſenſum eblandiri. Sed ecce fidem perhibete, ſi nō iſta omnia fruſtrà pertenderint.

Mittuntur à ſede Apoſtolica, metuntur à ſede Apoſtatica: *& noſter numerus ſub omni grandine creſcit*. Perhibete veritati fidem, ſi non indies præſentatis officiis, oblatis beneficiis, honoribus; retributionibus interdici patimur, vt ApoſtolicaRomana communione non ſimus interdicti: ſcitis & ſentitis quàm arduum opus ſit vnum Hiberniæ indigenam ablactare ab auitæ fidei, & religionis communicatione: & qui duplici animo tempori ſeruiunt, aut voluptati ancillantes, aut honorem vel quæ-

Prudentius.

ſtum aucupantes, nolle tamen emittere nouiſſimum halitum extra gremium primæuæ nutricis & genitricis ſuæ Eccleſiæ Romanæ: ſcitis quàm multa hominum millia ſint per vniuerſum Regnum diſperſa: ſcitis Hiberniam in ſe continere centum octoginta quatuor terræ Cantredos, & quemlibet Cantredum tantam terræ portionem complecti, quanta centum villas continere ſolet. Lagenia continet triginta Cantredos, & vnum: Mamonia ſeptuaginta Cantredos: Conacia triginta: Vltonia triginta quinque: Media verò octodecim. Scitis etiam quemlibet Cantredum continere in ſe triginta villatas, & quãlibet villatam poſſe ſuſtinere trecentas vaccas in paſturis ſuis; ita vt vaccæ diuidantur in quatuor armenta, & nullum illorum appropinquet reliquo; ita veteres metiebantur. Cum igitur in Hibernia rectè dimenſa, ſint quinquies mille, quingentæ, & triginta villatæ. In Lagenia nongentæ, & triginta; in Mamonia bis mille & centum; In Conacia nõgentæ: In Vltonia mille & ſexaginta; In Media quingentæ; in tanto terræ ambitu multas incolarum myriades; mul- *Hibernia dimenſio.*

tas animas neceſſe eſt contineri.

Nunquā de amicorum iudicio glorieris, illud verum eſt teſtimoniū quod ab inimica voce profertur. Hieron. Epiſt. 61.

Et in toto illo tractu, humus ipſa quā calcant, & aura qua veſcuntur, & clima quod imminet, & quod omnibus præeminet cœlum, trahere videtur tam indigenas, quam aduenas, ad Romanæ profeſſionis amplexum: quod apud vos ipſos in confeſſo eſt, veſtrique deceſſores probauerunt. Natio verò ipſa ſeorſim ſumpta (ſecluſis exteris qui aliunde aduentant) hanc ſolam ſapit, hanc ſpirat, hanc alijs inſpirat; & quantumuis pauci illi inter eos reperti ſimulatores, qui commodis & honoribus huius ſæculi adſpirant, deludi ſe & nouitatibus aduolui ſinant; hoc tamen non ſine occultis ſuſpirijs, & ſingultibus faciunt, nec tutum putant (vt iam diximus) extra ambitum Eccleſiæ, id eſt extra complexum Apoſtolicæ ſedis exſpirare. Hoc pueri, hoc ſenes, hoc viri, hoc fœminæ, hoc nobiles, hoc plebei, hoc docti, hoc indocti, hoc omnis ætas, ſexus, & conditio perſuaſum ſibi habet, & decantatum: Vt ſi cætera deeſſent argumenta, hoc ſolum poſſet intellectum non refractarium conuincere, ab hac parte veritatem ſtare, & pugnare contra

armatas

armatas aduerſariorum acies ;& prouidentiam Dei tandem expugnaturam humanæ prudentiæ adinuentiones, & conſilia : has autem inducias quas concedit,paternas inuitationes eſſe,quibus allicit infirmas voluntates ſecularium, vt depoſito vanitatis ſtudio, ſolidam pietatem complectantur.

Vos igitur illuſtriſſimi viri quos muneris ſocietas, & præfecturæ æqualitas colligauit ; ſi vera iſta omnia depreheͤditis quæ de indole Hibernorum commemoraui; & verè cupitis hanc Remp. vobis commiſſam in pace & otio tueri ; &, ex egeſtate & miſeria, perducere eam ad opulentiam, fœlicitatem, & bonorum omnium affluentiam ; ne velitis imitari veſtigia quorundam qui vos præceſſerunt, & ad clauum ſedentes in puppi huius nauiculæ, illiſerunt eam in Syrtes & arenas cruentiſſimarum ſeditionum, & tumultuum; ſiue ex auaritia, & cupiditate id fecerint explendi ſuos loculos & arcas ; ſiue ex ingenito rancore, odio, & indignatione erga hanc nationem eorum imperio ſubiectam ; ſiue ex inertiâ, cœcitate, & imperitiâ gubernandi; ſiue ex malignitate

Gubernatorum Hiberniæ errata.

Digitized by Google

& deſpectu religionis quam profitemur; ſeu quocunque ſpiritu moti aut oeſtro furoris perciti, aut ambitione, ac libidine ſeducti non attigerunt ſcopum rectæ adminiſtrationis: vos aliâ viâ incedite, aliis procedite inſtitutis; incumbite remis & velis, vt in ſecurum portum vos ipſi & nauis quæ vobis credita eſt inuehamini; humanitatis officijs, manſuetudine, iuſtitiâ, benignitate, æquitate, beneficentiâ, & ſtudio publicæ vtilitatis deuincitur hæc natio, magis quàm terroribus, carceribus, minis, mulctis, aut vinculis. *Metus* apud omnes, ac præſertim apud illos, *non eſt diuturni cuſtos officij*. Ne nimiũ vlceroſos exulceretis, nec defixos in religione animos violenter velitis à ſententiâ diuellere: *nam qui vehementer emungit, elicit ſanguinem, & qui prouocat iras, producit diſcordias.*

Cicer. l. offic.

Prouer. 30

In hoc quidam veſtrorum Maiorũ grauiter peccauerunt, quòd & ipſi perſuaſerunt ſibi, & Regi etiam perſuaſum voluerunt, poſſe hanc nationem mediocri labore, cum aliquâ ſeueritate mixto, dimoueri ab inueteratâ fidei inſtitutione: conati verò effectum huius dare, nullâ vi, nullis vigilijs, nullâ in-

duſtriâ conſequi id potuerunt; quinimo tam multis ſe doloribus inſerüerũt ac contemplantes intrepidas mentes, & inuictam Catholicorum conſtantiam, ceſſerunt à prælio victi, deceſſerunt è vitâ confuſi, anguſtijs pleni, debitis onerati, ignominiâ cooperti, & cum Iuliano, opere confeſſi, *viciſſe Galilæum*, quē ipſe tam atrociter perſequebatur, vt omnem eius memoriam cuperet extinctam. *Henricus Brunketus & alij. Niceph. l. 10. c. 34. Vide & Sozomen. l. 6. c. 2.*

Longè tutius & ſapientius Plinius ſecundus cum eſſet Syriæ Præſes, & Chriſtianos homines ſub imperio ſuo plurimos haberet, quos nullius flagitij compertos, præter confeſſionem Chriſti, & honeſta conuenticula, nihil contrarium Romanis legibus facere deprehendens, ac fiduciâ innocentis confeſſionis nemini mortem grauem, aut formidoloſam videri, quãuis antea Traianus graues contra eos pœnas ediceret; auſus eſt Imperatorem, plenè & fideliter informare, eiuſque ille relatu admonitus, reſcriptis illicò leuioribus temperauit edictum: Quod Imperatori quidem non malè, Præſidi autem benè, Chriſtianis verò fœliciter vertit: nam *Epiſt. 97. l. 10. vide etiam Euſeb. l. 3. c. 23.* *Epiſt. 98. l. 10. apud Plinium.*

cum antea obnoxij eſſent pluribus iniurijs, vellicationi, ſcrutinio, & calumnijs inquirentium in occulta facinora, iam vetuit Imperator ex relatu Præſidis, ne de incompertis crearetur illis periculum; quo factum eſt, vt multæ aduerſus eos criminationes conticeſſerent, & Imperatori fama clementiæ, Præſidi verò prudentiæ titulus accreſceret.

Euſeb. l. 4. Hiſt. c. 8. 9. 12. 25. Ado. in Chron. Baron. ad An. 128.

Simile quidpiam de ſucceſſore eius Hadriano Auguſto legimus, qui per Serennij Grauiani legati ſui litteras, & per libros de Chriſtiana lege compoſitos ab Ariſtide, & Quadrato Apoſtolorum diſcipulo inſtructus atque eruditus, pręcepit per epiſtolam ad Minutium Fundanum Aſiæ Proconſulem datam, vt nemini liceret Chriſtianos ſine obiectu criminis, aut probatione damnare. Et quid inde conſecutum? Hadrianus iuſtiſſimis legibus Rempub. ordinauit, idemque pater Patriæ in Senatu vltra morem maiorum, & vxor eius Auguſta eſt appellata. Nomen ipſum Chriſtiani, quod antea exoſum erat, & de reatu præiudicatum in hominibus innoxijs & nullius flagitij reis, iuſtiſſimè ſanxit Imperator, ne ſic nominatis officeret, &

ipſe in hoc iuſtitiæ cultor, ex hoc ſortitus eſt nominis & honoris ſui amplificationem.

Nobis ſubinde nocet parile præiudicium nominis, quòd Catholici, quòd Pontificij; quòd Romanæ fidei aſſertores nominamur; ipſe titulus in crimen vocatur: & quia ſectam Caluini refugimus, ceu tumultuatores, factioſi, & ſeditionum, ac rebellionum faces traducimur. Cæterùm, quia noſtra integritas & innocentia nobis cognita, amicis cõprobata, notis conteſtata, omnibus cõſpicua, vobis non debet eſſe ſuſpecta.

Titulus Catholici in crimen vocatur.

Hoc ab æquitate veſtra, vim afferente vobis ipsâ veritatis energiâ & nuditate conſcientiæ noſtræ, iuſtum eſt nos impetrare, vt ſi minus Serennij Grauiani audentiam ad Hadrianum, ſaltem Plinij ad Traianum ſecuritatem, & fiduciam in hac noſtra apud Iacobum Regem cauſa imitemini.

TERTIA APOSTROPHE *Ad Catholicos Hibernos tam Eccleſiaſticos quam ſæculares.*

ET quia deliteſcentes vos in hoc mundi angulo, pro fide Chriſti anguſtiatos & oppreſſos, aggreſſus ſum Reuerendi Patres, Proceres, & populi Catholici dulciſſimæ Hiberniæ noſtræ, conſtituere in theatro orbis terrarum conſpiciendos, & ponderandos in ſtaterâ iudicij recti Chriſtianorum Principum & nationum exterarum, quæ ex magno Dei beneficio immunes ſunt & liberæ ab iſtis vexationibus & preſſuris, quibus vos expoſuit cauſa honorificẽtiſſima, omniumque digniſſima religionis Catholicæ, quam tuemini & tenetis; ne vos prætereat huiuſce meæ ſcriptionis ſcopus, paucis iam à me ad exitum properante alloquendi vos eſtis, quibus præcipuè deſeruire volui iſtum qualẽcunque laborem meum.

Indolui ſanè miſeriis quas ſuſtine-

tis; ſed & dolui tam paucos eſſe quibus veſtra vulnera dolerent; nec mirum ſi non dolerent, quibus ipſa nec viſa quidem nec audita fuiſſent: volui vobis, quia aliter non potui, animum addere ad ſufferendum; volui mihi ſtimulum ſubdere, vt aliis etiam calcar adiicerem ad excutiendam pigritiam, ad pugillares occupandos, ad ſtylum acuendum, ad conſcribendas, & poſteritati conſignandas res præclarè geſtas, & pro fide geſtas, & cum fide exceptas, ad fidem augendam, & firmandam digeſtas; ne honor Dei, Patriæ decus, gloria pugilũ ſufferentiũ, exẽplũ poſteris imitãdũ obliuioni traderetur. Et ſic dum alii ſpiſſa de his volumina meditãtur, volui ego prægustum dare extemporaneum; qui niſi præcox ſit (vt eſſe ſolent immaturæ primitiæ) obſes erit, & arrha quædam ſecuturæ meſſis, & vindemiæ.

Prima mihi ratio fuit veritatis in omnibus aſſequendę; quæ apud me tam veneranda eſt, vt nec vnâ ſyllabâ, nec minimo apice vellem ex propoſito, illius auctoritati contrauenire: & ideo multa ſubticui quæ fama vulgauerat in commendationem veſtræ patientiæ; quia *Summa auctori ratio veritatis.*

malui pauca, eaque certa, & comperta proferre, de quibus ſi repoſcerer, rationem reddere poſſem: quam plura conglobare, quæ vel fidei certitudine laborare, vel ex quorundã incredulitate labare viderentur, vel certè maiorem inueſtigationem mererentur. Sec nec illa omnia de quibus ſecurus eram, huc cõieci; quia nec temporis breuitas, nec inſtituti mei circumſcriptio (quippe qui ſpecimen tantum edere ſtatui) me patiebatur excurrere in campos, qui mihi latiſſimè aperiebantur, niſi mallem ipſe tibias ſubſtringere, & calamum intra metam præfixam continere.

Nouorum grauaminum conglobatio.

Sciui multa vobis infligi grauamina per iſtos infimi ſubſellii officiales foraneos, ſpe & fiduciâ quod iniurię illæ ſubterfugerent notitiam honoratioris Magiſtratus; ſciui gregales milites, præſidiarios velites, & volones aliquando eſſe prædatores inſciis & inconſultis ducibus: ſcio Vicecomites agrarios quandoque opprimere miſeros colonos, quòd exiſtiment hoc latêre poſſe Præſides & Gubernatores: ſcio Iudices & Aſſeſſores ſubinde eſſe ſubſeſſores & munerum captatores, quod

ſperent poſſe effugere Proregem, vel ſi reſciuerit, cum ipſo depugnent haſtis argenteis: ſcio Proregem nonnulla perpetrâſſe, quæ confideret vel celare Regem; aut cum eſſent perperam facta, perſuadere ſic conueniſſe fieri: ſcio denique vel à Rege ipſo vel à Regio Senatu potuiſſe nimia importunitate extorqueri edicta, reſcripta, mandata, prohibitiones in odium noſtræ profeſſionis, & fidei, vel in ſupplantationem fidelium ſubditorum, quæ neſcio an poſſent vſpiã in cuiuſcunque Chriſtiani Principis aulâ, aut iuſtitiæ tribunali defendi vel excuſari; de quibus etiam tam ſunt quædã inuſitata, & inopinabilia, vt nec ſuſpicio eſſet exterorum, quòd in cœtũ aliquem, aut Senatum, aut Principem, aut Chriſtianum, aut vllum omnino hominem cadere poſſent.

Sed quia ſcitum eſt & ſancitum diuinitus, vt quæ in tenebris geſta ſunt, in lumine pandantur; ne ſingulorum ſilentium luãt vniuerſi, & ex immanitate exequendi iniquè conſulta, cum impunitate ſuggerendi mala conſilia, eripiatur Principi noſtro & intimo Senatui veri perſpicientia, nobis verò libertas benè *Math.10.* *Scribentis finis.*

conſulendi,& qualiſcunque immunitas eloquendi quæ concipimus; viſum eſt præſtabilius aliquam veritatis particulã cum periculo offenſionis expromere, quàm relinquere tam multa offenſacula, in cineribus pigritiæ cõſopita: quæ certum eſt eò maiori cum audacia frequentanda fore à Regiis miniſtris, quò minori cum acrimonia à Rege & sãctiori Cõcilio redarguuntur. Nam conſenſu quodammodo approbare cenſemur, quæ in ſe damnanda, cum poſſumus non improbamus.

Exhortatio ad Eccleſiaſticos.

Vos verò Eccleſiaſtici operarij, quos Deus cõſtituit tanquam luminaria cognitionis, & ſeminaria virtutis, in hac fracida, & vieta generatione ſanctificatæ olim Inſulæ; atque etiamnum ſanctæ, præ multis in circuitu nationibus; quidquid tandem euenerit, fouete effætam parentem veſtram, à qua vitam & ſpiritum duxiſtis, in qua vitalem & ſpiritalem ſuſcepiſtis regenerationem: pro qua & vitam & ſanguinem profundere, mortemque corporis ſponte oppetere, ne illa morti ſpiritus occumbat, & illi debitum, & in ſe honeſtum, atque vobis honorificum exiſtimate.

Hanc parentem veſtram chariſſimam patriam putatote annis prouectam, viribus deſtitutam, ignominiis obrutam, morti addictam ex iudicis ſententia: putatote ſententiam latam vt carceri incluſa alimenti penuriâ contabeſcat; nō poteſt vobis crimini dari ſi quæratis ad eam acceſſum, ſi mœſtam ſolemini, ſi refocilletis deſolatam: nec mens vobis eſt, nec machina vlla perfringendi carcerem, violandi ianitorem, aut Præfectum dehoneſtandi; ſed charitas Patriç, neceſſitatis officium, officij ratio, & cōmiſeratio vos inducit ad ingreſſū. Nulla enim acerbitate fortunç, nullis ſordibus pretium charç pietatis euileſcit, quinetiam eò certius, quò miſerius experimentum habet.

In vrbe Roma, ſanguinis ingenui mulierem Prætor apud tribunal ſuum, capitali crimine damnatam, Triumuiro in carcere necandam tradidit, quò receptā is qui cuſtodiæ præerat, miſericordia motus non protinus ſtrangulauit. Aditum quoque ad eam filiæ, ſed diligenter excuſſæ, ne quid cibi inferret, dedit; exiſtimans futurum vt inedia conſumeretur; cum autem iam dies plures interce-

Valer. Max l. 5. c. 4.

Filia in parentem pietas ingenioſa.

derent, ſecum ipſe quærens quidnam eſſet, quo tamdiu ſuſtentaretur, curioſius obſeruatâ filiâ, animaduertit exerto vbere famem matris, lactis ſui ſubſidio lenientem; quæ tam admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo ad Triumuirũ, à Triũuiro ad Prætorem, à Prætore ad Concilium Iudicum perlata, remiſſionẽ pœnæ mulieri impetrauit. *Quò non penetrat* (inquit meus auctor) *aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere, ſeruandæ genitricis nouam rationem inuenit? Quid enim tam inuſitatum, quid tam inauditum quam matrem natæ vberibus alitam? putaret aliquis hoc contra rerum naturam factum; niſi diligere parentes prima naturæ lex eſſet.*

Zelus Eccleſiaſticorum in patriam.

Ita etiam prima fronte videri poſſet rationi diſſentaneum, ſi homines in pace & ſecuritate poſiti, libertatis vſura, & commodis vitæ affluentes, vel ſpiculis & enſibus ſe obiicerent, vel in carcerem ſe compingerent, vel voluntariæ ſe deuouerent inediæ, nullis ad hoc terroribus conſtricti, nullâ iuris aut iudicis ſententiâ damnati. Et tamen hoc à vobis fieri zelo iuuandæ afflictæ patriæ, & dãnatæ genetricis releuandæ, & ipſa experitur, & nos cõſpicimus, & Præfecti por-

Digitized by Google

tuum obſtupeſcunt, aduerſarij verò veſtri liuore & odio extabeſcunt: vos illa vbera quæ in Catholicis vniuerſitatibus, & collegijs lacte virtutis & ſapientiæ diſtendiſtis, in ora famelicæ parentis infertis, & quæ fame confecta erat, & macie contracta verbi ſalutiferi, ac viuificæ in ſacramentis refectionis, ſaturatur per veſtram pietatem; & quæ negatur in Eccleſijs miniſtratio, ſtratis in fœno contuberniis, in ſyluis & ſaltibus, in cubilibus & latibulis operâ veſtrâ & ſedulitate exercetur.

Non omninò diffidite meliora tempora, & malorum veſtrorum temperamentum poſſe procurari, ſi ſcoria relictæ iniquitatis ſufficienter excocta, & expurgatum veteris malitiæ fermẽtum, & probatum ac purgatum ſeptuplũ patientię veſtrę argentum, & inconcuſſæ pietatis aurum, idque in iudicio Dei cõprobatum ſit, quod aliquando facturus eſt. Potens eſt enim accelerare, & veſtris gemitibus miſericorditer intendere, veſtra vota audire, & exaudire voces compeditorum, qui non ceſſant eius clementiam ſuppliciter deprecari pro Eccleſia, Rege, Regno, & concordia vtriuſ-

Eſa. c. 1. v. 25. Cor. c. 5. Pſalm. 11.

Pſalm 78. que ſtatus, *vt obliuiſci velit iniquitatum noſtrarum antiquarum , & citò anticipent nos miſericordiæ eius, quia pauperes facti ſumus nimis*: Et quia labores veſtri, longinqua itinera, diſcrimina quæ ſubijſtis, moleſtiæ quas exantlaſtis, angores quos ſuffertis, ſuâ non carebunt retributione; hoc ſummæ apud Deum mercedis loco ducere vos, & ducturos omnes exiſtimo, ſi tantillum à Iacobo Rege poſſetis impetrare, ne veſtrum exploratiſſimum pro religione & pietate ſtudium traduci pateretur in alienum ſenſum; aut vos ipſos ob id, vel ſuſceptores veſtros in periculum vitę & fortunarum vocari.

Quid Eccleſiaſtici à Rege expoſcant.

Beda l. 1. c. 25. Malmeſb. l. 1. de Reg.

Ethelberti Regis in Auguſtinū & ſocios beneficentia.

Amplius aliquid conceſſit Ethelbertus adhuc Gentilis Auguſtino & ſocijs in Angliam aduentantibus. *Quia de longe huc peregrini veniſtis*, inquit, *& vt ego mihi videor perſpexiſſe, ea quæ vos vera & optima credebatis, nobis quoque communicare deſideratis: nolumus moleſti eſſe vobis, quin potius benigno vos hoſpitio recipere, & quæ victui veſtro ſunt neceſſaria miniſtrare curamus, nec prohibemus, quin omnes quos poteſtis fidei veſtræ religionis prædicando ſocietis.* Dedit ergo eis (teſte ſancto Beda) manſionem in ciuitate Dorouernenſi, quæ imperij

Digitized by Google

ſui totius erat Metropolis, eiſq; vt promiſerat, cum adminiſtratione victus tẽporalis, licentiam quoque prędicandi non abſtulit.

Non quęrimns rem tantam, non victum, aut alia vitę neceſſaria ſubſidia ex penu vel arca Regis ſuppeditari nobis; non manſionem publicam, aut patẽtem habitationem in Metropoli huius Regni; non illa quę nimis magna & ardua, nobiſque imperuia, nec nominanda cẽſeri poſſunt; ſaltem bonã de nobis opinionem petimus, de noſtra obedientia, fide, ſynceritate, & honeſta conuerſatione, quamdiu non meremur oppoſitum: vtque nobis fas ſit, ſine faſtu noſtro, ſine faſtidio illorum, qui loca nobis à maioribus erecta cum prouentibus occupant, & per nos liberimè occupabũt, ſaltem in conducto noſtro cum Diuo Paulo, in angulis & clancularijs receſſibus, vel nemoralibus tugurijs (quę præferimus ſplẽdidis baſilicarum turribus, quas tenent æmuli) fas ſit pace noſtrâ & incolumitate potiri, cum ſecura permiſſione, libertate, vel conniuentia obeundi noſtra munia, prædicandi verbũ Domini; & ſacramenta ad nos ſponte ac-

Vota Eccleſiaſticorum.

Actor. 6. 28.

Digitized by Google

cedentibus ſine fraude, calumnia, fuco adminiſtrandi; vt quod iam antè fit non ſine periculo eorum qui faciunt, deinceps liceat abſque formidine. Interea dum iſta pertractantur (ſi tamen vt tractentur mereri queat noſtra exiguitas) vos pergite id quod facitis, porrò facere; nec periculo aut ſudori veſtro parcite ó præclari Athletę Chriſti. Macti eſtote laude veſtra, macti præconio zeli, & zelo præconandi veram fidem; macti generoſa virtute & animo.

Exhortatio ad Catholicos laicos.

Et vos Laïcorum magnanimi ſpiritus, quorum gloria reſonabit per omnẽ Eccleſiam Sanctorum, macti eſtote veſtra patientia & promptitudine ſuſtinendi omnem ignominiam, opprobrium, & iniuriam pro nomine illius, cuius fidem ſuſcepiſtis, inſignia geritis, & conſortiũ beatitudinis in altero ſæculo repoſitæ expectatis. Nihil vos deterreat in illo pietatis calle quem tenętis; nulla remoretur obex amiſſionis bonorum; nullum offendiculum irrogatæ infamiæ; nulla acerbitas prærogatæ vindictæ; nulla incitet cupiditas honoris aut commodi; nulla voluptatis illecebra titillet; nulla adurat inuidiæ flamma; nulla mentis in-

flammet

inflammet perturbatio, quę tranſuertat veſtros greſſus ex ſemita iuſtitiæ; ſed quâ cœpiſtis viâ inſiſtite, continentiæ, longaminitatis, modeſtiæ, & inter vos placabilitatis, & pacis; aduerſus Principem verò fidelitatis & obedientiæ.

Certate fortitudine animi, & conſtantiæ robore cum æmulis veſtris, & in fide aduerſariis; videte ſi fortè benè faciendo, aut ſaltim, patiendo illorum duritiam, & quibus vos iugiter laceſſunt (de inferioribus miniſtris loquor) maleficia poſſitis ſuperare; probate ſi illi inferendo an vos ſufferendo iniurias, prius fatigandi ſitis: vos quidem onerant contumeliis, grauant exactionibus, conuiciis lacerant, maledictis proſcindunt; ſed ſuperat patientia nequitiam, vincit ſapientia malitiam, & quod acutè quiſpiã dixerat antiquorum. *Sapien. 7.*

Concentus ille eſt auribus gratiſſimus
Conuiciante quum tacetur quopiam;
Qui diſſimulat enim conuicium, facit *Philemon.*
Conuicians conuicietur vt ſibi.

Non ideo vos ad patiendum præmunio; ſed tamen præmoneo ita ſubinde fieri, vt pœna ſibi & ſupplicium fiat omnis inordinatus animus. *Auguſt.*

Multa ſuſtinetis incommoda, multas læſiones & vltionum irrimenta, in libertate, in honore, in corporis & fortunæ bonis. Nihil dico de abdicatione, & exauctoramentis, nihil de mulctis & cuſtodiis, nihil de aliis illis grauaminibus, quę in prima & ſecunda ſectione copioſiùs enumerauimus, & indies recrudeſcunt magis: ſola illa ablegatio ex auitis ſedibus, & patrimoniis, atque aduentitiorum colonorum in locum veſtrũ ſubſtitutio, nullo in vobis perfidiæ colore, nullo rebellionis obtentu, nullâ ſeditionis vmbrâ prætẽsâ, nullâ allegatâ infidelitatis maculâ, (niſi fides Catholica macula ſit) illa, in quã vnica permutatio poterit vobis fortè videri maximum indignationis incitamẽtum, & sũma deſperationis, ac iræ prouocatio, in populo ad iracudiã prono, libertati aſſueto, præcipitantiæ & ardori, quàm moderationi, & prudentiæ propiori. Eſto, ſed vbi paſſio ſuccumbit, ratio præualeat; & rationi ac ſenſui gratia dominetur, quæ poteſtatis imperio parendum iubet, *quia non ſine cauſa gladium portat, in vindictam malorum, laudem autem bonorum*: vt non quod immoderantia vel infirmitas humana ſuggerit;

Ablegatio ex auitis ſedibus.

Rom. 4.

ſed quod fas eſt, quod decet, quod expedit, id velitis & faciatis.

Si poſt generalem pacem, & actum obliuionis ſolemniter publicatum initio ſuſcepti à Iacobo Regni (cuius & ſcintillam quandam reuiuiſcere iuſſit in illa cõdonatione, quæ celebrata eſt his vltimis Comitiis) ſi, inquã, poſt illã amneſtiã detecta fuiſſet aliqua coniuratio, quę hãc cõdonationẽ impediret; vel poſt iſtã remiſſionem aliquod apparuiſſet moliminis indicium, quod memoriam refricaret præteritorum facinorum, quæ iam obliuione inducta & abolita ſunt; minus graue eſſet, minuſque commiſerandum hoc quod iam attentatum eſt Arthuro inſtigante exterminium. Sed nullâ inſecutâ nouitate, nullâ tumultus, aut innouationis vel minima, quæ nobis innotuerit ſuſpiciuncula, Dauum interturbare, Arthurum Principari voluiſſe; & inuitos cogere vel ad deditionem titulorum, vel ad ſeditionem, quid magis abſonum, & pacifici Regis temporibus, & moribus alienum?

Anno Domini 1604.

Actus obliuionis inanis & irritus.

Ante mortem Elizabethæ.

Statuerat quidem Ælius Hadrianus delere Iudæorum gentem, & vrbem illorum celeberrimam cum toto ſuo pomæ,

rio, de ſe tranſnominare: ſed qua id occaſione, quo tempore ſtatuit ſibi faciendum? Nempe poſt eorum defectionem Duce Barchocheba. Cùm enim caput illius temeritatis debitas pœnas perſoluiſſet, Ariſto Pellæus narrat vniuerſę gēti ex illo tempore prorſus interdictū, ne pedē in agrum Ieroſolymitanū aliquādo inferret: & legis decreto inſtitutiſque Hadriani vetitum (ille planè ſic in mandatis dederat) ne vel ex edito loco paternum ſolum oculis aliquando aſpicerent Ieruſalem. Et cùm ita eſſet Iudæorū gente orbata, & veterib⁹ incolis prorſus deſtituta, genereque frequentata exterorum hominum, deinceps cùm eſſet à Romanis occupata nomē commutauit, & ad honorem Ælij Adriani Imperatoris, qui eam deuiciſſet illuſtrādum, Ælia appellata eſt. Cæterùm, in iſto ſuo tam præclaro facinore, non tam Æliū quàm Neronem Arthurus videtur æmulatus; Is enim cū Româ incensâ, & excisâ, vellet de ſuo nomine Neroniā ex eius cineribus excitare, per diuerſas plateas & vicos, faces admoueri præcepit, ne facilè poſſet incendium reſtingui, & ex edita turri, quæ etiamnum ſupereſſe fertur,

Euſeb l. 4. c. 6 Oroſ. l. 7. c. 13.

Hieroſolima Ælia appellata.

Ciceſtrius Neronem æmulatus.

Vide Tac. l. 13. Suetō in Neron. c. 38. Dion. & Oroſ. l. 7. c. 7. & 39.

Digitized by Google

ſubiectam vrbem iam flammantem deſpectans pulſaſſe teſtudinem, & Troiæ excidium decantaſſe multorum ſermonibus & ſcriptis celebratur. Ne verò iſtius immanitatis ignominia ipſe flagraret, culpam voluit conijcere in Chriſtianos, quos nihil tale cogitantes, tanquam incendiarios, & nobiliſſimæ vrbis euerſores damnauit. Inflauit Arthurus tubã ſeditionis, ſi vocati ad ſignum venire voluiſſent: incendit tumultuum igniculos per diuerſas huius Inſulæ regiones, ſi accenſâ bile, & eius indignatione commoti ſtipites flammam vellēt concipere, quam tot antè vicibus ambuſti meritò reformidant: ſed prouocatos tamen & ſæpiùs laceſſitos vt exardeſcerent, nemo eorum quæ geſta ſunt conſcius, niſi effrons ſit, negauerit. Ita verò pergere iuuat, vt vniuerſo orbi Chriſtiano pateſiat quàm admiranda ſit patientia veſtra; quàm admiranda in religione conſtantia; quàm ſtupenda in vobis fidei, & obedientiæ coniunctio; quàm rara & præclara vtriuſque confœderatio; vt Deo & Chriſto eius, atque Eccleſiæ Catholicæ cum ſitis obtemperantes, ita vos gerere ſciatis, vt nec Re-

Digitized by Google

iugiter manãtem dolorum & lachrymarum guttã, quibus irrigata eſt tota huius terræ facies, quę per diuerſas elices educta, in omnes Regni prouincias, & prouinciarum regiunculas, potens eſt obruere vniuerſam Hiberniæ ſuperficiem; & obruet proculdubio niſi obex tempeſtiuè apponatur; quæ magis à diuinâ prouidentiâ expetenda eſt, quam à prudentia & conſilio humano expectanda.

Noxiorũ pœna ad innoxios deriuata.

Ematuruit modò & deferbuit illa indignatio Regis, quam non ſine cauſa conceperat in truces iſtos incendiarios, pulueris pyrij machinatores, quorũ temeritas & nequitia, non debuit ad noxã trahi, vel ignominiã eorũ, qui sẽper innoxij, & ab eiuſmodi cõſiliis quã alieniſſimi fuerũt: Et quia vos eorũ vſquequaque facinus deteſtati eſtis; nos etiam conteſtamur cœlum terramque, immunes nos ſemper extitiſſe ab omni eiuſmodi impietate; tametſi negari non debeat, omni genere grauaminis, iniuriæ, & indignitatis nos laceſſitos fuiſſe, quibus etiamnum prouocamur, & innumeris modis vrgemur, anguſtiamur, & affligimur; nec in hoc ipſo ſecuri, quòd noſtram audeamus afflictionem

patefacere, vel abſentibus vobis communicare; quidquid enim à nobis fiat, in deteriorem ferè ſenſum trahitur: dũque ſic volunt ludere, vt eorum lateat ludificatio, qua ſibi lucrum, gẽti verò ludibrium accumulant, ſi quod illi tectiſſimum volunt, detegatur; tanquam reus ſeditionis, & pácis publicæ perturbator, quicunque id fecerit diris deuouetur atrociſſimis; & ſi deprehendatur, ſupplicijs acerbiſſimis dilaniandus. Hoc eorum conſilium deterruit à neceſſaria ſcriptione rerum geſtarum, permultos iſti operi idoneos, qui commentando ea quæ pro tempore fiebant, ſtudium ſuum, ſtylumque vtiliſſimè exercuiſſent, niſi quieti & ſecuritati ſuæ, quã honori patriæ, maiorum gloriæ, & poſteritatis inſtitutioni conſultum mallẽt; aut vrgentioribus vacarent muniis regendi populum, prædicandi fidem, vel Eccleſiaſtica adminiſtrandi Sacramenta.

Analecta ſcribendi difficultas & periculum.

Analectis ad ſcribẽdum incitamenta.

Sed ipſe cum ſim minimus fratrum meorum, & in medio cognationis meę pluribus impeditus occupationibus, quas citra exilem valetudinem, vel neceſſitas inuito impoſuit, vel arbitrij mei

gi velitis rebelles eſſe, nec haberi.

QVARTA APOSTROPHE Ad domeſticos fidei, pro fide & ingenij cultu extorres Hibernos Collegiorum Alumnos.

QVANQVAM frequentius inter nos chariuſque commercium prohibeat, cùm longinquitas veſtra, ex tam immenſo terræ mariſque diuortio, tum anguſtia noſtra, ex tot preſſuris & calamitatibus quas patimur; non debuit tamen hæc conditionis noſtræ neceſſitas, cui nos illigauit fidei orthodoxæ integritas, penitus impedire communionis vinculum, aut debitum communicationis officium. Eo quippe tanquam fido vehiculo, & certo internuncio, ſtatus animi & corporis, atque inuiolatus mutui amoris affectus vtrinque innoteſcit: vt qui eâdem natalis ſoli origine creti, eâdem fidei propagine ab extraneis diſcreti, eâdem religionis normâ ducti, & ex errantium diuerticulis abducti; eodem lucifero veritatis exoriēte in cor-

dibus noſtris, ambulamus ſemitas rectas, in vnione Catholicæ pacis; referendo caſus noſtros, & conferendo priſtina cum modernis, pręterita cum præſentibus, eliciamus quæ in poſterum fortè grauiora nobis obuentura ſunt; & compatiamur inhumanitati quidem eorum qui iſta faciunt, longanimitati verò ſufferentium afflictiones.

Neque enim minori commiſeratione digni ſunt, qui faciunt, quàm hi qui patiuntur grauaminum iniurias: imò quod intereſt inter paſſionem & patientiam, eodem diſcrimine interuenit, inter patientem & agentem, inter ſufferentem & irrogantem iniurias: Quarum cum in iſtam Nationem noſtram magno impetu feratur inundatio, earum commemorationẽ, ſeu verius exiguum illarum pręguſtum, hac ſemeſtri relatione tradimus, quam vobis, pro opportunitate veſtra legendam offerimus.

In ea ſpecimen habetis innocentiæ, pietatis & conſtantiæ populariũ veſtrorum, qui in fornace tribulationis excocti, ſcoriam & rubiginem exuunt; habetis & torua lineamenta perſequutoris, quamuis exiliter adumbrata; habetis illã

Digitized by Google

iugiter manãtem dolorum & lachrymarum guttã, quibus irrigata eſt tota huius terræ facies, quę per diuerſas elices educta, in omnes Regni prouincias, & prouinciarum regiunculas, potens eſt obruere vniuerſam Hiberniæ ſuperficiem; & obruet proculdubio niſi obex tempeſtiuè apponatur; quæ magis à diuinâ prouidentiâ expetenda eſt, quam à prudentia & conſilio humano expectanda.

Noxiorũ pœna ad innoxios derinata.

Ematuruit modò & deferbuit illa indignatio Regis, quam non ſine cauſa conceperat in truces iſtos incendiarios, pulueris pyrij machinatores, quorũ temeritas & nequitia, non debuit ad noxã trahi, vel ignominiã eorũ, qui sẽper innoxij, & ab eiuſmodi cõſiliis quã alieniſſimi fuerũt: Et quia vos eorũ vſquequaque facinus deteſtati eſtis; nos etiam conteſtamur cœlum terramque, immunes nos ſemper extitiſſe ab omni eiuſmodi impietate; tametſi negari non debeat, omni genere grauaminis, iniuriæ, & indignitatis nos laceſſitos fuiſſe, quibus etiamnum prouocamur, & innumeris modis vrgemur, anguſtiamur, & affligimur; nec in hoc ipſo ſecuri, quòd noſtram audeamus afflictionem

patefacere, vel abſentibus vobis communicare; quidquid enim à nobis fiat, in deteriorem ferè ſenſum trahitur: dũque ſic volunt ludere, vt eorum lateat ludificatio, qua ſibi lucrum, gẽti verò ludibrium accumulant, ſi quod illi tectiſſimum volunt, detegatur; tanquam reus ſeditionis, & pacis publicæ perturbator, quicunque id fecerit diris deuouetur atrociſſimis; & ſi deprehendatur, ſupplicijs acerbiſſimis dilaniandus. Hoc eorum conſilium deterruit à neceſſaria ſcriptione rerum geſtarum, permultos iſti operi idoneos, qui commentando ea quæ pro tempore fiebant, ſtudium ſuum, ſtylumque vtiliſſimè exercuiſſent, niſi quieti & ſecuritati ſuæ, quã honori patriæ, maiorum gloriæ, & poſteritatis inſtitutioni conſultum mallẽt; aut vrgentioribus vacarent muniis regendi populum, prædicandi fidem, vel Eccleſiaſtica adminiſtrandi Sacramenta.

Analecta ſcribendi difficultas & periculum.

Analectis ad ſcribẽdum incitamenta.

Sed ipſe cum ſim minimus fratrum meorum, & in medio cognationis meę pluribus impeditus occupationibus, quas citra exilem valetudinem, vel neceſſitas inuito impoſuit, vel arbitrij mei

libertate, vel officij & vocationis meæ nexu aſſumpſi; Quia tamen tædebat me, vel pudebat huius noſtræ (quæ à multis gentilitia dicitur) ſocordiæ, hanc conſcribendi opellam vt aggrederer, ſi aliæ deeſſent cauſæ (quæ non deerant plurimæ) hæc ſola ſufficere debuit, vt vos, ex iſtis quæ his ſemeſtribus ſuccinctè cõmemorantur, pro opportunitate veſtra deguſtetis, quando fortè vos capiat nauſea, vel ſacietas grauiorum ſtudiorum, quibus ſummâ animi contentione incumbitis, perfunctoriè ſaltem poſſitis intelligere ſtatum patriæ quæ vos genuit, aluit, fouet; vt & vos viciſſim aliquam beneficentiæ talionem, aut ſaltem hoſtimentum beneuolentiæ veſtræ, prout dignum & debitum eſt, eidem rependatis. Huc enim ſpectare illos veſtros labores exiſtimo, illas annonæ difficultates; illam penuriam & paupertatem; atque illas moleſtias quas deuoratis, vt inſtructi inſtruatis, & fundati ipſi in amore Dei, & fidei veritate, ad eundem veritatis fontem rapiatis alios, qui vobis iunguntur quocunque vinculo, vel cognationis, vel amicitiæ, vel vicinitatis, vel ciuilæ o-

In patriã redeuntiũ apparatus

riginis, vel incolatus in eadem patriâ, & ſede natalitiâ.

Veſtram ego pietatem nihil opus eſt vt moneam, quibus maximè inſtrumẽtis ad hanc palæſtram accingi oporteat; robur fidei, virtutem animi, ac zelum Religionis, & ſalutis animarum ſtrenuã cooperationem afferre debetis; ne ſi tepidi accedatis in fide, aut torpidi in exercitio virtutis, aut trepidi in confeſſione veritatis, aut vacillantes in fundamento Chriſtianæ perfectionis, cũ magno fragore corruatis, & in eandem vobiſcum ruinam, & errorem, alios qui vobis cohærent, pertrahatis.

In vobis geritur quicquid vobis ingeritur, quicquid vobis inſinuatur, vt vel ſcripturarum ſpeculo dictaretur, vel è veterum monumentis deſumeretur, vel recentiorum commentarijs inſcriberetur; vt memoria benè geſtorum ſit in omni æuo ſuperſtes, ad deceſſorum laudem, & veſtram ædificationem, & eorum qui non dum apparuerunt, educationem & doctrinam.

Baron. anno 138. & lib. de Rõ. Pontifice

Veritatis ad poſteros tranſmittenda monumentum.

Tanti ſemper fiebat ab ipſis incunabulis fidei Chriſtianæ iſta veritatis ad poſteros tranſmiſſio, vt ſanctus Martyr

& Pontifex Antherus, non dubitauerit induſtriam in hoc genere ſuam, ſuo ſãguine conſignare. Nec Decium Imperatorem; cum ſuo in Imperio conſorte, alia res vlla in Cornelium Papam magis commouit, quàm quòd in exilium ad centum Cellas miſſus, alloquio S. Cypriani de cauſis Eccleſiaſticis, per literas frueretur. Hoc enim Chriſtianæ charitatis officium cum frequens alter alteri perſolueret, in deteriorem partẽ accipientes Imperatores, accerſito Romam Cornelio, tanquam de Maieſtate reo, plumbatis cæſo, & ad Martis ſimulacrum rapto, ac recuſanti ſacrificare, caput abſcindi iuſſerunt.

Moriatur anima noſtra morte iuſtorum, & (ſi ita Deo placuerit, quod sũmæ dignationis eſt) fiant nouiſſima noſtra horũ ſimilia. Valete ſani, & memores eſtote, *in ea tempora natos vos eſſe, quibus firmare animum expedit conſtantibus exemplis.*

Tacitus lib. 16. Annal.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADDITAMENTVM
AD
SEMESTREM
GRAVAMINVM
RELATIONEM,
IN QVO
ANTIQVVM
HIBERNIÆ ELOGIVM,

Quòd ſit

Inſula Catholicæ fidei tenaciſsima, nouis obſeruationibus Declaratur.

Eodem collectore & relatore
T. N. Philadelpho

Conſidera victoriæ coronam per contraria textam, factos trophæi teſtes ipſos inimicos. Chriſ. hom. 4. ad Populum Antioch.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆLVDIVM AD NOVAS OBSERVATIONES DE CONSTANTIA HIBERNORVM,

In rebus Fidei.

OBSERVAVIT celebris Scriptor Eccleſiaſticorum Annalium, circa annũ Incarnationis 1053. *Ardericum quendam, qui magnam de ſe ſanctitatis opinionem concitauerat in Hibernia, vbi repertus eſt à receptis in Eccleſia ritibus diſſentire, ab* Inſula tenaciſſima Catholicæ fidei *eiectum fuiſſe, quia iudicârunt ſtultitiæ, vel etiã leuitatis, & (quod deterius eſt) magnæ eſſe ſuperbiæ indicium, antiquis Eccleſiæ vſibus & traditionibus non ac-* Baronius.

quieſcere. Præclara ſanè res, & de re præclarè geſta clara eſt hæc epigraphe, qua inſignitur hæc Natio firma retentrix, & conſeruatrix receptæ pietatis & Religionis: & quamuis à tot annorum centuriis iam prætergreſſis ita meritò cognominata ſit; pluribus tamen titulis, iuſtiuſque promeruit illud elogium, ex quo nouæ machinationes nouellorum dogmatum intentatæ ſunt, ad innocentiã gentis, ac genuinam eius in fide ſimplicitatem adulterandam, exoticis erroribus & innouationbus. Eſt vtique hæc natio vniuersè conſiderata, facilis ac tractabilis ingenij, & ad veritatem in rebus fidei capeſcendam & conſeruandam docilis; vt agnoſcas vaticinium Iſaiæ prophetæ ad litteram genuinis Hibernis cõpetere, quod omnes ſint θεοδίδακτοι, i. docibiles Dei. Quod ni ita eſſet, iam dudũ tot adhibitis molitionibus, ſubruiſſet aduerſa poteſtas, ac penitus demolita fuiſſet hanc credendi ingenuitatem & re-

Iſaia 54.

Digitized by Google

ctitudinem, quâ illi ſe conſpicabiles faciunt & commiſerabiles omnibus piè ſentientibus Orthodoxis. Atque hæc eorum firmitas in fide vt melius innoteſcat, in aduerſaria referre, ſtatui notationes quaſdam anniuerſarias, de rebus huc ſpectantibus maximè memorabilibus, quas vel ex certa notitia, vel locupletiſſima atteſtatione occulatorum teſtium ſentire, & ſcire ipſe potui.

Digitized by Google

PRIMA OBSERVATIO.

De Tribunalibus & Terminis iudiciorum, in quibus Hibernorum conſtantia tentatur, qui, quomodo, & à quibus.

RECVRRVNT quotannis quatuor Termini iudiciorum, quę tenentur in arce, & Emporio nominatiſſimo temporalis politiæ huius Regni, in ciuitate Dublinenſi, vt notum eſt; ibi celebrantur honoratiſſimi Ordinum conſeſſus, ſuis diſtincti Senaculis & Tribunalibus. Nam præter quatuor Fora iudiciorum ordinaria, 1. Banci Regij, vbi de cauſis Coronæ, 2. Communium placitorum, vbi de litibus ſubditorum inter ſe, 3. Scaccariæ, in qua de fiſco Regis, 4. Cancellariæ, in qua iure prætorio mitigantur apices iuris municipalis: Prorex ipſe, cum proceribus quibuſdã & aliis de intimo Conſilio Regni, habet ſuum Senatum, & menſam Conſularem, velut Cortynam cum tripode pythio; habet & Cameram ſtellatam,

Digitized by Google

quam non ſemper irretortis oculis adſpicit Aſtræa, cum de nobis agitur. Iſtis duobus conſeſſibus noſtro tempore occupatiſſimi redduntur Ordines & Iudices tam anteceſſores quam Aſſeſſores in cauſis Catholicorum examinandis, & ijſdem ad mulctas & carceres addicendis.

Hinc enim iuratorum agmina, quibus religioni eſt vicinos ſuos de religione criminari, aut reatum illis impingere ex eo quòd detrectent adire Eccleſias Schiſmaticas, vel in diuinis communicare cum miniſtellis hęreticis, includũtur in cuſtodiam, & mulctantur pro arbitrio illorum tribunalium. *Iurati quæſitores.*

Hinc rurſum Magiſtratus Vrbani, & oppidani Prætores, Præpoſiti, alijque ſuperiores, quorum electio, iuxta antiqua & noua priuilegia, pendebat ex voce & ſuffragio ipſarum communitatum, quia nolunt ſe obſtringere iuramento Regij Primatus, non ſolum abdicantur ab officio, ſed alijs etiam pœnis arbitrariis, nummorum ſummâ & cariſſima rerum omniũ libertate, ad libitum gubernantis plectuntur. *Magiſtratus electiui.*

Hinc denique & ipſi electores, non

Et ipſi electores, quã iniquè grauantur.

tantum qui eliguntur Catholici (quod nouum & antehac inſolitum eſt) tradũtur in carcerem, & pœnis etiam pecuniarijs grauantur; ideo nimirum, quia ſuffragium ſuum auſi ſint dare homini Catholico, hoc ipſo (ſi ſuperis placet) incapaci iſtius muneris, quia recuſaturus eſt iuramentum ſuſcipere: cùm tamen electoribus incompertum ſit, in quam partem ſe vertet electus, quando eò ventum erit vt illud vel reſpuat vel recipiat.

Preſſius examinatur pœna electorum.

Nam cum penes ipſum ſit iurare vel non iurare, nec hominibus, quin imo nec Angelis cœli, de futuris contingentibus ab humano arbitrio pendentibus vel cognita ſit, vel determinata veritas; & ipſe electus in quolibet inſtanti ad aſſentiendum vel diſſentiendum plena libertate gaudeat, poſſitque in temporis ictu, quo proponitur iuramentum, adhibere vel cohibere ſuum aſſenſum, quid facturus ſit, quis præter Deum noſſe potuit? nam & quoſdam Proteſtantes (ſic enim vocantur hæretici in Anglia) conſtat recuſâſſe in ipſo quo proponebatur articulo, de quibus nulla erat ſuſpicio quòd eſſent recuſaturi; & con-

Digitized by Google

trà, quoſdam etiam Catholicos, de quorum antea firmitate & conſtantia optima erat opinio, certum eſt, ex fragilitate vel malitia miſerabiliter lapſos, genua ſua incuruaſſe ante Baal; alij rurſus quorum infirmitas erat vicinis & notis ſuſpecta, fortiter renuerunt ſuſceptionem iuramenti, quando ad punctũ examinis & periculi peruentum erat. *3. Reg 19.*

Cum itaque nemo præſciat quid alius quiſpiam, quidue ipſe data occaſione ſtandi vel cadendi, electurus ſit, mortemne an vitam præferet, iniquum videri poſſet de re incerta certam ſtatuere ſententiam, & de effectu pẽdenti, & deliteſcenti in ſua cauſa, quem nemo hominum, antequam in actum exiret, penetrare aut ſcire potuit, reum facere quenquam, & tanquam reo ſupplicium ei vel carcerale, vel pecuniarium irrogare. Id quod alienum eſt à iudice Deo, qui futura tanquam præſentia intuetur, & alieniſſimum eſſe debet à iudice homine, qui nec intueri quidem illa poteſt, antequam vſu & opere eliciantur. Et quia omnis pœna ſi iuſta eſt, peccati pœna eſt, & ſupplicium nominatur, ſi peccatum adhuc nullum eſt in electo *Solidè reijcitur eius iniquitas.* *Ariſtot. l. 1. perhim.* *Auguſt.*

nullum debet eſſe in eligente ſuppliciū: ſic à maioribus inſtitutum, vt ſi antiſtent delicta pœnæ ſequerētur. Sed cōtra hanc regulā manifeſtiſſimæ veritatis, ſummo rigore iuris, quæ ſumma iniuria eſſe ſolet, in Camera & Curia notum eſt & peruulgatum, his proximè elapſis terminis à Prorege & Regalibus actitatum fuiſſe.

Tacitus.

SECVNDA OBSERVATIO.

De Magiſtratibus collatiuis & quibus conferantur.

NEque enim ſatis eſſe putant omnes magiſtratus & officia, quorū conceſſio pertinet ad ipſum Regem, illis ſolis conferre quorum mentes habent obæratas, & animas omnibus ſuis conſilijs & propoſitionibus obnoxias; qui inſtar Protei, omnem, præter albedinem, colorem ſibi induunt; homines qui circumferuntur omni vento doctrinæ; &, vt præſenti ſcenæ ſeruiāt

Epheſ. 4. v. 14.

cœno errorum ſe coinquinant, hi rutilant gemmis & auro, volitant in auras, & de byſſo in abyſſum voluuntur, crepant minas,& increpant miſeros Catholicos,præfecturas honorarias accipiunt; cuſtodes arcium & portuum, ductores Ordinum, Bellonæ & Mineruæ, pariter alumni, Vicecomites agrarij, ſtipendiarij, Mareſchalli, procuratores conſtituuntur. Iſta vtcunque diſſimulari poſſunt,ſed quod illa officia & præfecturæ vrbium & oppidorum, illæ municipales præpoſituræ, quæ ante homines natos, & ab omni æuo deferebantur ab ipſis communitatibus, & ſuis ciuibus ac municipibus deferebantur, iam, rotâ conuersâ, denegantur hominibus ingenuis, idoneis, exploratæ fidei & honeſtatis, quibus nihil obijci poteſt præter conſcientiæ teneritudinem, & religionis conſtantiam; vt his exauctoratis, ſufficiantur alieni,incogniti,& indotati, quibus aliquando nec cenſus, nec fundus vnus, nec vſus aut neceſſitudo eſt in illis vrbibus, oppidis, aut municipijs, quorum regimini præficiuntur: hoc ipſas mentes cruciat intuentium ciuium & fidelium ſubditorum, quòd tali-

Epheſ. 4. v. 14.

Diſcrimē inter municipales & collatiuas præfecturas.

bus pateant vrbanæ dignitates, à quibus procliue eſt ipſas vrbes euerti,& earum libertates & priuilegia peſſundari.

Termini iudiciorũ ſolemnes in arce imperij.

Et cum iſta quam attentiſſimè pertractentur omni tempore à Prorege & iis qui proximè illi aſſident; maiori tamen opportunitate & ſolicitudine diſceptantur & diſponuntur, recurrentibus illis quos iam dixi quatuor anni terminis, vertente autumno & hyeme, verno etiam & æſtiuo tempore. His enim Stationibus anni, ex omnibus Regni partibus in illa vrbe politiæ metropoli, maxima eſt frequentia populorum, per quos circumquaque feratur terror & formido eorum, quæ intentantur & fiunt contra profeſſionem orthodoxam.

TERTIA OBSERVATIO.

De prouinciis & prouincialium Catholicorum grauamine per vicecomites, & Iuſticiarios.

NAM cum ſint quatuor primariæ huius Regni prouinciæ 1. Lagenia ad Orientẽ ſita; 2. Conacia ad Occidẽtem; 3. Momonia ad Auſtrum; & ad

Aquilonem 4. Vltonia; in quarum meditullio, ex omnibus aliquid deriuans, & omnibus ſe communicans poſita eſt Media, ſumpto nomine ſecundum rem, ſatis aptè & appoſitè; ſingulæ rurſus prouinciæ diuiduntur in certas portiones ſeu tractus quos Comitatus vocant; & illi rurſus in Baronias. Lagenia continet 8. Comitatus. Conacia 6. Momonia 7. Vltonia 10. Media 2. Singulis Comitatibus datur annuus magiſtratus, quem Vicecomitem vocant; habet ille Subuicecomitem, Accenſos, & Baliuos ſuos, & manipulum armatorum ad manum, vt imperata ſedulò exequantur. Tenet Vicecomes quo voluerit die, ſua fora ſparſim per Comitatum, ad quæ circumuicini pagi, ſi qua ſit lis vel querela, venire debēt: conuocat & celebriorem conuentum quolibet trimeſtri, in quo Irenarchæ, ſeu Iuſticiarij pacis in illo comitatu ſedent pro tribunali; & cōſtitutis iuratis quæſitoribus, inquirunt de alijs criminibus & præuaricationibus, tum vel maximè de recuſantiâ Catholicorum; conficiunt miniſtri ſuos codices, in quibus eorum nomina conſcribuntur, qui diebus feſtis & dominicis

Conuētus trimeſtres in ſingulis Comitatibus.

Digitized by Google

abſunt ab Eccleſia, illorum vt de ſua abſentia rei & noxij comperiantur à quæſitoribus.

Noua techna conſcribendi iuratos, vt circũſcribantur Catholici.

Et quia hactenus iurati illi plerumque Catholici, conſulentes integritati ſuæ, & incolumitati proximorum, noluerũt traducere ſuæ fidei comproſeſſores, eorumue cauſam grauando, onerare conſcientiam ſuam; quod ne impunè illis ſit (vt antea dictum eſt) patiuntur libertatis ſuæ & bonorum diſpendium; neue cæteri impunitatem conſequantur ex iſta iuratorum Catholicorum taciturnitate, inuentum eſt artificium aggregandi ad numerum iuratorum tot proteſtantes, qui ſufficiant ad ſententiam, quam veredictum vocant, proferendam. Atque hac techna præſentati iam ſunt innumeri ex plebe, qui vel hæreticorum Eccleſias adire, vel vxorem, liberos, familiam, domicilium deſerere ex pura penuria neceſſe habebunt.

Vide plura de his infrà obſer. 12.

Digitized by Google

QVARTA OBSERVATIO.

De Semeſtri iudiciorum agitatione, & in ijſdem vexatione Catholicorum.

VLTRA hos trimeſtres Iuſticiariorum conuẽtus, ſunt & alij multò ſolenniores in ſingulis comitatibus conſeſſus Iuſticiariorum itinerantium, (ſic enim appellãtur) qui nutu Proregis, & intimi Senatus deſignantur quolibet ſemeſtri, ad circuitus iuridicos per vniuerſum Regnum conficiendos: hi inter alia iuriſdictioni ſuę & indagini cõmiſſa, ſolerter inquirunt in mores Catholicorum, & quæſitoribus iuratis de more ſolito, ſeuerè & ſeriò denunciant, vt recuſantes prodant, offerantq; caſtigandos iuxta editas ſanctiones: id verò ni fècerint, vel incunctanter eodem in loco mulctantur ipſi; vel nexu & cautione ſufficienti data obligãtur ſe coram Prorege ſiſtere, vt grauiorem ab ipſo cenſuram accipiant. Quòd ſiqui fortè elapſi ſunt vrbani præfecti, qui obliuione aliquâ aut conniuentiâ eorum qui pręſunt, prætermiſſi erant in exigendo iuramen-

to, iam vocantur ad calculos, & quod iurare prętergreſſi eſſent dum magiſtratum inirent, ac nihilominus iniurati exercerent iuriſdictionem pro veteri inſtituto, expiare debent omiſſionem eius quod non exigebatur, abdicatione officij, mulctâ nummariâ, & incarceratione, ad Proregis arbitrium.

QVINTA OBSERVATIO.

De inquiſitione & punitione Catholicorum per clerum heterodoxum.

EST & alia valde oneroſa inquiſitio quam clerus heterodoxus, Epiſcopi, eorumque Officiales, in ſingulis diœceſibus pro ſuo arbitratu inſtruūt. Suos enim ipſi è qualibet parochia deligūt inquiſitores, qui delicta ad iudicem Eccleſiaſticum pertinentia inueſtigēt, de cauſis matrimonialibus, beneficialibus, teſtamentarijs, de decimis, de pijs legatis, & alijs diſpoſitionibus iuris canonici, ſeu etiam fori mixti criminibus; de baptiſmo infantiū, de ſolemnitate matrimonij, de ſepultura, de cultu diuino eiuſque frequentatione, de cenſurarū inſor-

deſcẽtia & alijs pluribus fori Eccleſiaſtici cognitionibus. Miſerè autem expilãt noſtros iſtæ Harpyiæ, nec parẽtes ſolũ ſed patrinos etiam Catholicos mulctãt quoties à Catholico ſacerdote factam intelligunt initiationem.

Habent illi per analogiam Prælati, ſua examina & inquiſitiones, habẽt ſuas ſynodicas cõteſſerationes, Archidiaconi & Epiſcopi annuas viſitationes, Archiepiſcopi triennales: ſed deficiũt ſcrutantes ſcrutinio, & multifariã deficiunt, dum inter alios abuſus, ſibi laicos in officio viſitandi ſurrogant; quod fecit elapſo anno Dublinenſis Antiſtes Equiti aurato ſuas vices delegando, vt Archiepiſcopalem obiret trieteridem. *Laica viſitatio cleri.*

Non eſt vbique Officialium & miniſtrorum par multitudo, & ſeueritas in hoc Regno; alij enim alibi indulgentiores ſunt & leniores erga noſtros, & contenti ſuis ſtipendijs, prouẽtibus, & emolumentis, conniuent parochianis Catholicis vt iuxta ſuum inſtitutum pacificè viuant, & Sacramenta ſuſcipiant ritu Catholico à Catholicis presbyteris, qui in abditis receſſibus vitam quodammodo precariam trahunt: alibi verò ita ſe- *Diuerſa vel opportunitas vel indoles aduerſantium Catholici.*

rociunt, vbi numeroſior eſt proteſtantium incolatus, vt pauci illi qui intermixti ſunt indigenæ orthodoxi, expoſiti omnibus iniurijs, contumelijs, & opprobrijs, vel penitus deſtituti ſint vſu ſacrorum, vel ſi quoquo modo ijs vti libeat, multa milliaria conficere debeãt, vt in tranſcurſu potiantur ea, quam deſiderant Sacramentorum miniſtratione.

Deluſa miniſtri hæretici auaritia an. 1616.

Repertus eſt vnus quiſpiam è grege miniſtrorum cum quo non ita pridem paciſci voluit parochianus Catholicus, cuius vxor vicina partui vterum geſtabat, ſi permittat prolem cùm mox edita fuerit, ritu Catholico tingi, daturum ſe illi, pro vexatione redimenda, quinque argenteos quos ægerrimè poſſet homo tenuis & villicanus ſubducere vxori & ſoboli alendæ; negat ille minus vna libra Anglicana accepturum, quæ conficit quadruplum eius quod alter obtulit; cui cum ille ſoluendo non eſſet, prohibere non potuit miniſterium profanum à prole, cum miniſtri inexplebilem auaritiam non poſſet ſatiare; ſed expleto labore cõtentum eſſe iuſſit vno minus argenteo, qui ſi abſiſteret percepturus erat ſeſcuplum; quod ipſum miniſtrum &

vxorculam

vxorculam peſsimè habuit, quia de auro magis quàm de anima angebantur.

SEXTA OBSERVATIO.

De zelo & ſedulitate, Catholicarum fœminarum circa paruulorum baptiſmum &c.

CERNERE eſt aliquando vtero grauidas, quando ſe partui appropinquare ſentiunt, pedeſtres, & ſubinde incomitatas, tenuioris fortunæ fœminas exire ex illis terrirorijs, in quibus non eſt copia rituum Catholicorum, ne cogantur vel ſe, vel fœtum recenter editum contaminare immunditijs hæreticorum; dumque in ipſa quandoque via parturiunt, (inſtar illius qui naſci pro nobis in ſtabulo voluit cùm non habe-ret locum in diuerſorio,) peregrinam & viatricem prolem generant; vt ſint memores hoſpites ſe & peregrinos eſſe, *Luc 2. v. 7.* non autem ciues huius ſæculi, tametſi domeſticos Dei, quando per legitimos miniſtratores ſacræ initiationis chariſma accipiunt, & conſortes facti diuinæ *2. Petr. 1.* naturæ inſeruntur tanquam viua mem-

bra corpori Eccleſiæ. Ipſæ rurſus puerperæ quæ vel nauſeâ, vel debilitate, vel alia quauis infirmitate detentæ, ſeſe ante ſuum puerperium nequiuerunt expedire, vt parerent in locis cognatæ fidei & profeſſionis, quanta poſſunt feſtinatione vbi conualuêre, ſe recipiunt ipſas cū ſobole ad ſacra debitè percipienda; illæ vt purificentur, iſtæ vt abluantur & baptizentur.

Obſeruātia, circa purificationem.

Eadem eſt miſellorum ſedulitas circa confeſſionis & communionis annuæ Sacramenta. Sed & iſtud eſt ſingulare, quanta ſoleant auiditate, & quā longinqua faciant aliquando itinera vt concionibus ſacris interſint; tranſiliunt colles, ſaltus, & nemora; perdius & pernox magno agmine accedit populus, ceu catuli famelici ad micas de menſa Dominorum decidentes, accurrunt ad verbum Dei audiendum; quia panem arctum & aquam breuem facit vicinitas & violentiā alienæ profeſſionis hominum à quibus circumuenti ſunt, & vndequaque circumfuſi.

Cōfeſſionem.

Communionem.

Conciones.

Matth. 15. v. 27.

Eſa. 30. v. 20.

SEPTIMA OBSERVATIO.

De admirando Catholicorum ardore & concurſu ad confirmationem.

NEQVE verò minor eſt deuotio eorum &ſolertia,ſiquando audierint Catholicum Antiſtitem in propinquo eſſe,à quo poſſint Confirmationis munimen accipere: turmatim aduolant equeſtres, pedeſtres, curules; nihil remoratur, nec meſſis, nec ſementis, nec æſtus ſolis in æſtate, nec pluuia vel pruina in hyeme, nulla quamuis ſeria negotia; ſi in domo ſit, perrumpunt ſepta, fores & feneſtras; ſi in agro, implent vias & ſemitas, tanquã præcipites ſe & tumultuantes offerunt conſignandos, vt nec per contubernia diſponi, nec in claſſes redigi, nec à pluribus in hoc paratis aſſiſtentibus in ſeriem aut certum ordinem, ſtandi ſedendiue, reduci poſſit onerosa multitudo. Adeoque ſe effundunt in calles, colles & compita vt aciem eſſe crederes inſtructam ad

Digitized by Google

Spreto Antiſtitis & proprio periculo. prælium: accurrit hinc mater pluribus onuſta prolibus; inde pater aut famulus non paucioribus oneratus; illinc iumentum in quo vehitur paruulorum manipulus; irrepunt, irruunt certatim ad ſacrum ſignaculum; contemnentes periculum ſuum, contemnentes & diſcrimen Epiſcopi; ſi vel ipſe vel ipſi comprehendantur ab aduerſarijs noſtræ Religionis; *Inde captus Cornelius martyr.* quemadmodum iam paucis retro annis pius & venerabilis Cornelius martyr Dunenſis Antiſtes in ſimili opere deprehenſus dicitur: & cum ſint tam numeroſi, tam zeloſi, tam ardentes, cum rebelles Numini eſſe nolint, *Iob 24. v. 13.* fugiunt tamen cauentque rebellionem erga Principem.

OCTAVA OBSERVATIO.

Conſideratio digniſsima circa Hibernorum conſtantiam nouiſsimis his temporibus.

QVIS crederet iſtam pietatem tamdiu vigere potuiſſe in natione tātopere exagitata, à ſupremæ Dominationis & aduerſæ profeſſionis hominibus, in ſæculo potentibus, hæreſi flammantibus, opibus, viribus, copijs circumfluentibus, nihil non tentantibus vt iſtum in noſtris igniculum extinguerent? quis in animum induceret, gentem tam laceram, tam diſciſſam, tam exarmatam & exanimatam, tam deiectam, inopem, tam mente conſternatam, & viribus protritam, potuiſſe hucvſque exerere vim & viuacem ſpiritum ſuæ fidei contra tot inſultus & molitiones aduerſantium ſibi poteſtatum, *contra tela nequiſsimi ignea, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*, niſi cœleſti adiutorio erigeret Deus, & eligeret infirma mundi vt fortia confunderet. Epheſ. 6. v. 11.

Sub Prorege Arth. Ciceſtrio.

Alibi explicata ſunt in ſacris Analectis quæ & quanta conamina adhibuerit defunctus Prorex Arth. Ciceſtrius pro ſupplantanda Religione Catholica, pro explantandis veteribus inquilinis, pro introducendis nouis colonis, vt cum ipſis nouorum dogmatum fundamenta firmiter ponerentur; quo defungente ſuo officio, & in Angliam concedente, per modum interregni ſubſtitutus eſt in Gubernarchiam Cancellarius Regni cum primario iudice ſiue Iuſtitiario Ioanne Denham; quos clarum eſt nihil remiſiſſe de induſtria vel ſolertia ſui anteceſſoris, ſed magis adiunxiſſe quædam additamenta ingenij & laboris ſui ad priora grauamina quibus impetebantur Catholici in iudicio & extra iudicium, quo reddebatur eorum cauſa deploratior.

Sub Iuſticiarijs Tho. Iohẽs Canc. & Iohanne Denham primario Iudice.

Et per eoſdẽ vexatio.

Breuis erat eorum gubernatio, ſeptem circiter menſibus circumſcripta; ſed tantillo tempore non interquieuit Orthodoxorum vexatio; Magiſtratus vrbani ex diuerſis Regni partibus Dublinum accerſiti ſunt, & de conſcientia interpellati, de iuramento non præſtito interrogati, ac ciuicæ adminiſtra-

tionis rei habiti, quòd auſi fuiſſent iniurati exercere iuriſdictionem; tametſi illi pro ſe allegarent quòd antiquo & conſueto iureiurando, ex veteri & recepta formula Codicibus municipalibus inſcriptâ, in ſua inauguratione ſeſe obſtrinxerint; non proinde tamen ſatisfactum Regis imperio & voluntati, vnde tam electi, quam electores ex ſententia Iudicum, pœnam quæ infligebatur perferre debebant tam carcere quam crumenâ.

NONA OBSERVATIO.

De Catholicis agrarijs tam Plebeis quam Domicellis, eorumque in Angliam traiectu & ſupplicatione ad Regem.

PROFECTVM iam in Angliam Ciceſtrium inſecuta eſt turba multa Agrariorum, ex varijs Regni prouincijs, Plebei plurimi cum nonnullis Domicellis ex inferiori Lagenia, Coghla-

Digitized by Google

nia, Carolia, Analia, Brenia & aliunde, alij è terris ſuis eiecti, alij eiectionem timentes, omnes exterriti, ne fraude vel prudentiâ politicorum circumuenti, vel viribus & potentia competitorum oppreſſi, cogerentur perpetuò carere auitis ſuis fundis & hæreditatibus; Regi ſupplicant, ne miſerorum gemitus & ſuſpiria deſpiciat, neue eorum tenuitatem, inertiam & infantiam obrui patiatur eloquentiâ, gratiâ, & opibus ſuorum aduerſariorum. Petebant ſibi dari aduocatos forenſes & iuriſconſultos, qui cauſam ipſorum iuridicè agerent; id verò negabatur; exponebant vt poterant eiecti ſucceſſiuam poſſeſſionem, tot annorum pacificam præſcriptionem, hominij facti, & cenſus ſoluti acceptationem, alioſque iuris ſui titulos quo valebant meliori modo homines militares, non tam in foro aut curia, quàm in armis & agris educati. Poſtulabant iuſtitiam, æquitatem, clementiam; iuſtitiam ne opprimantur iniquè, æquitatem ne deferantur indefenſi, clementiam & miſerationem, ne ipſi, vxores, liberi & familiæ proſcribantur proſti-

Iuridica defenſio eis negata.

Petitio eiectorũ vel eijciendorum æquiſſima

tuanturque.

Qui verò non dum eiecti, ſed de eiectione periclitabantur; alij ſua ſeruitia, ſudores, cicatrices, pro honore principis, pro defenſione patriæ, pro iuris ſui retentione proponebant; ſuum illum ſuorumque ſanguinem profuſum aſſerebant alia meliori mercede, quàm diſceptatione vel confiſcatione hæreditatis remunerandum fuiſſe; alij aliud patrocinium quærebant, prout quiſque amicitiam, & fauorem, vel muneribus emereri, vel obſequio conſequi, vel partitione agrorum, vel clientelâ, affinitate, alijſque officijs aut titulis conquirere poterat. Nonnulli erant, quibus ſpes facta fuit obtinendi quod petebant, tãtummodo vt ſe accommodarent Regis volũtati in negotio Religionis: nec deerant ex intimo Regis Concilio, qui dulci alloquio & pollicitatione pertentabant animos quorundam, ſi fortè eos ſuâ auctoritate permouere poſſent, & pertrahere ad conformitatem.

Sed quoniam ipſis qui in Angliam abiuerant incertum eſt quid tandem de iſta plantatione fiet, quia multa indies dicuntur, multa etiam deteguntur in-

Plantationis agraria incertus exitus. vide obſer. 23.

commoda; multæ quæſtiones exoriuntur circa Regis diplomata & codicillos, circa legum apices, circa moderamen æquitatis adhibendum, hinc antiquis incolis, inde pugnantibus nouis colonis, vtriſque pro ſe diuerſimodè ſolicitantibus, relictis in ambiguo quæ ſunt ambigua, quia nondum conſtat quis futurus ſit ſolicitationis exitus, ad aliam illam tranſibo ſolicitudinem, quæ non minus afficit, & ad plures peruenit, quippe ad omnes Hiberniæ regiones & regiunculas ſe diffundit anxietas & formido moleſtiarum, quæ omnibus Catholicis vbique & ſemper impendent, nunc acrius nunc remiſſius pro arbitrio eorum quibus conceſſum eſt & ius & norma regendi: huius verò vexationis vnica ſcaturigo eſt diuerſitas Religionis.

Digitized by Google

VNDECIMA OBSERVATIO.

Tangit diſcrimen regiminis SinIohan. & Ciceſtrii Proreg. & diuerſus vtriuſque ſcopus vexandi Catholicos ſignatur.

HOc diſcriminis obſeruatum eſt, inter defunctum ac præſentem Proregem, & vtriuſque regimen intereſſe, quòd ille omnem lapidem mouere viſus ſit, vt plantationem promoueret, & nouum incolatum à ſe ductum perduceret ad ſtabilitatem, nec de religione, poſt primos inſultus iam irritos niſi ſecundariò & reſultiuè curabat: hic verò omnem machinam adhibere velle videtur vt ſupplantationem fidei conſummet, eiuſque conſummationem honorarijs ſuis laureis velut victoriã lemniſcatam velit attexere; nec tam ſitienter inhiat fundis ſubditorum intercipiendis quam fidei euertendæ. Illius ergo ſcopus primarius fuit ſic omnia cõplanare & complantare nouis colonijs, vt ex conſequenti, & per neceſſariam

ſequelam, nouus ille Dei cultus, & noua profeſſio quam Rex appetit, & corroborari præcipit, apprehenderetur & approbaretur: huius autem primaria intentio, vt apparet, eò fertur, vt noua fides ſtabiliatur, nec ſuſceptum ab anteceſſore plantationis negotium alio magis intuitu amplectitur, quàm vt ſeruiat extirpandæ Religioni Catholicæ, & firmandæ complantationi nouorum dogmatum. Ille ſuam exiſtimationem & honorem in aula oppignorauit, vt iſtud effectui daret; hic verò bonam de ſe opinionem concitatam ſuis tueri nititur & ſuſtinere apud Regem, vt hoc alterũ quod Rex ardentiſſimè expetit, quàm efficaciſſimè mandet executioni.

DVODECIMA OBSERVATIO.

De primo motore, primoque mobili grauaminis Catholicorum.

CVM autem Rex ipſe ſit primus motor, & Prorex noſtrum primũ mobile; Cantuarienſis primus monitor; Cancellarius verò & Antiſtites Hi-

berniæ, ſecundi quaſi ordinis commonitores, vel monitorum illius præcones & executores; ſi primus motor, primumque mobile, primarius monitor, & commonentes in eandem partem vim ſuam imprimant, quàm ægrè huic impreſſioni reſiſtent orbes inferiores? ſi Rex ſolus ſuo motu primo, & principali monitu præiret, multum id eſſet ad raptum cæterorum orbium, (quippe omnes ſubditi ſolent æmulari principis vitam, vt verè ab Herodiano obſeruatum eſt) ſed cum omnes illæ motrices energiæ, nullâ prorſus exemptâ, ferantur impetu in idem latus, & in aduerſam nobis profeſſionem, vnaque omnes cõſenſione rapiantur in obliquum nobis curſum, & contrariam noſtræ fidei progreſſionem, quantò vnitior & fortior eorum impreſſio, tantò difficilior erit renitentia, & renitentium propinquior interitus. Cæterũ, toto iſto nixu quem adhibent, cum è ſuis triarijs nonnullos amittant, qui ad caſtra Catholicorum liberè confugiunt, vix vllos è noſtris acquirunt nouos transfugas, quos ſuæ valeant ſectæ veraciter aggregare.

In præfat. ad vitam M. Antonini.

Digitized by Google

XIII. OBSERVATIO

De Sin Iohãnis Proregis aduētu; & facibus ei ſubditis ad perſequendum Catholicos.

ACcepit Prorex noſter Oliuerius Sin Iohãnis ſuum diploma, & cum diplomate ſpecialia monita & mandata de religione, de regimine ciuili, de modo & normâ adminiſtrationis; & quãquam multa iſtorum nobis incomperta ſint, cum ſint in arcano pectoris ipſius abdita; ex indicijs tamen quibuſdam quæ ſe exerunt, & ſcintillis quæ ex officinâ emicant per malleum & incudem, colligimus ignem viuere, non iam cineri doloſo ſuppoſitum, ſed expoſitum vento & flabellis, vt ardeat magis & exurat,

Succenſus ad hoc ex Sermone Regis antequam veniſſet ex Anglia.

Antequam ex Anglia receſſiſſet Hiberniam verſus, oleum camino additum eſt ex publico Regis ſermone, quem habuit cum magno apparatu, & applauſu in camera ſtellata 20. Iunij hoc ipſo anno. Et cum illa eſſent prima eius auſpicia, primaque ſermocinatio in illo

tribunali, iam anno 14. Regni eius exeunte, magno rerum & verborum delectu ſilentium illud ſuum pluſquam Pythagoricum abrumpendi tempus ſibi datum ratus, poſtquam de rebus alijs diſſeruiſſet deſumpto themate ex Pſal. 71. *Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis*; Theologando primum, deindè Philoſophando, diuidendo, definiendo, diſtinguendo, inſtruendoque ſuos Iudices, quorum officium eſt ius dicere, ſuum verò ius dare, tandem ſe ad illos ſeriò conuertens in hæc verba proloquitur.

Verba Regis in Camera ſtellata fol. 23.

„ Et quemadmodum ſermonem exorſus ſum implendo prouerbium, *à Ioue principium*, ita incipiam hanc curam quam debetis dare Iuſticiarijs de rebus Eccleſiaſticis; Deus enim omne bonum cœptum eò magis prouehet, quod ipſe eiuſque Eccleſia primo loco ponantur. Quod iam dicturus ſum, pertinet ad Recuſantes & Papiſtas. Nunquam regreſſi eſtis ab illo circuitu, quin ex ratione per vos mihi reddita, & magnum ſolatium, & magnum dolorem conceperim; ſolatium quidem cum intelligerem numerum Recuſantium in quibuſdam cir-

,, cuitibus eſſe diminutum; Dolorem ve-
,, rò cordis & animæ intimum, cum au-
,, dirẽ numerum Recuſantium in alijs eſſe
,, circuitibus auctum. Proteſtor vobis ni-
,, hil eſſe in hoc vniuerſo quod æquè me
,, cruciare queat, ac defectio hominum à
,, Religione in diebus meis: Neque aliud
,, me adeo exhilarat, ac Religionis ſub me
,, incrementum. Deus eſt mihi teſtis, nihil
,, loquor ex inani gloriâ, ſed rurſus dico
,, cor meum dolet, cum audio Recuſan-
,, tes creſcere: Itaque præcipio vobis iu-
,, dices, vt quemadmodum ego, ita &
,, vos hoc cordi ſumatis & præueniatis, vt
,, poteſtis, meque meis ſubditis talem fa-
,, cite notum, qualis reuera ſum.

,, Tria ſunt Recuſantium genera: primũ
,, eſt eorum qui quoad ſeipſos nolunt eſſe
,, Recuſantes; vxores verò & familiæ ſũt:
,, & ipſi Eccleſias non adeunt niſi fortè
,, ſemel aut iterum in anno, idque coacti
,, metu legis, aut pro forma ſolummodo.
,, Hi poſſunt eſſe formales quoad legem,
,, ſed quoad Deum perfidiores quàm
,, alij.

,, Secundum genus eſt illorum qui ſunt
,, Recuſantes, & habẽt ſuas conſcientias
,, ſeductas, & renuunt adire Eccleſias; de

cætero

Digitized by Google

cætero autem viuunt vt pacifici ſubditi.

Tertium genus eſt practicorum Recuſantium; hi compellunt omnes ſuos famulos vt cum ipſis ſint etiam Recusãtes; Nec patientur ſuos tenentes, quin fiant Recuſantes: & vicini ſi velint cũ eis in pace viuere, debent eſſe Recuſantes. Hos indagare poteſtis vt vulpem ex tetro odore qui ſpargitur circa ipſius foueam. Hæc magna ſuperbia & præſumptio eſt, quòd hi pro quorum animabus debeo ego rationem Deo reddere, & qui potiuntur vita & libertate ſub me, non ſolum ipſi erunt Recuſantes, ſed etiam inficiunt, & poſt ſe alios pertrahunt. Vt iam dixeram in domo Parlamenti; poſſum diligere perſonam Papiſtæ, qui alioqui vir bonus ſit, & honeſtè educatus, aliam religionem nunquam imbiberit; odi tamen perſonam Apoſtatæ Papiſtæ: & ſanè quod attinet ad Polypragmaticos Papiſtas, vellem excogitaretis pro ipſis ſeuerũ aliquod ſupplicium: quippe qui non ſolum in cordibus ſuis contagionem fouent, ſed etiam in alios, bonos ſubditos noſtros eandem infundunt.

„ Et quod de Recuſantibus dico, idem
„ etiam de Presbyteris ſentio: fateor me,
„ non libenter ſuſpendere Presbyterum
„ pro ſola religione aut celebratione miſ-
„ ſæ: ſed ſi recuſet iuramentum fidelitatis,
„ quod (quamuis Papa, & omnes inferni
„ dœmones obſtrepant) tamen merè ci-
„ uile eſt, prout ex meo libro & aliunde
„ ſcire poteſtis; qui ſic recuſant iuramen-
„ tum, & ſunt polypragmatici Recuſan-
„ tes, hos relinquo legi: perſecutio non
„ eſt, ſed bona iuſtitia. Et illi etiam Pres-
„ byteri qui ex mea gratia & indulgentia
„ permiſſi ſunt exire è carcere, & proſcri-
„ pti ſunt ſub conditione ne amplius re-
„ uertantur, nihil me de ipſis interroge-
„ tis; auferte illos hinc in malam rem, nec
„ amplius quidquam de illis audiam. Et il-
„ lis adiungo effractores carcerum; quos
„ enim carceres non poſſunt continere,
„ clarum eſt nulla re alia quàm ſuſpendio
„ contineri poſſe. Tales nullo modo mar-
„ tyres ſunt, qui refugiunt pro conſcien-
„ tia pati: Paulus tametſi oſtia paterent,
„ egredi tamen noluit: Et Petrus non an-
„ tè egreſſus eſt è carcere quam ab angelo
„ Dei duceretur. Hi verò exire volunt etiã
„ cum angelo tenebrarum. Iniunxeram

Archiepiſcopo Cantuarienſi & Epiſco- »
pi Londinenſi pro diſtinctione facienda »
&c, graduum presbyterorum, & quan- »
do mihi rationem illi reddiderint, tunc »
aliud vobis præcipiam circa ipſos, &c. »

Hucuſque ſunt verba Regis fideliter ex Anglico exemplari impreſſo, in latinum traducta: per quorum tenorem ſatis innoteſcit animus ipſius erga noſtræ religionis cultores; quę ille ſpicula, quàm acria, quàm amentata vibrat in noſtrum iugulum.

Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet.

XIIII. OBSERVATIO.

Quando, & quomodo creatur Prorex SinIohannis.

HIs ipſis diebus gladius iuſtitiæ dãdus erat in manus Proregis, in cuius capulo quæ alia verior inſcriptio credetur inciſa, quàm vt eius aciem vertat in ceruices eorum qui Regis voluntati reluctantur.

Aduectus ille in Hiberniam mox inuehitur in Catholicos; incuſat nimiam

Digitized by Google

ſocordiam & lenitatem illorum qui cū imperio præerant, quòd non vehementius inſecuti fuerint Catholicos Sacerdotes eorumque receptatores; quòd nō grauius oneràſſent Catholicos magiſtratus eorumque electores; quòd non ſeuerius caſtigâſſent iuratos quæſitores, qui præſentare recusârunt; circumtuli,
» inquit, oculorum aciem per omnem vſ-
» quequaque partem, nec vllam inuenio
» cauſam quare ſubditi ita obnituntur ſuo
» Principi eiuſque imperata facere detre-
» ctant: circumferam iam aciem meæ po-
» teſtatis, quam in omnes diſtringam ſine
» diſcrimine; à ſummo ad infimum ſin-
» guli ſentient Regis indignationem &
» meam niſi pareant mandatis: quidquid
» leges tulerint, quidquid prærogatiua,
» totum exeram in iſtos refractarios vt
» confundantur vel contundantur.

Qualiter, quam ſtrenuè exequitur officium in Catholicos.

verba Proregis

Expediuntur lictores armati, qui perquirant eminentiores & opulentiores ex ciuibus Dublinen. ex quibus alij capti ſunt; alij aufugiunt: damnum ad nonnullos, terror ad omnes peruenit. Mittuntur cum ampliſſimis mandatis præfecti, quos Mariſchallos vocant, in diuerſas prouincias, vt comprehendant

Satellites & lictores emiſſi cōtra Catholicos. Mariſchalli &c.

ſacerdotes; ſinguli inſtructi ſatis equitatu & peditatu idoneo, qui volitant & velitantur, depaſcentes patriam per vicos & pagos, & vix eſt qui contrà audeat hiſcere. *Facti ſunt quaſi laqueus ſpeculationi & quaſi rete expanſum ſuper Thabor*: ſed heu miſeriam inueteratam. Nam ſicut Ieroboam poſtquam in Bethoron erexiſſet vitulos aureos, ad montem Thabor, & Miſpa, & Maſphat, (quæ loca rectâ viâ ducebant verſus Ieruſalem) armatos milites in inſidijs poſuit, vt Iſraelitas Ieroſolyma ituros diuerterent, vulnerarent, caperentue: ſic puta factum ab Henrico 8. in erectione ſui Primatus. *Oſe. 5.*

Sicut boni Principis vita, inquit Hegeſippus, probitatis quædam præſcriptio, & per vniuerſos viuendi forma eſt: ita Imperatoris colluuio lex flagitiorum eſt. *Lib. 2. de excid. Ieroſol. c. 5.*

--- Nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent vt vita regentis. *Claudianus.*

Ex iſta proh dolor, cloaca impuritatis Henrici deriuantur hæc pœnarum fluenta, quæ nunc cogimur epotare, ni- *Eſa. 11. v. 3.*

Digitized by Google

ſi velimus (quod abſit) expuere latices ſalutares, quos hauſimus in gaudiò de fontibus Saluatoris.

Minæ & mandata.

Ad terrorem cæterorum voce præconis legitur publicè in domo ciuica Dublinenſi, Commiſſio ſiue mandatum Ioannis Boyni præcipui in Lagenia Mareſchalli, cui ampla poteſtas eſt in omnes Orthodoxos Sacerdotes inquirendos, prehendendos incarcerandos; facta eſt alibi ſpecie inquiſitionis irruptio in ædes, & ex irruptione ſecutum eſt inibi ſpoliatium: alibi comprehenſus cũ ſacra Sarcina Sacerdos, iſque regularis in cuſtodiam eſt traditus; alibi alius non regularis in comitatu ſeu accubitu ad menſam cuiuſdam Nobilis captus; vterque in carcerem incluſus; & laïcus quidem poſt aliquot mẽſium, recluſionem grandi ære mulctatus & dimiſſus eſt, alter adhuc tenetur captiuus.

Caſtelli. *KilKenia.* *Dublini.*

Conuocati ſunt Dublinũ omnes per vniuerſũ Regnũ prętenſi Archiepiſcopi & Epiſcopi, cum alijs primarijs de ipſorum clero, ad conſultandum inter alia, de vijs & modis quibus ipſi cum effectu valeant auctoritate Eccleſiaſticâ

Conuocatio Antiſtitum à Prorege facta ad conſultãdum in Catholicos.

vti, & cenſuras in contumaces, (ita illi appellitant conſtantes Catholicos) diſtringere. Tandem ipſe Prorex cum intimo Senatu attentiſſimè agitat, quibus gradibus & paſſibus poſſent veros Iſraelitas prohibere ab ingreſſu Ieroſolymorum, & ſacrorum quibus aſſueſcunt conſortio. Et quia quæſitores Catholicos hactenus corrumpere non potuerũt, pro maiori parte quanquam mulctis exhauſtos & carceribus fatigatos; iam moliti ſunt ex reſperſis inter Catholicos Anglis Proteſtantibus iuratorem numerum ita explere, vt cum illos iſti enormiter exceſſerint, veredictum ipſi conficiant, & Catholicos præſentent. Hoc artificio nuperrimè preſentati ſunt in ſolo comitatu Medenſi bis mille circiter Catholici in vno trimeſtri, in Dublinenſi, Darenſi & alibi paſſim etiã ſimili techna confecta eſt præſentatio; ex qua aperitur lata porta puniendi & depauperandi miſeros vicanos, alioſque victitantes ex denario diurno; vt iſtis cõcuſſis hoc ariete ad validiores quatiendos liberior ſit aditus.

Noua industria corrumpendi quæsitores iuratos & per eos præsensentandi Catholicos. Vide ſup. obſer. 4. 1616.

His exagitationibus, & exactora-

tioni Catholicorum Magiſtratuum, quorum etiamnum nonnulli ex primarijs vrbibus & oppidis captiui in arce Dublinenſi detinentur, aliæ accedunt ſuggeſtiones, nimium quantum noxiæ, quibus ſi Princeps aurem præbeat, non mediocre negotium faceſſet miſeris Catholicis.

XV. OBSERVATIO.

De mixtis adinuentionibus & circumuentionibus in fide, & fundis Catholicorum.

LIBET hîc intexere ex ſchedis repertis in armario defuncti Proregis fragmentum cuiuſdam inuentionis & methodi, quæ conſcripta eſt pro directione regiminis in Hibernia, vt plantatio ſuccedat & benè corroboretur, fides verò Catholica ſtirpitus euertatur. Sic autem incipit.

Quædam Regulæ obſeruandæ pro bono Regni Hiberniæ.

PRIMO valde cõueniet omnia ter- »
ritoria in Longford, Lietrom, & Co- »
mitatu Regis eo modo plãtari, quo plã- »
tata eſt Vltonia: nẽpe vt ſola tertia pars »
indigenis; reliquæ verò duæ Britanni- »
cis attribuantur. Iſta territoria conter- »
mina ſunt Vltoniæ; iacẽt verò in Lage- »
nia & Conacia, vbi hoc tempore Prote- »
ſtantes ſunt numero pauciſſimi inter »
omnes Hiberniæ partes. Vnde noua hęc »
plantatio non ſolum veterem muniet, »
ſed etiam vires & neruos accîdet reli- »
gioni Papiſticæ in duabꝰ prouincijs La- »
geniæ & Conaciæ. Quòd ſi Regia Ma- »
jeſtas, (prout audio) bonum titulum ha- »
beat ad Comitatus de Sligo & Maio, qui »
inter iſtam plantationem & mare inter- »
iacent, operæpretium eſſet, poſtquam il- »
li tractus benè diſponerentur, etiã iſtos »
ſimili modo plantari, & quicunque ibi- »
dem terras acciperet, annuum cenſum »
penderet per quinquennij ſpatium pro »
muniendo & extruendo bono oppido »

Regula politica Arthuri Ciceſtrij, ſiue alterius poli-pragmatici ſuggeſtoris.

1. Suggeſtio politica.

apud Sligo, illud verò incolendum eſſet
" à viginti trib' Britãnicis Proteſtãtibus.
" Quod facilè fieret ſi Regia Maieſtas nõ
" exigeret in primo ingreſſu magnũ cenſũ
" ex illis terris; & redditus ſoluendi mul-
" tùm creſcerent quando ex qualibet mẽ-
" ſura mille iugerorũ perciperet quotan-
" nis 10. libras. In iſtis plantationibus val-
" de expediet animari omnes qui volent
" cõuerti ad fidẽ Proteſtanticã, vt tanquã
" liberi Tenentes, & conductores admit-
" tantur ſub Britannicis ſuſceptoribus.
" Multos enim ex ipſis audiui dicere, ſi
" religionem mutent, non audere eos am-
" pli' inter ſuos populares viuere; id quod
" arguit præcipuos dominos, cum pres-
" byteris, conſpirare contra hos qui con-
" uertuntur, vt eos iniurijs laceſſant. Cu-
" ra inſuper adhibenda erit ne terræ illæ
" tranſcribãtur in ius alicuius priuati; quia
" ſi ſuccedant iſtæ duæ plantationes, con-
" ficient plenam & perfectam expugna-
" tionem gentis Hibernicæ; tunc verò
" ſpes aliqua ſuberit eos, abſtrahendi à ſuo
" papiſmo & barbariſmo (, quæ duo ſẽper
" confœderãtur. Nam Papa fatetur igno-
" rantiam eſſe matrem deuotionis; ita ſa-
" nè Papiſticæ deuotionis, quiſquis enim

Nota malignitatem politici metatoris.

ignarus eſt, nec verè deuotus nec vrbanus erit. "1. Obiectio.

Qui contra hanc plantationem obijciunt, primò quærunt quid fiet de popello inibi habitante? Cui obiectioni reſpōderi poteſt, ſex ſolummodo eſſe primarios Dominos iſtorum territoriorū quæ modo plantanda veniunt; iſti verò ſic dominantur in cæteros, vt cum ex ipſis aliqui bonum terrarum diſtrictum proprio teneant dominio, tamen ſubiacent his Dominis ferè inſtar mancipiorum vt non auſint ipſis renuentibus, ſe conformare noſtro inſtituto, ſiue in religione, ſiue in moribus. Atque ex tertia parte certò ſcio poſſe, prouideri cētum hominibus, qui melius quàm antea viuere poterūt. Etenim ruſtici illius patriæ ne vnum fundum proprio iure, vel ad vnum annum poſſidebant: ex quibus tamen maior pars tenentes eſſe poterunt indigenarum, quibus terræ aſſignabuntur: cæteri ſortientur ſibi habitationem vel in gleba Eccleſiaſtica; vel in fundis ſtipendiariorum ac ſeruitorū; vel certè diſtribui poſsūt in diuerſa municipia, quæ illi, erigenda ſunt; atque ita ad ciuile inſtitutum & induſtriam tradu- "Reſponſio.

» ci poſſunt, qui modo otioſam & incul-
» tam vitam tranſigunt,

2. Obiectio. » Altera obiectio contra iſtam planta-
» tionem eſt eiuſmodi: Quòd Regia Ma-
» ieſtas auctiores redditus ex iſtis terris
» poſſit acquirere ab ipſis Hibernis; & for-
» taſſe etiam, mulctæ nomine, ad lites pr-
» cauendas vel terminandas, magnam vim
Reſponſio. » pecuniæ ſponte dabunt. Cui reſponderi
» poteſt, ſi plantetur ille tractus, augmen-
» tum redditum percipiet S. Maieſtas,
» tantundem, aut propemodum, quantũ
» Hiberni volent dare; atque inſuper non
» poterit non eſſe Regi commodiſſimum,
» ſic firmare & conſtituere illos tractus, vt
» ex hoc poſſint ad vrbanitatem allici, &
» prouinciarũ pax conſeruari; quod ma-
» gis ex vſu Regis fuerit, quàm vt exiguo
» incremento cenſus augeſcat. Veruntа-
» men etiam ab Anglis tantundem offer-
» tur Regi, quantum ab Hibernis.

3. Suggeſtio politica. » Secunda obſeruatio, ex qua magnus
» prouentus Regi continget in patria, cũ
» magna ſpe reformationis coniunctus,
» erit ſedula ſolicitudo benè adminiſtran-
» di curiam Vvardorum, ſeu pupillorum,
» per quam Rex habet in ſua poteſtate h-
» redes Dominorum, & Magnatum to-

Digitized by Google

rius patriæ, in eorum infantia; (idque ad minus ſemel in quauis altera ætate,) quando educari poſſunt in vera religione. Præterea iura municipalia ſunt eiuſmodi, quòd nemo poſſit liberari è tutela Regis, aut emancipari vt ſuam poſſit adire hæreditatem, niſi prius ſuſceperit iuramẽtum Primatus. Vnde Regia Maieſtas poterit compellere omnes, qui iã peruenerunt ad plenam ætatem, & ſuam liberationem iuxta formulam iuris nondum conquiſierunt, aut conformari in religione, aut carere ſuis hæreditatibus quamdiu vixerint.

Requiritur autem præcipua quædam ſolertia in traijciendis Archiuorum libris, ne feuda militaria vacuefiant, quẽadmodum in Anglia & Hibernia indies accidit, cum magno dedecore Officiariorum Coronæ vtriuſque Regni: quia proculdubio nulla omnino res magis conducit ad confirmandam Remp. in ſtatu Monarchico (quę præſtantiſſima eſt regiminis forma) quàm clientela tutelaris ſubditorum; nihil verò magis expedit pro Regno tuendo, quàm multiplicitas feudorum militarium. *3. Suggeſtio politica.*

Tertia obſeruatio eſt, ibi neceſſe eſſe

ſtatutum de vſibus ſicut in Anglia con-
„ fici. Vi cuius ſtatuti poſſeſſio Dominio-
„ rum transfertur à fidei commiſſarijs ad
„ vſufructuarios. Si ita fieret in Hibernia,
„ iuniores in illo Regno, quando feruerẽt
„ calore & iuuenili impetu vendendi ſuas
„ hæreditates, inueherent Britannos intra
„ clauſtra & ſepta huius Nationis; quod
„ nunc non permittunt fidei commiſſarij,
„ (citra quorum conſenſum alienationis
„ contractus validè non celebratur:) aut
„ enim ſuis inter ſe compatriotis venun-
„ dare oportebit; aut certè non alijs quàm
„ qui fuerint tam Papiſtæ quàm ipſi ſunt.
„ Hinc fit vt per 20. milliaria continua
„ poſſis iter agere, nec vllam inuenias viam
„ vel modum exequendi leges, ſiue in ne-
„ gotio religionis, ſiue in alia re vlla, quâ
„ Domini illi, ſeu Magnates offendantur.
„ Præterea vt ſe vniant magis, & fortiores
„ efficiant Domini Hibernici per Momo-
„ niam, Lageniam, Conaciam, nulla fa-
„ ciunt inſtrumenta, nullas ſyngraphas
„ tradunt ſuis Tenentibus, ſed eos habent
„ ad nutum amouibiles; ex quo certè vix
„ obtinent meliorem ſortem, quàm quæ
„ antiquitus erat Villanorum in Anglia;
„ nec vlla eſt cauſa cur tales cum ſint, ani-

mum haberent vel domos extruēdi, vel
vias publicas muniendi, vel vrbaniorem ”
cultum ampleƈtendi. Deinde obnoxij ”
ſemper ſunt Dominis ſuis ſiue ad rebel- ”
landum, ſiue ad quoduis aliud flagitioſè ”
auſum: quâ aliam non habent, nec ma- ”
iorem ſperant in hoc mundo fœlicita- ”
tem, vnde etiam verum eſſe comprobāt ”
vetus diƈtum. *Qui bonum non ſperat, malum* ”
non timet. ”

XVI. OBSERVATIO.

Regularum Ciceſtrij ſuccincta diſcuſſio.

ALIAS porrò obſeruationes idem fabricator his adiungit, de fluuiorum & Syluarum cura habenda, ne curſus aquarum ſeptis aut cataraƈtis impediantur, cum damno publico; ne quercus prodigè ſpolientur corticibus pro exili quæſtu. Rurſum vt erigatur publicum ærarium, quò pigri & ſocordes operi admoueantur.

Quæ vtique documenta mihi non eſt animus improbandi, quatenus illa deſeruire queant bonæ adminiſtrationi & regimini illius Reipub. & ciuita-

Digitized by Google

tatis terrenę, quæ commiſſa eſt gubernanda (iuxta diuinam ordinationem & præſcriptũ Apoſtoli) Regibus, Principibus & Magiſtratibus huius ſæculi;
Rom. 13. v. 4. 6. 7. *qui non ſine cauſa gladium portant, in vindictam malorum, in laudem verò bonorum.* Quibus idcirco & tributum, & honorem & obſequium tenemur exhibere. Illud autem eſt quod non poteſt Chriſtiano pectori non diſplicere, ſi pro terrena patria cultius aut honorificentius tenẽda, periclitemur amittere patriam cœleſtem; ſi pro cultu humano, aut incolatu ciuili aſſerendo, deſtruamus cultum diuinum, & incolatum illum, quo facti ſumus per veram fidem, *non iam hoſpites & peregrini,*
Epheſ. 2. v. 19. *ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei*; ſi pro hæreditate terreſtri ordinatius moderãda, (ſi tamen ordinatius, quando tota eſt tutorum arbitrio depeculanda,) iacturam faciamus illius ſortis & hæredi-
2. Cor. 5. tatis ſanctorum, cuius iam arrham & pi-
Epheſ. 1. v. 14. gnus accepimus, per ſpiritum ſanctum inſerti in corpus Chriſti, ceu viua &
2. Petr. 1. ſpirantia Eccleſię membra, conſortes fa-
Rom. 8. v. 17. cti diuinæ naturæ, hæredes quidem Dei,
2. Cor. 13. cohæredes autem Chriſti Domini; per gratiam eius reipſa aliquando percepturi, quod

ri, quòd nunc per ſpeculum in ænigmate ſpe præguſtamus, & fide tenemus.

Hanc fidem in nobis perimere nititur iſta obſeruationum fabrica, quam nouus hic figulus in ſua documenta intexuit. Hoc verò quid aliud eſt, quam lacte gypſum malè miſcere, quod de quibuſdã inconditis artificibus, & nouorum dogmatum conditoribus non inconcinnè olim dixerat D. Irenæus: ſimilia loquentes fidelibus non ſolum diſſimilia ſapiũt, ſed etiam contraria, ſicut ſiquis aquæ mixtum gypſum dans pro lacte ſeducat per ſimilitudinem coloris: ita illa quolibet modo deprauat quæ ſunt Dei, & veritatem eius adulterat; & dum Regnũ terrenũ videri vult perpolire, Regnum Dei in nobis penitus, funditusque demolitur.

l. 3 cap. 19. aduerſus hæreſes.

XVII. OBSERVATIO.

Prima ſuggeſtio diſcutitur & inconueniens declaratur.

PERCVRRAMVS breuiter illas tres obſeruationes quas pro fundamento conſtituit nouellæ ſtructuræ,

vt petram illam & lapidem angularem, in cuius compage natio noſtra indiſſolubiliter hæret, vnco & ligone prag natico eruat, &.ex toto ædificio ſubmotũ in terram proſternat.

Tria ſunt quæ in prima obſeruatione aperto inſultu, iunctiſque lacertis vult conficere; primò per iſtam plantationẽ ſemel conſtitutam vult debellare Catholicam religionem in tota Lagenia & Conacia; introducendo colonos ſuæ ſectæ, qui ſpargant paſſim zizania; vt in medio tritici, *Interque nitentia culta,*

Infælix lolium & ſteriles dominentur auenæ.

Deplorat pauciſſimos eſſe in his prouincijs Caluiniſtas Catholicis intermixtos; itaque vt locum faciat nouis aduenis, nouã doctrinã aduehentibus, nouam præſcribit terrarum ſortitionem, quâ bonus metator transferens antiquos terminos, ſuos funiculos extendit, & limites ponit, pro deſpotico ſuo arbitrio iubens antiquos indigenas & hæredes totius territorij, in tertiam hæreditatis partem coarctari: vt hac pia ſectatoris diſpoſitione illegitimi filij ex aſſe bonorum, beſſem accipiant; legitimi verò niſi velint penitus exhæredari, ſint triunce contenti. *Et*

Prou.22.

Thren. 2.

Digitized by Google

Et cum miſerrimi ſint iſti miſelli tertiarij, de Dominis facti Domicelli, fœlices ſi vſpiam domiciliũ ſortiantur: dum virgam menſoriam dextra dominatrice prætendit iſte obſeruationum deſignator: tamen miſerabilior erit plebecula Dominorum ſuorum aſſectatrix, quæ ex duabus illis eijcienda tertijs, quas noui acquirunt coloni, quærere debet nouas ſedes; atque interim, dum eas ſibi acquirit, vel vaga & profuga diſcurrat per orbẽ terrarum inſtar circulatorum, quos Zingaros Itali appellant; atque ita iam deſinent exteri mirari tot exulum agmina, tot proſcriptorum examina in longinquis regionibus mendicare; vel ſi pudeat, pigeatue ſe ita abijcere, ſtatuant ſibi incolatum in adumbratis municipijs quæ mente ſuâ delineauit; ſed nec dum vel in puluere deſcripſit radio nouus dimenſor; vt ſi apertius loqui vellet, ita diceret tectus ille & aſtutus Architectus; iſti qui eijciuntur è domicilio originis, quęrant ſibi domicilium habitationis in Vſopia, ibi habebunt poles apoles in ſpatijs imaginarijs, vel ſi ita mallet in concauo Lunæ conquieſcant.

Originarios inquilinos vagos facit & profugos.

Hoc igitur primum eſt in illa prima

è terra viuentium & morientium exterminantur Catholici, vt fidem pariter & fundos amittant.

obſeruatione notandum, quàm non tectè Architectatur ſuę Religionis propugnaculũ, dũ noſtræ profeſſionis neruos elidere, ſuccidere arterias, & omnem vitalem auram ac ſpiritum noſtris intercludere nititur; quàm occultè verò ac ſubdolè ipſam terram quam calcant eis ſubducit, dum ex toto in tertium, è tertio in vmbram nihilumque eos redigit.

XVIII. OBSERVATIO.

Secundum inconueniens expenditur.

ALTERVM in eadem eius obſeruatione notandum eſt, poſtquam ſua clauſtra ille muniuit, omnique ope, opere ac præſidio firmauit, ac vetuſta habitacula fortibus repagulis oppeſſulauit; noua etiam municipia Sligoanum ſuum, & aliâ eiuſdem fabricæ oppida, primoribus ſuis dogmatiſtis, & Decurionibus Britannicis locupletauit, iam aptas monet adhibendas eſſe illecebras, quibus adhamare debent noui municipes, vetuſtæ fidei cultores, ad nouam ſectariorum profeſſionem: quos iubet animari immunitatibus conceſſis, & præ-

Angli piſcantur & adhamãt ad hæreſi.

mijs propoſitis, vt ſuos deſerant, & non ſuis ſe adiungant. Cum enim Domini, & vetuſti indigenæ pati non poſſint ſuos Tenentes aut ſequaces, extraneæ Religionis retibus implicari, in quo cum Catholicis ſacerdotibus ſuis ſaluberrimè conueniunt, & ad fidei integritatem tuendam conſpirant; huius conſtantiæ, ceu turpiſſimi criminis inſimulat eos obſeruationum iſtarum plaſmator; cum tamen in hac firmitate, & vnione poſita ſit tota incolumitatis noſtrorum fiducia, quâ ablatâ non minus expoſiti eſſemus omnium inſectantium nos & capturientium iniurijs, quàm in vicinis regionibus, ſub eodem ſceptro, & legum offenſaculo obnoxij ſunt innoxij Catholici commilitones noſtri, & comprofeſſores fidei.

Vt cum hæreticorum aſſeclæ, accenſi & ſatellites in Anglia vel Scotia cum mandato prodeunt, ad comprehendendum quemcunque Catholicum, ipſi vicini & accolę tincti errorum murice, ſeruiunt pro armata manu, ne poſſit euadere qui perquiritur: Apud nos è diuerſo conuicini ferè omnes ex ipſa natione, (quatenus id cautè & ſine ſtrepitu facę-

Vnde fiat quòd in Hibernia Catholici ſint tutiores quā in Anglia vel Scotia.

re poſſunt, & niſi numeroſiores ſint qui cohabitant hæretici,) allaborant ſecuritati & effugio ſacerdotum, qui ad carceres & ſupplicia petuntur; & præcipui Domini, qui Catholicè viuunt dedignantur eſſe perfidi, vt ſacerdotem prodant, quando nimirum aliud quod meritò obijciatur crimen non prætenditur; ipſique laici, qui pro eadem cauſa ſubterfugiunt (quales ſunt in ciuitatibus nonnulli, qui percuſſi ſunt ſydere fulminationum), ſi in publicum exeunt, à lictore capiuntur; ne igitur in poteſtatē captatorum deueniant, captant quæ offerantur latibula, & frendente Magiſtratu, beneuolentiâ ciuium, & ſedulitate vicinorum, nec inhoſpiti ſunt, nec intuti.

Aduerſariorum ſedulitas in conquirēdis Catholicis.

Et in iſto conquiſitionis genere multa ſuſtinuit incommoda hyeme elapſa honeſtus mercator D. in cuius ædes cū irrumperet Apparitor Proregis, inſignibus officij ornatus, & comitatus, indicio vnius perfidi vicini, propemodum captus, dum inſcius per oſtium ſuum ferè in quærentem ſe incurreret, tamen liberatus eſt conciuium fide & ſilētio. Hanc igitur fidelitatem noſtrorum cum crimi-

Digitized by Google

natur ac ſuggillat iſte obſeruator more ſuo, & mente in noſtros acerbâ facit, qui omnia nobis perfugia cuperet eſſe obſtructa.

Hæc in eum finem à me hoc loco dicta velim intelligi, vt omnibus appareat quanta ſit noſtrorum conſtantia, quæ nec legibus in aduerſum latis, nec viribus aduerſam fidem profitētium ita potuit expugnari hactenus, vt cum in alijs pluribus ſint diſcrepantes incolæ, & inter ſe diſcordes plurimi, tamen in hoc nouerunt mentes manuſque coniungere. *Catholicorũ mutua tuitio.*

XIX. OBSERVATIO.

Explicatur calumnia ſuggeſtoris omnes Catholicos principes ſuggillantis.

TERTIVM in iſta prima obſeruatione annotandum ſe offert malignitas, an impudētia calumniatoris, quâ non veretur traducere Eccleſiam Romanam, eiuſque Pontificem, & cum ipſo omnes Catholicos Principes, & populos, qui eadem Catholicâ Religione imbuuntur. Fidem enim Pontificiam

Digitized by Google

facit vel parentem, vel germanam barbariſmi & feritatis: nã ſi Papiſmus, id eſt, Catholica fides quam profitetur Papa Romanus Vicarius Chriſti, & Petri ſucceſſor; ac barbariſmus. i. morum immanitas & inhumanitas tam arcto fœdere ſociantur, vt alter ab altero diuelli non poſſit; iam quotquot eandem fidei Regulam cum Pontifice Romano tenent, à recta morum inſtitutione, & officiorum regula deflectunt; iam nec Romanorum Imperator Auguſtus, nec Gallorum Chriſtianiſſimus, nec Hiſpaniarum Rex Catholicus, nec Magnates per orbem Chriſtianum hactenus habiti cultiſſimi & politiſſimi, deinceps cenſebuntur tales: nec vllus effugiet notam barbari aut feri hominis, qui non ex officina Lutheri aut Caluini, nouo ciuilitatis plaſmate formatus prodierit. Quam hoc inurbanè dictum ſit, ne dicam impudenter, nemo qui frontem, & oculos in fronte habet, non videat & erubeſcat; nec in poſterum valdè curandum erit quid effrõtes homines, in noſtram gentem dehoneſtandam, ſcurriliter dicturi ſunt, quãdo omnes alias nationes, ſe ſolâ exceptâ, pro barbaris, incultis, ignaris & ef-

Calũniam barbariſmi abſterſam vide in ſacris Anal. Sect. 2. Art. 7.

Digitized by Google

feratis iactant, & contumelijs amariſſimis pueriliter proſcindunt.

Optarem ego noſtros moribus eſſe quam defæcatiſſimis, & ſiquid adhuc fæcis aut ſordis adhæreſcat, extergi illud & extingui vellem: ſed non eſt ille modus emungendi honeſtus aut ciuilis, vt vel emunctorium impingamus frontibus accumbentium, vel quæ emuncta ſunt circumſtantium naribus inijciamus.

In veteri lege præcipitur, emunctoria, & vbi quæ emuncta ſunt extinguantur, vt fiant ex auro puriſſimo; ita emungamus vt extinguantur, non vt fumum aut fœtorem pariant adſtantibus: adhibeantur cum emunctorijs extinctoria; vtraque verò inſtrumenta non ex plumbo, ſtanno, cupro aut ære, ſed ex auro purgatiſſimo conficiantur: non ex plumbo odij, non ex ſtanno contentionis, non ex cupro iræ aut inuidiæ, nõ ex ære auaritiæ, ſed ex auro charitatis ignito, probato, purgato ſeptuplum; vt quæ ſordent expurgentur, quæ fœtent extinguantur, quæ obſtant vrbanitati, ſolertiæ, honeſtatis cultui amoueantur opportunis vijs & remedijs,

Exod. 25.

Reſtaratio corrigendi & emungẽdi barbariẽ.

Apocal. 3. Pſ. 11. v. 7.

quæ non niſi à cultoribus veræ pietatis, colentibus veritatem commodè ſubminiſtrantur, vel ſi ab alijs à recto tràmite errantibus illa ſuggeruntur, non niſi timidè admittuntur, & inuitis quodammodo ingeruntur.

XX. OBSERVATIO.

Diſcutitur ſecunda ſuggeſtio politica.

IN ſecunda obſeruatione politici illius Strategi, libet aduertere, quanta ſedulitate & ſolicitudine iugulum ipſúm noſtræ Reip. petat, vt Optimates totius Regni venis concipiant venenum quod miſcetur in calice deaurato purpuratæ dominæ. Nam ſi hactenus remiſſiores erant qui gubernabant, circa executionẽ legum quæ contra Catholicos vigent, monet acuendam eſſe ſolertiam, & ſtudium captādi hæreditates Nobilium, ſecuta per mortem deceſſoris ſuccedendi occaſione. Quippe ſi defuncti Magnates reliquerint hęredes in pupillari ætate, duplex naſcitur corrumpendi teneram prolem opportunitas. Nam iure Regni perſona ipſius pupilli, quouſque 21. ætatis annum compleuerit, permittitur re-

Digitized by Google

giæ diſpoſitioni & educationi; vt in eam diſciplinam tradatur, quam Regi libuerit adhibere: & quia tutoribus plerumque hæreticis addicũtur iſta tenera germina quis neſcit quam facilè ſit ad prauitatem opinionum inflectere cereas illas mentes per ferulam magiſterij heterodoxi. Rurſus cum adultior facta pubes, manum ferulæ ſubduxerit, vt per ætatem legitimam hæreditati iam adeundæ apta ſit, ad hoc vt ex formâ iuris emãcipetur, in deuium impellitur per ſpinoſum iuramentum Regij Primatus, in quo nullam admittit diſpẽſationem iſte formularius harum obſeruationum cõcinnator, vt ſuccedẽtem in paterna hæreditate prolem ablactet ab vberibus genitricis orthodoxæ, & à viſceribus religioſæ pietatis auulſam inuoluat ſecundinis impietatis.

Emãcipãdorum hæredum miſera implicatio in educatione & manumiſſione.

Antehac multi aperuerunt ſibi viam ad poſſidendum legitimè patrimonium ſuum, non perfoſſo materno latere; ſed iſtum qualemcunque exitum ſic vult obturare hic formuliſta, ne amplius rimula vlla detur, per quam miſeri elabãtur, vel effugiant legum laqueos.

Omne effugiũ obſtruitur illis.

Digitized by Google

XXI. OBSERVATIO.

De quadruplatorum & hæredipetarum aſtutia.

SED in tertia ſua obſeruatione nouã excogitat tendiculam quæ nondum legibus concinnata eſt, ad præfocandos Catholicos: parum illi eſt quæcunque patiuntur noſtri, ſiue ex præſcripto legũ quas ſibi aduerſas ſentiunt, ſiue ex vmbraculo prærogatiuæ Regiæ, quæ tanta latitudine diſtenditur, quantam extendi voluerit auiditas ſortis, aut inuidia incolumitatis noſtræ, aut calumnia quadruplatorum, qui ex ſpolijs noſtris diteſcunt, & exuuijs veſtiuntur; prorſus exuere noſtros deſignat illo quantulocunque patrimoniolo, quod à maioribus accipiunt hæreditarium.

Antiquarũ legum prouiſio pro hæredibus. Quippe vinculis quibuſdã ſic alligata eſt hæreditas, ne pro libitu ſuo aut libidine poſſint hæredibus damnum inferre, ſi qui eſſent aut pro religione, vita, & bonis mulctati, aut læſæ Maieſtatis humanę (quo iure, qua iniuria) rei ſacti, aut per

intemperantiam & flagitium ſuum decoctores bonorum effecti, ne perueniat iſta noxa ad exterminium ſtirpis, ſalubriter cauerunt leges Regni, ne hæredum reatus ſucceſſoribus officeret, quo minus ſartam ipſi & tectam hęreditatem nanciſcantur, quando illa eſſet ex ſolemni iuris formulâ ad perpetuandam ſucceſſionem conſcripta; vſus quidem & fructus pertinerēt ad proximum hęredem qui poſſeſſionem vſucaperet, dominium verò ex fideicommiſſo ſpectatæ fidelitatis hominibus adſcriberetur, vt iure fiduciali perueniret ad veros & legitimos ſucceſſores iuxta cautiones & clauſulas iuridici inſtrumenti.

Hunc firmiſſimum nexum legitimæ poſſeſſionis ad poſteros tranſmittendæ, quem ſimul obicem eſſe conſtat & repagulum ad coercendam iuuenilem intemperantiam, libidinem & ingluuiem, ita vult diſſoluere formuliſta; vt per eius Reſcriptum tranſlato vſu in Dominium & fructu in proprietatem commutato, liceat iuuenibus quidquid libuerit, liceat dilapidare, quæ non ſuo, ſed maiorum ſudore conquiſiuerũt, liceat honoratiſſimas familias extinguere, vt ex *Has leges iubet ſuggeſtor annullari.*

Digitized by Google

earum buſto & cinere, nouorum hominum examina proſiliant; liceat etiam nouis hominibus, noua nec cogitata ſcelera comminiſci, quæ veteribus Catholicis, vel in odium religionis, vel in cupidinem hæreditatis eorum ad ſe traducendæ, & aduncandæ affingant: Atq; ita in omnibus nouitatem ambiant, ne ipſas antiquas Regni ſanctiones vetuſtate venerandas, vſu vigere, aut in cõmodum ſubditorum viuere velint: ſicque Catholicis inuideant beneficium legum, vt in odium iſtorum, etiam configant ſuorum oculos, & perpetuitatem poſſeſſionum labefactent. Sed iſta ſuffecerint modò, in iſtam formulam & fictorem eius annotanda.

XXII. OBSERVATIO.

Examinatur alia regendi & plantandi methodus eiuſdem ſuggillatoris.

HVIC diſcurſui affinis eſt alius ex eadem officina, vt creditur productus, qui ſeruit pro ſtabilimento plãtationis in Comitatu Vvexfordiæ, vt diuidantur & plantentur territoria dicta

Digitized by Google

de Kinſalogh, Bracknagh, Makdamore, Macvadock, Morroughes, Kilhobbuck Farrenhamon, Clanhanrick, Kilcoolelein cum portiuncula de Farrenoneale, quæ continent tres ferè Baronias & iugera terræ arabilis 6680 oprę̨ter ſyluas, paludes, & ſterilia montana.

Primò diuiſionem ſtatuit ipſorum colonorum, vt alij ſint natiui, alij Angli, præſertim illi qui iam antè prætendunt colorem aliquem iuris à natiuis acquiſiti: tertij verò Britannici & ſeruitores opulenti: & natiuis quidem vt aſſignetur in planitie non magna terrarũ portio incolenda, ſintque Anglis intermixti; Britannici verò accipiant arduos & abruptos montes, quos turribus & ædificijs munient, vt ſint clauſtra & propugnacula tuendæ ſecuritati ſuæ, & repagula coërcendæ libertati natiuorum. *Diuiſio colonorũ*

Deinde quædam ponit documenta ſingulos concernentia: & inter alia, ſtatuit vt nouelli coloni ſiue ſuſceptores, poſſint eſſe capaces & idonei qui accipiãt terras in iſta Colonia, oportere eos eſſe imbutos noua religione, & ſuſcipere iuramentum primatus & fidelitatis: *Documẽta politica religionẽ euertẽtia.*

debent etiam iuxta portionem terrarũ quas habent, aſſignare aliquot iugera in glebam Eccleſiaſticam pro ſuſtinendo miniſterio ibidem: Tenebuntur denique nullo vnquam tempore diſtrahere ſeu alienare aliquam poſſeſſionis partẽ in merum Hibernũ, nec in quenquam alium, qui ante vel infra annum alienationis factæ vel faciendæ non præſtiterit iuramentum de primatu Regis.

His illi ſeptis ſe includunt, & intercludunt veteres indigenas in religione ab eis diſcrepantes, ne quo pacto, contractu aut tranſactione recuperẽt, quod confiſcatione amiſêre.

XXIII OBSERVATIO.

Panditur ardens ſtudium Caluiniſtarum ſupplantandi Orthodoxos indigenas

QVIBVS ita deductis, quis non videat quantopere à Catholicis laborandum ſit, vt ſe integros tueantur aduerſus tot molimina; & in tanta multitudine machinantium & operantium myſterium iniquitatis, quam difficilè ſit

ſit immaculatam conſeruare conſcientiam; dum couuenæ illi, qui inter ſubditos indigenas mixti, pollent ingenio, arte vel induſtriâ, & honores vel dignitates ambiunt, quales ſunt omnino omnes qui ex Anglia vel Scotia huc aduentant ex Lycæo Caluini, qui lance & licio nouarum inuentionum circundati ſunt, & flabello tumefacti politicarum ſuggeſtionum, iugiter inſuſurrant noua contra nos conſilia in Regis & Senatus Regij aures: excudunt noua commenta; & quæ excogitant in noſtrum exitium, vi vel arte inculcant his qui clauum tenent; vt vel cerebrum illis obtundant, vel ipſi obtineant quod volunt.

Hinc eſt quòd nimia importunitate extorſerint quidam à Concilio priuato, approbationem & aſſenſum quorundam articulorum; cum tamen conſideratis poſtea pluribus, quę emergere videbantur incommodis, eorundem improbationem & diſſenſum alij in aduerſum ſolicitantes ab iiſdem exculcarînt. Sed in eo quod ad reformationem & conformitatem in religione pertinet, vtrobique ſibi conſtant. *Varia & repugnantia molimina.*

Digitized by Google

Cautiones & recautiones. Nam cum de colonorum Britannicorum numero; de portione terræ per eos incolendæ; de compenſatione cæteris facienda, deque aliis in plantatione ipſa cautionibus recautum eſſet, & in multis reclamatum à Senatu Regio; tamen circa glebam Eccleſiaſticam miniſtris attribuendam, circa iuramentum Regij Primatus à Colonis exigendum, circa prohibitionem alienandi terras, quacunque conuentione aut contractu, ſiue in merum Hibernum, ſiue in alium quemcunque qui iuramentum illud detrectaret, nihil eſt immutatum ab ordinationibus, & obſeruationibus Ciceſtrij, quas iam proximè vidimus & diſcuſſimus.

XXIV. OBSERVATIO.

Conſideratur aſtuta ſubintroductio pœnalium contra Catholicos ſtatutorum ſub Elizabetha.

MVLTI avent intelligere ipſum mali principium, vnde cætera mala deriuantur in noſtram gentem. Quippe ex quo pia & Catholica principe

Digitized by Google

Maria fato concedente, Elizabetha eiuſdem ſoror, ad Regni gubernaculum ſuccedebat, Catholica hæc natio in præcipitium delata eſt, ab illo vſu & profeſſione orthodoxa, quam publicè tunc retinebat; Id verò factum conqueruntur inſidioſis politicorum ambagibus, per quas intritis in Parlamento furtiuis ordinationibus, per nimiam, vt fertur, Gubernatoris peritiam, & ſæcularem prudentiam; ſuccinente & lenocinante Prolocutoris, aſtutia dixerim an ambitione, pedetentim amittebat vſum illum publicæ Orthodoxiæ: huius tamen logodædali Prolocutoris poſteri, egeſtate & infortunio pœnam luere dicuntur iſtius multiloquij: Idque meritò vicinis & notis inclamantibus, malè parta, ex Dei iuſto iudicio, per infrunitum hæredem, malè diſſipari, quia fidem prodidit auus, quam Eccleſiæ & patriæ ſeruare debuit.

Sed gemunt ſub iſto iugo quotquot ab illo æuo hucuſque profluxerunt: & cum Patres noſtri vel inſcij, vel inuiti, aut ſaltem ſupini, vuam acerbam comederint, dentes tamen filiorum hac noſtra memoria obſtupeſcunt.

Vuáque conſpecta liuorem duxit ab vua.

Quia dum liueret Anglicana vitis ſyderata, afflatu nouorum dogmatum, contagionis ſuæ communione, etiam huic vineæ Hibernicæ afflauit quidpiam de funeſta ſua, quam contraxit aurugine. Sed quia caput malum, caput etiam malorum eſt, idcirco vnam vel alteram capitalem ſanctionem huc tranſcribam; ex qua, per canalem parlamentariæ approbationis, deriuatur origo miſeriarum, & ſcaturigo pœnarum quas Catholici ſuſtinent, (peccato quidem non occulto, in ſupplicio tam manifeſto) hoc eſt frœnum illud erroris quo maxillæ noſtræ conſtringuntur, ne liceat è ſeruitute caput attollere; ſed tunc demum licuerit, cum ſummus Deus cor Regis ad noſtri miſerationem inflexerit, idque vt breui fiat, ſupplices poſcimus & ſperamus.

Illud autem ſcire oportet, moris eſſe in Parlamento, à Prolocutore propalam in ipſo conſeſſu explanari ordinationes quæ ſanciendæ proponuntur; quarum tenorem & ſcopum, prout ipſe afficitur, variè veſtit & inuertit; & quanquam ipſum textum, & ſtatuti apices in nullo

poſſit immutare à tenore & contextu ex Anglia tranſmiſſo; poteſt tamen illud quod in vnum finem conſcriptum eſt, demulcendo auditorum aures, circumſcribere variis verborum anfractibus, vt non omnibus ſtatim appareat, quâ lateat anguis in herbâ: ſed in præſenti negotio communis fama eſt captatam ab ipſo occaſionem proponendi & concludendi ſanctionem quæ hic ſequitur, cum illi è Comitiis abeſſent, qui & fiduciâ cauſæ vellent, & iudicij atque eloquij viribus valerent ex aduerſo ſtare, & refutare propoſitionem. Id ſi verum ſit (prout fert communis fama) magnæ perfidiæ reus erat Prolocutor, de quo nihil in alterutram partem pronuncio. Ferunt inſuper Proregem Suſſexium minando vocalibus in domo parlamentari dum reclamarent propoſitioni ciues & equites, palàm dixiſſe cum imperio,

Sic volo ſic iubeo, ſtet pro ratione voluntas;

Vt omnes terreret & traheret ad aſſentiendum.

Ipſius autem ſtatuti verba ſubijciemus, ſi prius monuerimus circumſpectum lectorem, formulam iſtam ſuppli-

candi quæ præfertur in ordinatione condenda (quaſi ſuo proprio motu ſubditi abſque inſtigatione Principis depoſcerent actum ipſum ſanciri) fucum eſſe ex ordinario politicorum ſtylo ; neque verò quidquam refert, ſiue ita cum petitione conſcribatur, ſiue aliter abſque petitione: ſed ex ingenio Statiſtarum & Scribarum eſt, in rebus præſertim odioſis & maximè ingratis, vt inuidia ſe exonerent, in alios ita transfundere vel originem vel fulcimentum mali: Cæteroqui apud nos conſtat, omnium ſanctionum formam inconſultis ſuffragatoribus parlamentariis concipi, & in Angliam mitti approbandam, vt accedente Concilij Anglicani approbatione, muniantur ſigillo Regis, & remittantur in Hiberniam, quo ijdem actus ſic conſcripti, ſignati, & approbati, poſtea ſigillatim proponantur in comitiis noſtris; eſtque in hac parte tam ſtricta & lege cauta animaduerſio, quam vocant *ordinationem Edoüardi Poinings olim Proregis*, vt non liceat vnam voculam demere, addere, vel inuertere ab illo præciſo ſtylo qui tranſmiſſus eſt ex Anglia, quocunq; modo conceptus fuerit. Ac proinde

Digitized by Google

cum eſſet his proximis annis mentio de habendo hîc Parlamento, & quædam Acta cuderentur à Prorege cum ſuis, quę communicaret in Angliam, ceu concernentia ſalutem huius Regni, diſplicuit Proceribus noſtris, aliiſque Nobilibus iſta tractari irrequiſito ipſorum conſilio, qui optimè noſſent ea, quæ quoquomodo pertinerent ad bonum huius populi: quin & inter celebrandum Parlamentum, cum aliquid eſſet immutandum in contextu ſtatutorum, ex iudicio Comitialium, & preſſa diſcuſſione apicum iuris, non prius in Hibernia concludi quidquam poterat, quantulacunq; eſſet verborum mutatio facienda, quin eodem tenore & normâ, iiſdem prorſus terminis & ſyllabis in Angliam prius traijcerentur, vt approbante Rege, & tranſmittente, ſuccederet in noſtris Comitiis propoſitio. Itaque de re ipſa perinde eſt, ſiue ad petitionem Parlamenti, ſiue citra petitionem ſanciatur ſtatutum; nam ad inuidiam & odium deonerandum, ita loqui placet ſcriptori, quęmadmodum & in Anglia, paulò antequam conderetur iſta apud nos ſanctio, quaſi nomine plebis & populi An-

Digitized by Google

glicani petita fuit innouatio religionis à Regina Elizabetha; quæ non niſi paucorum fuit politicorum inuentio; & poſtea ſub eadem etiam Regina ſupplicatum fuit ſimiliter in Parlamento, vt Maria Scotiæ Regina mater Iacobi Regis noſtri capite plecteretur. Atque antea etiam ſub Henrico octauo, identidem petitum fuit, vt diuortium fieret à pia Reginâ Catharinâ Caroli V. materterâ, quo daretur locus ſuperinducendæ Annæ Bolenæ; vnde in Anglia ſuccreuit malorum omnium lerna, & ſchiſmatis origo. In laruam igitur obtenditur illa ſupplicandi forma, quæ cum ſit paucorum artificium, appingitur tamen ſubditis, ex penicillo politico, ipſis vocalibus vtriuſque Domicilij quantumuis repugnantibus, vel neſcientibus quid tractandum ſit.

Digitized by Google

ACTVS, ORDINATIO, ET STATVTVM, QVO reſtituitur Coronæ antiqua iuriſdictio ſuper ſtatum Eccleſiaſticum aut ſpiritualem, abolendo omnem forinſecam poteſtatem eidem repugnantem.

HVMILLIMÈ *ſupplicant Va Exma Mati tui fideles & obedientes ſubditi, Domini ſpirituales, & temporales, & populi in hoc præſenti Parlamento congregati, vt cum regnãte cariſſimo patre tuo, ac dignæ* [a] *memoriæ Henrico Rege* VIII. *diuerſæ bonæ leges* [b] *& ſtatuta eſſent facta & ſtabilita, tam ad penitus extirpandam, & abolendam omnem vſurpatam* [c] *& forinſecam poteſtatem, & auctoritatem ex hoc Regno veſtro, quàm etiam ad reſtituendum, &*

Ex actis ſub Elizabetha an. 1.

a De tyrannide & libidine Henrici in theatris, compitis, pulpitis, palam & impunè conclamatur iam in Anglia.

b Leges eſſe nequeunt præcepta hominum repugnantia diuinæ legi, veritati, virtuti, & ſaluti populorum.

c Legitimè vſitata non vſurpata iuriſdictio & auctoritas Sedis Apoſtolicæ. Quam multi hîc ſolæciſmi contra Syntaxim Catholicæ vnionis & obedientiæ.

imperiali eiuſdem Coronæ d *antiquas iuriſdictiones, auctoritates, ſuperioritates, & præeminentias ad eandem ritè* c *ſpectantes, & pertinentes, per quas, nos tui humiles, & obedientes ſubditi ab anno 28. Regni cariſſimi tui iam dicti parentis, continuò benè regebamur, & exonerabamur diuerſis,* f *grandibus, & intolerabilibus oneribus & exactionibus, antea accipi & exigi illicitè ſolitis, per eiuſmodi forinſecam poteſtatem & auctoritatem, quæ ante illud tempus vſurpabatur; quouſque omnes illæ leges & ſtatuta, per vnum Actum Parlamentarē, factū anno tertio & quarto Regnorum nuper Philippi Regis, & Reginæ Mariæ ſororis Celnis Va. intitulatum*: Actus reuocandi omnia ſtatuta, articulos, & prouiſiones factas contra Sedem Apoſtolicam Romanam, ab anno 20. Regis Henrici 8. & etiam pro abolitione ſpiritualium & Eccleſiaſticarum poſſeſſionum, & hæreditamentorum tranſlatorum in laicos; *plenè erant*

d Diuortium á fide in Anglia non eſt antiquius diuortio à thoro, quod fecit Henricus aduerſus Catharinam poſt diuerſas proles & 22. annorum cohabitationē.

e Intelligit Primatum Eccleſiaſticum, & cætera illi annexa: quæ omnia irritârunt Phil. & Mar. cum in ſe irrita eſſent, nec ritè ab Henrico aſſumpta.

f Tota olim Anglia vectigal pietatis & religionis cauſâ pendebat Romano Pontifici, argenteum nummum in ſingulas domos. Inas Rex Saxonum Occidentalium cæpit circa an. DCCXI. Secutus eſt Offa Merciorum Rex. Auxit Athulphus qui totius ferè inſulæ imperium obtinuit. Neque verò vel illa recognitio vel aliæ conſuetæ penſitationes viſæ ſunt antehac intolerabiles. Vide Polyd. virg. l. 4. hiſt. n. 40. Vveſtmonaſt. Malesb, &c.

Digitized by Google

reuocatæ & annullatæ, vt ex ipſo actu Annullationis latius apparet. Cuius reuocationis virtute, tui humiles ſubditi denuò reducti ſunt ſub eandem vſurpatam forinſecam poteſtatem & auctoritatem, ſub qua ſeruitute etiamnum remanent, cum intolerabilibus expenſis tuorum dilectorum ſubditorum, niſi per auctoritatem huius auguſtæ tuæ Curiæ parlamentaris, accedente aſſenſu Cel^{nis} T^{a} remedium prouideatur.

Placeat itaque Celſitudini T^{a}, vt pro reprimenda iam dicta vſurpatione forinſecæ poteſtatis, & pro reſtituendis iuribus, præeminentijs, & iuriſdictionibus pertinentibus ad imperialem Coronam huius Regni, per auctoritatem præſentis huius Parlamenti inactitetur, quòd iam dicta ordinatio facta 3. & 4. annis Regnorum Philippi nuper Regis, & Reginæ Mariæ, & omnia ac ſingula membra, clauſulæ, ac articuli in ea contenti (præter illa membra, clauſulas, & ſententias quæ infrà excipiendæ erunt) annullari queant, ab vltima die huius Seſsionis Parlamenti; & deinceps nulla ſint, & irrita ac nullius valoris: & quòd præterea, pro reuiuiſcentia plurium bonarum legum & ſtatutorum tempore cari tui parentis factorum, placeat C^{ni} T. quòd vnus Actus. & ſtatutum factum in Parlamento Dublini habito 1. die Maij anno 28. Regni eiuſdem Regis Henrici 8. & poſtea pro-

rogato, adiurnato, comperendinato, & continuato, (vt ex Rotulo ipſius Parlamenti latius patet) quod intitulatur g Actus appellationum: *& alius actus in eodem Parlamento factus, qui* Actus facultatum *intitulatur; omniáq; & ſingula membra, verba, ac ſententiæ in ijſdem diuerſis actibus & ſtatutis contenta, per auctoritatem huius præſentis Parlamenti, ſemper & vbique, ab vltima die huius Seſsionis Parlamenti, reuigebit ac reualeſcet, ac viribus reſubſiſtet, ad omnem intentionem, conſtructionem, & propoſitum: & quòd omnia membra, ſententiæ, & verba eorundem diuerſorum actuum, ac ſingulorum eorum, ab hinc erunt, & poßint iudicari, æſtimari, & accipi, vt extendantur ad T. Cnem, ad hæredes, & ſucceſſores tuos, tam plenè & ampl*è*, atque vnquam ijdem Actus, & ſinguli eorum extendebantur ad præfatum Regem Henricum* 8. *parentem T. C.*

g Per iſtũ actum Appellationum ſeuerè interdicitur acceſſus omnis & recurſus ad ſedem Apoſt.

Et præterea C. T. Placeat quòd per præſentis Parlamenti auctoritatem ſanciatur, quod de quodam actu ſeu ſtatuto facto in Parlamento celebrato Dublini 13. *Iunij an.* 23. *Regni dilecti Patris tui Henrici* 8. *& poſtea prorogato, adiurnato, & continuato (vt ex Rotulis ipſius Parlamenti latius apparet) quod intitulatur* h Actus pro matrimonio; *eatenus ſolummodo quatenus attingit & concernit gra-*

h Curia laicalis quomodo miſcet ſe

dus conſanguinitatis, poßit deinceps ſimiliter ſubſiſtere, & valere, ac remanere in ſuo vigore ac viribus, ad omnem conſtructionem & propoſitum, non obſtante quacunque clauſula in eodem actu Annullationis ſuprà memorato, aut alia quacunque re, vel cauſa in contrarium faciente.

in cauſis Eccleſiaſticis, matrimonialibus impedimentis, diſpenſationibus graduum conſanguinitatis, &c. Omnia naturæ præpoſtera legibus ibant.

Porrò C$_{ni}$ T. placeat quòd præterea ſanciatur auctoritate prædictâ, quod omnes aliæ leges & ſtatuta, & membra ac clauſulæ actuum, aut ſtatutorum, quæ reuocata, & annullata fuêre, per iam dictum Actum Annullationis factæ ſub Philippo Rege & Regina Maria, quæ non memorantur aut reſtituuntur vi huius præſentis Ordinationis, *ſtabunt, remanebunt, & ſub eadem formâ ac tenore erunt caſſata & irrita, quemadmodum ante huius actus celebrationẽ fuerunt; quacunque hîc contentâ clauſulâ non obſtante.*

Placeat inſuper C$_{ni}$ T. quòd auctoritate prædicta inactitetur, quòd vnus Actus ſeu ſtatutum factum in 3. & 4. annis Philippi & Mariæ Reg. quod nominatur Actus pro reſtituendis tribus ſtatutis factis ad punitionem hæreſum : *& etiam tria ſtatuta memorata in dicto Actu, & per eundem reſtituta, & omnia ac ſingula membra, articuli, clauſulæ, ac ſententiæ in ijſdem contenta, erunt ab vltima die huius Seßionis ac reputabuntur an-*

Digitized by Google

nullata, reuocata, & irrita, ad omnem intentionem & propoſitum; non obſtante omni & quacunque re in ijſdem contenta, in contrarium.

Atque vt omnis vſurpata & forinſeca poteſtas, atque auctoritas ſpiritualis, & temporalis, poßit eſſe in perpetuum extincta, & vt nunquam amplius in hoc Regno exerceatur, aut vim obtineat, placeat Cni Tæ. quòd præfata auctoritate ſit porrò inactitatum, quòd nullus externus Princeps, Perſona, Prælatus, Status aut Potentatus ſpiritualis, vel temporalis, vllo vnquam tempore, poſt vltimum diem huius Seßionis Parlamenti, vtatur, fruatur, vel exerceat aliqualem poteſtatem, iuriſdictionem, ſuperioritatem, auctoritatem, præeminentiam, vel priuilegium ſpirituale ſiue Eccleſiaſticum intra hoc Regnum; ſed vt in poſterum illa erunt prorſus abolita, & eliminata ex hoc Regno in perpetuum, quocunque ſtatuto, Ordinatione, conſuetudine, conſtitutione aut alia re, vel cauſa in contrarium non obſtante.

Deſcribitur amplitudo Primatus Anglicani Regis.

Et quòd præterea placeat C. Tæ. vt ſtabilitum & inactitatum ſit per auctoritatem prædictam, quòd illæ iuriſdictiones, Priuilegia, ſuperioritates, & præeminentiæ ſpirituales & Eccleſiaſticæ, quæ per aliquam ſpiritualem vel Eccleſiaſticam poteſtatem, vel auctoritatem, antehac erant, vel licitè poterant eſſe exercitæ,

vel adhibitæ, pro viſitatione ſtatus & perſonarum Eccleſiaſticarum, & pro reformatione, regimine, & correctione earum, omniumque errorum, hæreſum, ſchiſmatum, abuſuum, contemptuum & enormitatum, erunt in perpetuum, per huius Parlamenti auctoritatem, vnita & annexa Imperiali Coronæ huius Regni. Et quòd tua Celſitudo, hæredes & ſucceſſores, Reges aut Reginæ huius Regni, habebunt plenam poteſtatem & auctoritatem, virtute huius ſtatuti, per litteras Patentes ſub magno ſigillo Angliæ, vel huius Regni Hiberniæ, & generalis Deputatus aut alius Gubernator vel Gubernatores huius Regni pro tempore, habebunt ſimilem plenam poteſtatem & auctoritatem virtute huius Actus, per litteras Patentes conficiendas, illius aut illorum mandato, ſub magno ſigillo huius Regni, aſſignandi, nominandi, authorizandi, quando & quoties T. Cdo, hæredes & ſucceſſores tui, vel Dominus Deputatus generalis, Gubernator aut Gubernatores huius Regni pro tempore, iudicabunt expedire vel conuenire, & tanto etiam tempore quanto videbitur T. Cni, hæredibus & ſucceſſoribus, vel Domino Deputato, Gubernatori aut Gubernatoribus huius Regni pro tempore, talem perſonam vel perſonas, dummodo naturales ſubditos T. Matis, hæredum vel ſucceſſorum, qualem vel quales T. Mtas, hæ-

Cum poteſtate etiam ſubdelegandi vt prorex ſeu alius Gubernator pro tempore ſit viceprimas in Hibernia.

Digitized by Google

redes & ſucceſſores tui, vel D. *Deputatus, Gubernator vel Gubernatores huius Regni pro tempore, indicabunt idoneas ad exercendum, vtendum, occupandum, & exequendum ſub* T*a* C*ne, hæredibus & ſucceſſoribus, omnes iuriſdictiones, priuilegia, præeminentias, vllo modo attingentes, vel concernentes aliquam ſpiritualem vel Eccleſiaſticam iuriſdictionem, intra hoc tuum Regnum Hiberniæ, & ad viſitandum, reformandum, reſarciendum, ordinandum, corrigendum, & emendandum omnes eiuſmodi errores, hæreſes, ſchiſmata, abuſus, offenſas, contemptus, & enormitates quaſcunque, quæ per aliquam ſpiritualem vel Eccleſiaſticam poteſtatem, auctoritatem, vel iuriſdictionem poſſunt aut debent legitimè reformari, ordinari, reſarciri, corrigi, coërceri vel emendari, ad obſequium omnipotentis Dei, ad incrementum virtutum, & ad conſeruationem pacis ac vnitatis huius Regni. Et quòd eiuſmodi perſona vel perſonæ ſic nominandæ, aſſignandæ, auctorizandæ, vel conſtituendæ per* T*am* C*nem, hæredes vel ſucceſſores, aut per* D. *Deputatum, Gubernatorem vel Gubernatores huius Regni pro tempore, modo ſupradicto, poſt eiuſmodi litteras Patentes illi vel illis factas & traditas vt ſuprà, habebunt vigore huius ſtatuti & dictarum litterarum*

Terminorũ abuſus intolerabilis.

rarum

Digitized by Google

rarum Patentium, ſub ſigillo T^a C^nis, hæredum vel ſucceſſorum, plenam poteſtatem & auctoritatem exercendi, vtendi, & exequendi omnia præmiſſa, iuxta tenorem & effectum earundem Patentium, non obſtante quacunque re aut cauſa in contrarium.

Et pro meliori obſeruatione, vſu & cuſtodia huius actus, placeat C^ni T. quod vlterius inactitetur per auctoritatem prædictam, quòd omnes & ſinguli Archiepiſcopi, Epiſcopi, & omnes ac ſingulæ aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, & qualeſcunque Eccleſiaſtici, Officiales & Miniſtri cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, vel gradus fuerit vel fuerint, & omnes ac ſinguli temporales Iudices, Iuſticiarij, Maiores, & alij laici aut temporales Officiarij, ac Miniſtri, & eorum quilibet habentes T. C^nis feodũ vel ſtipendium intra hoc Regnum, præſtabũt ac recipient corporale iuramentum, ſuper Euãgeliſtas coram tali aut talibus perſonâ vel perſonis, qualem, vel quales aſsignare & nominare placuerit T^a C^ni, hæredibus vel ſucceſſoribus, ſub magno ſigillo Angliæ, vel huius Regni, aut D. Deputato, Gubernatori vel Gubernatoribus huius Regni pro tempore, per litteras Patentes ſuo mandato faciendas ſub magno ſigillo huius Regni, ad illud acceptandum & recipien-

Omnes beneficiati, feodatarij, ſtipendiarij & officiales Regis tenebuntur iuramentum præſtare de illo Primatu Regis Eccleſiaſtico, ſub pœna amittendi officij, ſtipendij, beneficij, & incapacitatis ad eadem vel alia vt infrà

Digitized by Google

dum ſecundum formam & tenorem quî ſequitur.

Forma ipſius iuramenti damnabilis multiplici de cauſa, vtalibi in tractatu proprio demonſtratum eſt.

Ego A B. teſtificor & declaro penitus in mea conſcientia, quòd Reginæ Maieſtas eſt ſola ſuprema Gubernatrix huius Regni, & omnium aliorum ſuæ Cnis Dominiorum & Ditionum, in omnibus ſpiritualibus & Eccleſiaſticis rebus aut cauſis æquè ac in temporalibus. Et quòd nullus forinſecus Princeps, perſona, Prælatus, Status vel Potentatus habet, aut debet habere vllam iuriſdictionem, poteſtatem, ſuperioritatem, præeminentiam, vel auctoritatem Eccleſiaſticam, aut ſpiritualem intra hoc Regnum. Et proinde ego penitus renuncio & repudio omnem forinſecam iuriſdictionem, poteſtatem, ſuperioritatem & auctoritatem, & promitto quòd in poſterum geram fidem & veram ligantiam ſeu fidelitatem erga Regniæ Cnem & erga hæredes & ſucceſſores eius, ac pro meis viribus tuebor & defendam omnes iuriſdictiones, priuilegia, præeminentias, & auctoritates conceſſas, aut competentes Regniæ Cni, hæredibus & ſucceſſoribus, vel vnitas & annexas Imperiali Coronæ huius Regni, ita me Deus adiuuet, & contenta huius libri.

Et vt etiam inactitetur quòd ſi quis Archiepiſcopus, Epiſcopus, aut alius aliquis Eccleſiaſticus, Officialis vel Miniſter, aut aliquis ex di-

ctis temporalibus Iudicibus, Iuſticiarijs, vel alijs quibuſcunque laicis Officiarijs vel Miniſtris peremptoriè vel obſtinatè recuſauerint præſtare vel recipere dictum iuramentum, quòd tunc qui ſic recuſat, forisfaciet & amittet tantum durante vita, omnem & quamcunque Eccleſiaſticam ac ſpiritualem promotionem, beneficiũ, & officium, & omnem temporalem ac laicam promotionem & officium quæ habet ſolum quando ſic recuſat, & quòd totus titulus, intereſſe, & incumbentia in omni tali promotione, beneficio, aut alio officio, ſeu contra talem perſonam ſolummodo ſic recuſantem, durante eius vita clarè ceſſabũt & caſſa erunt, ac ſit alis perſona ſic recuſans eſſet mortua. Et quòd etiam omnes & ſingulæ perſonæ tales recuſantes accipere dictum iuramentum, immediatè poſt dictam recuſationem, & deinceps durante vitâ, erunt inhabiles ad retinendum vel exercendum aliquod officium, aut promotionem aliam quàm tempore recuſationis habuit, coniunctè, vel in communi cum alia aliqua perſona vel perſonis. Et quòd omnes ac ſingulæ perſonæ quæ deinceps præferentur, promouebuntur, aut quibus con-

Hinc orta eſt recuſãtium Catholicorũ nomẽclatura, quòd recuſẽt ſic iurare vel adire Eccleſias ſchiſmaticas vt infrà habetur Actu ſequẽti.

Sed notandum eſt quòd vltra amiſſionem officiorum, Magiſtratus recuſantes, qui officiũ adminiſtrârunt, incarcerãtur & mulctantur ad beneplacitum Proregis & Concilij, tametſi ſtatutum hoc nullam eiuſmodi pœnam infligat. Idemque eſt de Iuratis recuſantibus, vt pro lege ſtet, & pro ratione voluntas.

Digitized by Google

feretur aliquis Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, aut aliud aliquod Spirituale vel Eccleſiaſticum beneficium, promotio, dignitas, officium, vel miniſterium, aut quæ per C^{tem} tuam, per hæredes vel ſucceſſores tuos præferetur aut promouebitur ad aliquod temporale, aut laicum officiũ, miniſterium, vel ſeruitium intra hoc Regnum, antequam capiat, ſuſcipiet, vtatur, exerceat, ſuppleat, aut occupet aliquem eiuſmodi Archiepiſcopatum, Epiſcopatum, promotionem, dignitatem, miniſterium, officium, vel ſeruitium, ſimiliter præſtabit, recipiet, & emittet dictum corporale iuramentum ſuper Euangeliſtam, coram eiuſmodi perſonis quæ habent, aut habebũt auctoritatem admittẽdi aliquam eiuſmodi perſonam, ad aliquod tale officium, miniſterium, aut ſeruitium; vel aliter coram eiuſmodi perſonis quas T. C^{do}, hæredes vel ſucceſſores, per Cõmiſsionem ſub magno ſigillo Angliæ vel huius Regni, aut per D. Deputatum, vel alium Gubernatorem aut Gubernatores pro tempore exiſtentes, per litteras Patentes eius aut eorum mãdato faciendas ſub magno ſigillo huius Regni, erunt nominati, aſsignati vel conſtituti ad miniſtrandum dictum iuramentum.

Et ſimiliter vt vlterius inactitetur per auctoritatem prædictam, quòd ſi aliqua talis perſona, vel tales perſonæ quæ vllo poſthac tem-

pore promouebuntur, præferentur, aut prouehentur ad aliquam talem promotionem ſpiritualem vel Eccleſiaſticam, beneficium, officium, vel miniſterium, vel quæ per T. Cnem, hæredes, vel ſucceſſores, erunt promotæ, vel prælatæ ad vllum temporale vel laicum Officium, miniſterium, vel ſeruitium, peremptoriè & obſtinatè recuſabit ſuſcipere dictum iuramentum ita miniſtrandum, quòd tunc tales ſic recuſantes incunctanter iudicabuntur inhabiles ipſo iure, ad recipiendum, capeſſendum, vel habendum eandem promotionem ſpiritualem vel Eccleſiaſticam, idem temporale officium, miniſterium, vel ſeruitium in hoc Regno, ad omnem intentionẽ, constructionem & propoſitum.

Hæc pœna extenditur modo in præiudicium Catholicorũ, non ad ſolum officia collatiua quæ S. Maieſtas poteſt ad libitum cõferre, ſed etiam ad officia electiua, quæ pendent ab electione Communitatum, de quibus ſuprà Obſeru. 2. & 3. parte. 1.

Et quòd amplius inactitetur per auctoritatem prædictam, quòd omnes & ſingulæ perſonæ tẽporales ſupplicantes pro ſua liberatione, & emancipatione ex manibus T. Cnis, hæredum vel ſucceſſorum, ante dictam liberationem & emancipationem obtentam & approbatam; & omnes ac ſingulæ perſonæ temporales facientes hominium T. Cni, hæredibus, vel ſucceſſoribus, aut quæ admittentur in ſeruitium Tuæ Cnis, hæredum aut ſucceſſorum, præſtabunt, & ſuſci-

Cum antea remiſſiores eſſent circa iuramentum emancipandorum, modò iuxta Regulas Ciceſtrij in ſua 2. ſuggeſt. politica, magno cum rigore exigitur. Vide S. Obſeru. 15. part. 2. & part. 3. coroll. 2. in fine.

pient dictum corporale iuramentum, corã Domino Cancellario Hiberniæ, vel coram cuſtode magni ſigilli pro tempore, vel coram tali perſona aut perſonis quas T. C^{do}, hæredes vel ſucceſſores, aut D. Deputatus vel alius Gubernator aut Gubernatores huius Regni pro tempore per litteras Patentes mandato ipſius aut ipſorum conficiendas, ſub magno ſigillo huius Regni, cõſtituentur ad acceptandum & recipiendum illud. Et quòd omnes ac ſingulæ perſonæ promouendæ ad ordines, & omnes ac ſingulæ perſonæ ſuſcepturæ aliquem doctrinæ gradum in aliqua vniuerſitate, quæ in poſterum erigetur intra hoc tuum Regnum, antequam ſuſcipiat talem ordinem, vel promoueatur ad talem gradum doctrinæ, præſtabit & ſuſcipiet dictum iuramentum per hunc actum emiſſum, & declaratum, vt ſuprà, coram ſuo Ordinario, Commiſſario, Cancellario, aut vicecancellario, vel eorum ſufficientibus Deputatis in dicta vniuerſitate.

Intruſores vocãtur qui nõ præſtito iuramento adeunt hæreditates. Quo nomine grauiſſimè mulctantur vt latius in 1. ſectione ſacrorum Analectorum declaratum eſt.

Prouiſum verò & inactitatum ſit per prædictam auctoritatem, quòd ſi aliqua perſona, habens aliquem ſtatum hæreditatis, in aliquo temporali officio vel officijs, in poſterum recuſabit peremptoriè & obſtinatè ſuſcipere & præſtare dictum iuramentum vt ſupra, & poſtea aliquo tempore durante ſuà vita libenter offeret ſe ad ſic iurandum, & ita ſuſcipiet

& acceptabit dictum iuramentum coram aliqua perſona, vel aliquibus perſonis habentibus legitimam auctoritatem miniſtrandi illud; quòd tunc omnes & ſingulæ tales perſonæ, ſtatim atque ſuſceperint dictum iuramentum, veſtientur, cenſebuntur, & reputabuntur in tali ſtatu & poſſeßione dicti officij, prout erat ante recuſationem iam dictam, poteritque adminiſtrare, vti, & exercere dictum officium, tali modo & forma ac deberet, & poſſet feciſſe ante ſimilem recuſationem, non obſtante quacunque re in hoc actu contenta in contrarium.

Et pro ſecuriori obſeruatione huius actus, & integra extinctione omnis forinſecæ & vſurpatæ auctoritatis & poteſtatis, placeat T. C[ni] *quòd vlterius inactitetur, per auctoritatem prædictam, quòd omnes & quæcunque perſonæ habitantes in hoc tuo Regno, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, aut gradus fuerint, poſt expirationem* 30. *dierum à determinatione huius Seßionis præſentis Parlamenti, ſcribendo, imprimendo, docendo, prædicando expreßis verbis, opere, vel actu deliberatè, malitioſè, directè, affirmabunt, tenebunt, tuebuntur, publicabunt, ſuſtinebunt & defendent auctoritatem, præéminentiam, poteſtatem, ſeu iuriſdictionem ſpiritualem vel Eccleſiaſticam cuiuſcunque extranei Principis,* Prælati, *Perſonæ, Sta-*

Notanda acerbitas hui⁹ clauſulæ contra quoſcunque Catholicos quomodocũque aſſerẽtes Primatum

Romani Pontificis pro prima tranſgreſſione imponitur pœna confiſcationis omnium bonorum tam mobilium quam immobiliũ. Amiſſionis etiam officiorũ, penſionũ, promotionum. &c Inſuper incarcerationis ad annum. & non ſolũ ipſi recuſantes, ſed etiam receptatores eorum iſtis pœnis ſũt obnoxij.

*tus, vel Potentatus antehac vendicatam, exercitam, ſeu vſurpatam in hoc Regno; aut deliberatè, malitiosè & directè, faciet vel exequetur aliquid pro extollendo, promouendo, publicando, propagando, vel defendendo eandem prætenſam, ſeu vſurpatam iuriſdictionem, poteſtatem, præeminentiam, vel auctoritatem, aut aliquam eius partem; quòd omnes & quæcunque tales perſonæ ſic facientes, & offendẽtes, eorumque receptatores, adiutores, procuratores & conſultores, quando fuerint legitimè de eo conuicti & Rei facti, iuxta debitum ordinem & curſum communium legum huius Regni, pro prima ſua tranſgreſſione mulctabuntur & amittent. T. C*ni*, hæredibus & ſucceſſoribus, omnia ſua bona & catalla, tã realia quam perſonalia: quòd ſi aliqua talis perſona ſic conuicta & addicta, non habuerit ad valorem 20. librarum tempore ſuæ conuictionis & addictionis, quòd tunc perſonæ tales ſic cõuictæ & adiudicatæ, vltra confiſcationem omnium bonorum & catallorum vt ſuprà, ſuſtinebit pœnam incarcerationis per ſpatium vnius integri anni, abſque liberatione vel manucaptione. Et quòd inſuper omnia & ſingula beneficia, præbendæ, & aliæ Eccleſiaſticæ promotiones & dignitates quæcunque omnium & ſingulorum Eccleſiaſticorum ſic*

offendentium, quando fuerint denunciati Rei, ſtatim poſt eiuſmodi denunciationem, prorſus vacabunt ad omnes intentiones & propoſita, ac ſi incumbentes eorum mortui fuiſſent; & quòd patronus ac collator cuiuſcunque talis beneficij, præbendæ, promotionis, & dignitatis, legitimè poßit præſentare illud vel conferre tali modo ac forma, ac ſi illi mortui fuiſſent.

Quòd ſi tales quicunque tranſgreſſores, poſt eiuſmodi conuictionem & iudicium, rurſus faciant vel committant eaſdem offenſas, modo & forma prædicta, & inde conuincantur, vel adiudicentur prout ſuprà, quòd tunc omnes ſic transgredientes, pro tali ſecunda offenſa incurrent pericula, pœnalitates, & confiſcationes ordinatas & prouiſas per ſtatutum prouiſionis & Præmunire factum in Regno Angliæ anno 16. Regni Richardi ſecundi Regis. Quòd ſi aliqui transgreſſores, poſt illam ſecundam conuictionem & iudicium tertia vice cõmittant vel contrahant eandem culpam, & inde legitimè conuicti & iudicati fuerint, vt ſuprà. Quòd talis culpa tunc cenſebitur & adiudicabitur crimen læſæ Maieſtatis: & quòd transgreſſores legitimè conuicti & attincti, iuxta leges huius Regni, patientur pœnam mortis, & alias pœnalitates, confiſcationes, ac damna, prout in ca-

Pro 2. tranſgreſſione incurritur pœna grauior, nẽpe legis Præmunire, per quã perpetuò cõfiſcantur omnia bona mobilia, & fundi etiã per totam vitam tranſgreſſoris, & qui eum interficeret, non haberetur reus mortis.

ſibus læſæ Ma^tis^ per leges huius Regni.

Et quòd vlterius placeat T. C^ni. quòd ſanciatur per auctoritatem prædictam, quòd nulla omnino perſona moleſtetur aut impediatur in iudicio, pro tali offenſa commiſſa vel perpetrata ſolummodo prædicando, docendo vel ſermocinando, niſi inde legitimè indictatus ſit intra ſpatium vnius medij anni à crimine commiſſo. Quòd ſi contigerit aliquem incarcerari pro aliqua offenſa eiuſmodi ſolum prædicando, docendo, vel loquendo commiſſa, & non fuerit de ea indictatus intra ſpatium vnius medij anni proximè poſt offenſam commiſſam vel factam, quòd tunc liberabitur è carcere, & non amplius tenebitur captiuus pro eadem cauſa.

Prouiſum verò ſit & inactitatum per auctoritatem prædictam, quòd iſte actus, & aliquid in eo contentum, nullo modo ſe extendet ad vllam clauſulam, materiam, vel ſententiã contentam, vel ſpecificatam in actu Annullationis facto annis 3. & 4. Philippi & Mariæ Reg. quatenus attingit ſeu concernit aliquam cauſam vel caſum Præmunire, vel facit aut ordinat aliquam materiam ſeu cauſam includi caſu Præmunire, ſed quòd idem eatenus ſolũmodo, quatenus reſpicit vel concernit aliquem caſum, vel cauſam Præmunire ſubſiſtet ac remanebit in pleno vigore & effectu, prout ante

Pro tertia tranſgreſſione cenſetur crimen læſæ Maieſtatis. Et nota iã cœptã eſſe à Iudicibus extendi hãc clauſulam ad eos qui Miſſam audiunt, quaſi hoc ipſo tueãtur externam poteſtatem. ita Petrus Palmerus in ſuo circuitu ſemeſtri elapſa quadrageſima præſentis an. 1617.

Cũ multi ſint ſaluberrimi Actus in fauorem Eccleſiæ

confeſtionem huius actus, non obſtante in cō-trarium quocunque contento in hoc actu.

Prouiſum etiam & inactitatum ſit per au-ctoritatem prædictam, quòd hic actus, aut aliquid in eo contentum, nullo modo ſe exten-det in præiudicium alicuius perſonæ, pro of-fenſa commiſſa vel facta contra tenorem vel ſenſum huius actus vel ſtatuti iam reuiuiſcē-tis per hunc actum ante expirationem 30. die-rum proximè ſequentium finem huius Seſſio-nis Parlamenti, non obſtante quocunque con-tento in hoc actu in contrarium. Quòd ſi con-tingat aliquem ex Proceribus huius Regni accuſari de, vel pro aliqua offenſa, quæ reuiuiſcit, vel efficitur caſus de Præmunire, vel crimen læſæ Ma^tis vi huius actus; quòd talis ſic accuſatus ponetur ad reſpondendum cuili-bet eiuſmodi accuſationi coram tali Magnate creto ex ſāguine Anglicano huius Regni, qualē D. Deputatus, Gubernator vel Gubernatores huius Regni conſtituent ſub magno ſigillo; & quòd diſcuſſio illius cauſæ facienda ſit per Pa-res ſeu æquales ipſius vel ipſorum; & quòd iu-dicium ſit recipiendum ſuper tali diſcuſſione, examine vel cognitione capta per æquales, vel ſuper confeſſione manifeſta Rei, prout in aliȷs criminibus proditionis vel Præmunire fieri conſueuit.

Catholicæ & fidei orthodoxę conditi à Philippo & Maria, tamen in exemplaribus excuſis publica auctoritate, omnes illi ſūt prętermiſſi, ne vel ipſa lectione eorū Catholici percipiāt tantillum ſolaminis.

Digitized by Google

Cautio in futurum vt hac prouiſione ſeu quadā ſerperaſtro vel faſcia vinciātur debiles & vacillantes tibiæ nouelli partus.

Prouiſum porrò & inactitatum ſit vt ſuprà, quòd nullum decretum, Actus, vel determinatio pro aliquo negotio religionis aut cauſa Eccleſiaſtica, habita vel facta per auctoritatē huius Parlamenti acceptabitur, cenſebitur, construetur, aut adiudicabitur, vllo vnquam tempore pro aliquo errore, hæreſi, ſchiſmate aut ſchiſmatica opinione, ordinatione, decreto, ſententia, conſtitutione, vel lege, quocunque in contrarium non obſtante.

Regis Primatis ſeu Proregis Vice-Primatis Bullę & Breuia cuius valoris, & dogmatica eorum deciſio quanti facienda?

Prouiſum ſemper & ſancitum ſit per auctoritatem prædictam, quòd talis perſona vel perſonæ, cui vel quibus T. C^do, hæredes aut ſucceſſores in poſterum, per litteras patentes ſub magno ſigillo Angliæ, vel D. Deputatus Gubernator, aut Gubernatores huius Regni pro tempore per litteras patentes ex eorum mādato conficiendas ſub magno ſigillo Hiberniæ tradent auctoritatem obtinendi, vel exequēdi aliquam iuriſdictionem, poteſtatem, vel auctoritatem ſpiritualem viſitandi, reformandi, ordinandi, vel corrigendi aliquem errorem, hæreſim, ſchiſma, abuſum ſeu enormitatem, virtute huius actus nullatenus habebit auctoritatē vel poteſtatem ordinandi, determinandi, vel iudicandi aliquam materiam vel cauſam eſſe hæreſim, niſi tantummodo eam quæ antehac determinata, ordinata vel iudicata eſt eſſe hære-

Digitized by Google

ſim per auctoritatem canonicarum ſcripturarũ, vel per quatuor prima generalia Concilia, ſeu per aliquod eorum, vel per aliud aliquod generale Concilium, in quo illud ipſum fuit declaratum pro hæreſi per expreſſa & manifeſta verba canonicarum ſcripturarum, vel certè talia quæ in poſterum erunt iudicata, ordinata, & determinata pro hæreſi per inclytam Curiam parlamentarem huius Regni, non obſtantibus in contrarium quibuſcunque in hoc actu contentis.

Ergo primis illis ſęculis, per quatuor prima Concilia generalia in concuſſa ſtetit auctoritas Eccleſię Catholicæ.

Et inſuper ſancitum ſit auctoritate prædicta, quòd nullus in poſterum erit reſtatus vel attinctus de aliqua culpa facta, ordinata, renouata, adiudicata pro tali per hunc actum, niſi fuerint duo vel plures ſufficientes teſtes, qui teſtabuntur & declarabunt dictas offenſas, de quibus reſtaretur, vel reus fieret: & dicti teſtes, vel tot ex eis qui ſuperuiuent, & erunt in hoc Regno, tempore quo in iudicio comparuerit talis reus, producentur facialiter coram ipſo reo ad teſtificandum, & declarandum quidquid dicere poſſunt contra accuſatum, ſi ipſe id requirat.

Nec Regi nec Proregi citra conſensũ Curiæ Parlamẽtaris licebit nouos articulos fidei condere, aut errores vel hæreſes damnare.

Prouiſum & inſuper ſancitum ſit per auctoritatem prædictam, quòd ſi aliquam perſonam vel perſonas poſthac contigerit exhibere aliquod leuamen, ſubſidium, vel ſolatium, aut quocun-

que modo fuerit auxiliator, adiutor, ſeu conſolator alicui perſonæ, vel aliquibus perſonis, quam vel quas in poſterum contigerit offendere in aliqua materia vel caſu de Præmunire, ſeu proditione renouato vel conſtituto per hanc præſentem ordinationem, quòd tunc tale leuamen, ſubſidium, vel ſolatium non cenſebitur pro noxa niſi ſint duo ad minimum ſufficientes teſtes, qui poſſunt ac volent apertè teſtificari & declarare, quòd perſona vel perſonæ, quæ dedit vel dederunt eiuſmodi leuamen, ſubſidium, vel ſolatium, habuerunt notitiam eiuſmodi offenſæ commiſſæ ſeu perpetratæ per talem transgreſſorem eo tempore, quo ab ipſo vel ab ipſis exhibitum vel ſubminiſtratum erat tale leuamen, ſubſidium aut ſolatium, non obſtante in contrariū quacunque re, materia, vel cauſa in hoc ſtatuto contenta.

Hucuſque ſunt verba ſtatuti. Conſtabilito autem Primatu Eccleſiaſtico in capite Reginæ, ac ſucceſſorum eius, & Mytra Diademati appenſa, tranſit inſtar Virginis ſaliaris cum ſceptro, & pariter cum pado paſtorali ad paſcendas oues Dominici gregis, quas deducit in noua paſcua, nouos ritus, nouas preces, nouamque formam adminiſtrandi Sacramenta, veteri vſu & Catholico ri-

tu penitus abrogato, præſcribit auctoritate parlamẽtari. Habetur noua hęc methodus fideliter tranſcripta in Actu qui ſequitur de vniformitate officij Eccleſiaſtici, quæ quia non admittitur à Catholicis, ideo mulctis & pœnis quæ in ſtatuto continentur, obnoxij ſunt, & ad pauperiem rediguntur indies, vltra incarcerationem, & captiuitatem quam pro arbitrio Gubernatorum patiuntur.

Digitized by Google

ACTVS, PRO VNIFORMITATE communium precum, & officij Eccleſiaſtici, atque adminiſtrationis Sacramentorum.

CVM in morte noſtri nuper ſupremi Domini, ac Regis Edouardi 6. remaneret vniformis ritus communis ſeruitij, precum, & adminiſtrationis Sacramentorum, & ceremoniarum in Eccleſia Anglicana, conſtitutus per actum Parlamenti celebrati in eodem Regno Angliæ 5. & 6. annis eiuſdem ſupremi Domini noſtri Regis Ed. 6. qui intitulatus eſt Actus pro vniformitate communium precum & adminiſtrationis Sacramentorum; *qui quidem actus fuit annullatus & abolitus per actũ* P*arlamenti in eodem Regno Angliæ primo anno noſtræ nuper ſupremæ Dominæ Reginæ Mariæ, in magnum detrimentum diuini cultus, & dolorem profeſſorum veritatis Chriſtianæ religionis.*

Mors in olla ex orco reuocata.

Sit igitur ſancitum auctoritate huius Parlamenti, quòd dictus liber, cum ordine ſeruitij, & admi-

niſtrationis ſacramentorum, rituum, & ceremoniarum, vna cum alterationibus, & additionibus eidem adiunctis, & confirmatis hoc præſenti ſtatuto, viribus ſubſiſtent; & à feſto Pentecoſtes proximè ſequentis obtinebunt plenum vigorem & auctoritatem iuxta tenorem & effectum huius ſtatuti.

Et inſuper ſancitum ſit à Regia Maieſtate cũ aſſenſu Dominorum & Communium congregatorum in hoc Parlamento, & ex auctoritate eiuſdem, quòd omnes & ſinguli miniſtri, in quacunque Cathedrali, ſeu parochiali Eccleſia, aut alio loco intra hoc Regnum Hiberniæ, à feſto S. Ioannis Baptiſtæ proximè ſequentis, obligabuntur recitare & adhibere preces matutinas, veſpertinas, celebrationem cœnæ Dominicæ, & adminiſtrationem omnium ſacramentorum, & omnium communium ac ſolemnium officiorum, tali forma & ordine atque exprimitur in memorato libro, ſic publicato auctoritate Parlamenti iam dictis annis 5. & 6. Regni eiuſdem Regis Ed: 6. præter alterationem, & additionem quarundam lectionum vtendarum omni Dominica per annum, & formam litaniarum variatarum & correctarum, & duas ſententias ſolummodo additas in exhibendo Sacramento communicantibus, & non aliud aut aliter.

Et ſi quæcunque perſona, ſiue vicarius, ſiue alius miniſter, qui debet aut tenetur cantare, vel recitare communes preces memoratas in prædicto libro, aut miniſtrare Sacramenta à feſto S. Ioannis Baptiſtæ iam dicti recuſauerit vti dictis communibus precibus, vel miniſtrare Sacramenta in ſua Cathedrali vel parochiali Eccleſia, aut alibi, vt tenetur eadem miniſtrare iuxta ritum & ordinem memoratum & publicatum in eodem libro; aut pertinaciter vel obſtinatè id tuendo, vtetur alio ritu, ordine, ceremonia, forma, aut modo celebrandi cœnam dominicam publicè vel priuatim; vel matutinum, veſperas, adminiſtrationem Sacramentorum, aut alias publicas preces contentas & editas in eodem libro (Publicæ preces, in, & per totum hunc actum, intelliguntur illæ ad quas alij debent venire, vt eas audiant, ſiue in publicis Eccleſiis, ſiue in priuatis Capellis, aut Oratorijs, quæ communiter dicuntur Officium Eccleſiaſticum:) aut prædicabit, declarabit, vel obloquetur in derogationem vel deprauationem eiuſdem libri, aut alicuius rei in eo contentæ, aut alicuius partis eiuſdem, & de eo legitimè fuerit conuictus, iuxta leges huius Regni, per veredictum, ſiue ſententiam duodecim legaliũ hominum, aut per propriam confeſſionem, aut per notoriam euidentiam facti, carebit & pri-

Superſtitionibus falſis religio vera ſubuertitur, quòd Deus omnino nec quæritur nec timetur adhuc inſuper Dei ſeruos & maieſtati ac nomini eius dicatos iniuſtis perſe

uabitur in vſum S. C^nis, hæredũ & ſucceſſorum, pro prima tranſgreſsione, fructibus omnium ſpiritualium beneficiorum aut promotionum, prouenientibus in vno integro anno proximè poſt conuictionem: atque etiam quòd perſona ſic conuicta pro eadem culpa, incarcerabitur per ſex menſes, abſque liberatione vel manucaptione.

* *Quòd ſi aliqua talis perſona poſt primam cõuictionem offenſæ in præmiſsis perpetratæ, rurſus offenderit, & inde in forma prædicta legitimè conuicta fuerit, quòd tunc talis perſona, pro ſecunda ſua transgreſsione, incarcerabitur per ſpatium vnius anni, & prætereà ipſo facto priuabitur omni Eccleſiaſtica dignitate vel promotione, & quòd licebit Patronis & Collatoribus omnium & ſingularum promotionum, ad eaſdem præſentare, & eas conferre, ac ſi mortui fuiſſent ſic offendentes. Quòd ſi aliquis bis conuictus in forma prædicta, tertia vice offenderit in præmiſsis, prout ſuprà, conuictus fuerit, tunc ſic offendens & conuictus tertia vice, ipſo facto priuabitur omnibus ſpiritualibus promotionibus, & tenebitur incarceratus durante vita. Quòd ſi tranſgreſſor & conuictus vt ſuprà, non fuerit beneficiatus, nec habuerit aliquam Eccleſiaſticam promotionem, & tunc idem ſic offendens & conuictus pro prima trãſ-*

cutionibus agitatis ſatis non eſt quod ipſe tu Deum non colis adhuc inſuper eos qui colũt ſacri lega infeſtatione perſequeris Cyprian. ad Demetrian.

* Nota grauem pœnã derogantiam vel obloquẽtium iſti libro precum publicarum, quas alii veri^9 offucias dixerint quam officium Eccleſiaſticum.

greſsione, incarcerabitur per vnum annum proximè poſt dictam conuictionem, abſque liberatione vel manucaptione. Et ſi aliquis non habens Spiritualem promotionem poſt primam conuictionem denuò offenderit in præmiſſis, & legitimè conuictus fuerit prout ſuprà, pro ſecũda transgreſſione incarcerabitur durante vita.

Ordinatur etiam & inactitatur per auctoritatem prædictam, quòd ſi aliquis poſt dictum feſtum S. Iohannis Baptiſtæ, in Comædijs, Ludis, Cantilenis, Rhythmis aut alijs manifeſtis verbis, promet, vel loquetur quidquam in derogationem, deprauationem vel contemptũ eiuſdem libri, aut alicuius rei in illo contentæ, aut alicuius partis eiuſdem, aut publico aliquo opere, facto, vel apertis comminationibus coget cauſabitur, aut alias procurabit vel tuebitur in quacunque perſona, vicario ſeu alio miniſtro Eccleſiaſtico, in aliqua Cathedrali vel parochiali Eccleſia, vel ſacello, aut alio vllo loco canere, vel recitare alias publicas aut ordinarias preces, aut miniſtrare Sacramentum aliquod aliter, ſeu ſub alia forma aut ritu, quàm vt continetur in iam dicto libro, aut aliqua via ex iã dictis illicitè interruperit vel impedierit aliquam perſonam, vicarium, ſeu aliũ miniſtrum, in aliqua Cathedrali vel parochiali Eccleſia aut ſacello, aut vſpiam alibi cantare vel recita-

re publicas & ſolemnes preces, vel miniſtrare quodcunque Sacramentum, eo ritu & modo quo exprimitur in iam dicto libro, Quòd tunc ſinguli ſic legitimè conuicti, modo quo ſuprà, pro prima transgreſſione perſoluent Regiæ Mti, hæredibus & ſucceſſoribus C. Marchas: quòd ſi aliquis ſemel conuictus, denuò offenderit in præmiſſis culpis, & inde conuictus formâ ſuperiùs dictâ, quòd ſic offendens & conuictus pro ſecunda vice perſoluet Regiæ Mti, hæredibus & ſucceſſoribus cccc. Marchas. Et ſi ſecũdò conuictus, tertiò offenderit in ijſdem, legitimè vt ſuprà conuictus, pro tertia vice mulctabitur Reginæ hæredibus & ſucceſſoribus, omnibus ſuis bonis & catallis, & durante tota ſua vita incarcerabitur.

Primæ cõuictionis pœna C. Macharum ſecundæ cccc. March. tertiæ verò omniũ bonorum confiſcatio & carcer perpetuus. In latronibus inquit Cypr. eſt vtcũque aliqua ſcelerum verecundia: auias fauces & deſertas ſolitudines diligunt, & ſic illic delinquitur, vt tamen delinquentium faci-

Et ſi aliquis pro prima offenſâ, vt præmiſſũ eſt, conuictus vt ſuprà non perſoluet ſummam taxatam & debitam vi conuictionis, eò modo & forma quo debet ſolui, intra ſex ſeptimanas poſt conuictionem, quòd tunc omnis ſic conuictus, & nõ ſoluẽs, incarcerabitur per ſpatiũ ſex menſiũ abſque liberatione vel manucaptione.

Et ſi aliquis pro ſecunda transgreſſione in præmiſſis, in forma ſupradicta conuictus, non ſoluerit dictam ſummam ſolui debitam vi conuictionis, & huius ſtatuti formâ & modo quo ſuprà ſoluendam intra ſex ſeptimanas proximas

Digitized by Google

poſt ſecundam conuictionem, quòd tunc omnis ſic conuictus & non ſoluens, pro ſecunda offẽſa incarcerabitur ad vnum annum integrum, abſque liberatione vel manucaptione.

Et quòd ab, & poſt feſtum Sancti Iohannis Baptiſtæ iam dictum, omnes & ſinguli inhabitantes in hoc Regno diligenter & fideliter, nullam habentes legitimam aut rationabilem excuſationem ſe abſentandi, conabuntur frequentare ſuam parochialem Eccleſiam, *aut conſuetum ſacellum, vel ſi legitimè in hoc impediantur, alium aliquem vſitatum locum in quo publicæ preces & cultus diuinus celebrabitur tali tempore, quadrageſima, omnibus Dominicis & alijs diebus ordinatis & conſuetis ſolemnizari pro diebus feſtiuis. Et tunc & ibidem remanere ordinatè, ac ſobriè durante tempore officij prædicationis, aut alterius cultus diuini illic adhibendi & miniſtrandi, ſub pœna diſtrictionis per cenſuras* Eccleſiaſticas, & præterea ſub mulcta 12. argẽteorum in ſingulos offendẽtes, toties quoties exigenda per æditubos ſeu Cuſtodes cuiuſque parochiæ, in qua offenſa committetur, idque in vſum pauperum eiuſdem parochiæ, de bonis prædijs & tenementis talis trãſgreſſoris per viam Pignoris.*

Et pro debita executione huius Exma Reginæ Matas, Domini temporales, & omnes cẽ-

nus tenebris & nocte veletur. Auaritia palã ſæuit, & ipſa audacia ſuatuta, in fori luce abruptæ cupiditatis arma proſtituit ad Demetr.

* Diſtrictio per cenſuras Eccleſiaſticas de quibus hic ſermo eſt, innumera continet grauamina Catholicorum, vt alibi latius in Analect. ſect. 1. Mulcta hęc quæ exigitur propter abſenti ã

munes in hoc Parlamento congregati, in nomine Domini, ſeriò præcipiunt & iniungunt omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs ordinarijs, quod conabuntur ipſi, iuxta vltimam poſſibilitatem ſuæ notitiæ, debitam & fidelem executionem horum vrgere per totas ſuas diœceſes & diſtrictus; prout ipſi reſpondebunt corã Deo, pro omnibus malis & peſtibus, quibus Deus iuſte valeat affligere populum ſuum negligentem hanc bonam & ſalubrem legem.

Et pro auctoritate eorum in hac parte, vlterius inactitatum ſit auctoritate prædicta, quòd omnes & ſinguli, tam Archiepiſcopi, quàm Epiſcopi, & alij eorum officiales exercẽtes Eccleſiaſticam iuriſdictionem, tam in locis exemptis, quàm non exemptis intra ipſorum diœceſes, habebunt plenam poteſtatem & auctoritatem, vi huius actus, reformandi, corrigendi, & coercendi per cenſuras Eccleſiæ, omnes & ſingulos qui offenderint, intra aliquam ex ſuis iuriſdictionibus, vel diœceſibus, poſt dictum feſtum Sancti Iohannis Baptiſtæ, contra hunc actum ſeu ſtatutum, non obſtante quacũque lege, ſtatuto, priuilegio, libertate, prouiſione, antehac facta, habita vel tolerata in cõtrarium.

Sancitum etiam & ordinatum eſt auctoritate prædicta, quòd omnes & ſinguli Iuſticiarij pacis, liberationis carcerum, auditionis & de

in ſingulos dies feſtos & Dominicas, minor eſt alijs ſumptibus qui ſolecedi ſunt; in Scribas commentarienſes & alios Miniſtros; nec collecta relinquitur æditius aut cuſtodibus, ſed in fiſcum redigitur. Puritani ſolas Dominicas celebrãt; ſed in noſtro caſu feſta numerãtur ex kalendario Romano. Notanda cõteſtatio & terminorũ abuſio. Multi ex Miniſtris

terminationis cauſarum, vel Iuſticiarÿ itinerantes ſeu de Aſſiza, habebunt plenam poteſtatem & auctoritatem, in ſingulis ſuis publicis & generalibus Seſſionibus, inquirendi & determinandi, omnes & ſingulas offenſas, quæ commiſſæ, ſeu perpetratæ fuerint, contra quēcunque articulum contentum in hoc actu intra limites commiſſionum ipſis dirigendarum, & faciendi proceſſus pro executione earundem prout facere poſſunt contra quamcunque perſonam, corā ipſis vocatā in iudiciū de quacunque transgreſſione, & legitimè de eadem conuictam.

Prouiſum verò & inactitatum ſit auctoritate prædicta, quòd omnes & ſinguli Archiepiſcopi & Epiſcopi, licitè & liberè poſſint, omni tempore, pro ſuo beneplacito, adiungere & aſſociare ſe vi huius actus iam dictis Iuſticiarÿs pacis, liberationis carcerum, auditionis & determinationis, vel dictis Iuſticiarÿs itinerantibus in qualibet publicâ & generali Seſſione tenenda in aliquo loco ſuæ Diœceſis, propter vel ad inquiſitionem, auditionem & determinationem earundem offenſarum.

Prouiſum verò & inactitatum ſit per auctoritatem prædictam, quòd libri pertinentes ad dictum officium diuinum, procurabuntur & acquirentur, ſumptibus & expenſis ipſorum pa-

habent plures parochias, quandoque tres aut quatuor à ſe valde diſſitas in quibus impoſſibile eſt vt deſeruiāt vno eodemque die; in alijs parochijs Eccleſię sūt pœnitus dirutæ, nec tamē propterea excuſantur Catholici à mulcta ſoluēda, quòd non adeant Eccleſias vel audiant preces publicas vt hîc requiritur. Hoc iam ſæuiſſimè fit per ſingulos ſemeſtres, etiam & trimeſtres conſenſus non ſolum Iudicium itinerantium, ſed etiam Iuſticiariorum pacis.

Digitized by Google

rochianorum cuiuſque parochiæ & Cathedralis Eccleſiæ ante dictum feſtum S. Iohannis Baptiſtæ, & quod omnes illæ parochiales & Cathedrales Eccleſiæ, ſiue alia loca in quibus dicti libri prouidebuntur & acquirentur, ante prædictum feſtum S. Iohannis Baptiſtæ, intra tres ſeptimanas poſt dictorum librorum acquiſitionẽ & procurationẽ, vtentur dicto officio diuino, illudque exequentur iuxta tenorem huius Actus.

Et inſuper ſancitum ſit auctoritate prædicta, quòd nullus vnquam in poſterum impedietur, vel moleſtabitur de, vel pro aliaqui offenſa ſuperius memorata, niſi ſic offendens de ea indictetur in proximis generalibus Seſſionibus, tenendis corã aliquo Iuſticiariò pacis, liberationis carcerum, auditionis & determinationis, vel coram Iuſticiarÿs itinerantibus, proximè poſt aliquam offenſam commiſſam ſeu perpetratam contra tenorem huius actus.

Prouiſum porrò & ordinatum atque inactitatum ſit per auctoritatem prædictam, quod omnes, & ſinguli Domini Parlamenti, pro tertia offenſa memorata, in iudicio arguentur per ſuos Pares, coram tali aliquo Pare huius Regni, ex Anglicano ſanguine, vt per D. Deputatũ, vel alium aliquem Gubernatorem vel Gubernatores huius Regni pro tempore conſtituetur per Commiſsionem ſub magno ſigillo.

Prouiſum etiam, & ordinatum, atque inactitatum ſit per auctoritatem prædictam, quòd Maior Dublinenſis, & omnes alij Maiores, Balliui, vel alij ſummi Officiarij, omnium & ſingularum vrbium, Municipiorum, & oppidorũ incorporatorum in hoc Regno, ad quos Iuſticiarij pacis, vel viſitationis carcerum, vel Aſſiſarum ordinariè non veniunt, habebunt plenam poteſtatem & auctoritatem, vigore huius actus, inquirendi, audiendi, & determinandi de omnibus & ſingulis offenſis prædictis annuatim, intra quindecim dies poſt feſta Paſchatis, & S^ti^ Michaëlis Archangeli, eâ formâ & modo, quo Iuſticiarij pacis, viſitationis carcerum, Aſſiſarum, & auditionis ac determinationis facerent.

Prouiſum verò, & inordinatum, atque inactitatum ſit per auctoritatem prædictam, quòd omnes & ſinguli Archiepiſcopi, Epiſcopi, & ſinguli eorum Cancellarij, Commiſſarij, Archidiaconi, & alij Ordinarij, habentes aliquam peculiarem iuriſdictionẽ Eccleſiaſticam, etiam habebunt plenam poteſtatem, & auctoritatem, vi huius actus, tam inquirendi in ſuis viſitationibus, ſynodis, & alibi intra ſuas iuriſdictiones alio quocunque tempore, & excipiendi accuſationes atque informationes omnium & ſingularum rerum, ſuperius nominatarum, quæ factæ,

Digitized by Google

commiſſæ, ſeu perpetratæ erant, intra limites ſuarum iuriſdictionum & auctoritatũ, & eoſdem puniendi per admonitionem, excommunicationem, ſequeſtrationem, depriuationem, ac per alias cenſuras & proceſſus, eâ formâ quâ antehac fieri conſueuit, in illis caſibus per Eccleſiaſticas Reginæ leges.

Prouiſum ſemper, & inactitatum ſit, quòd quicunque in præmiſsis offendens, pro offenſa antè ſuſtinebit pœnam ab Ordinario, de quo conſtabit per teſtimonium ſub ſigillo eiuſdem Ordinarij, non conuincetur denuo de eadem offenſa coram Iuſticiarijs: Et ſimiliter ſi pœnam antè ſuſcipiet pro dicta prima offenſa à Iuſticiarijs, non recipiet pro eadem offenſa pœnam rurſus ab Ordinario, non obſtante quocunque contento in hac ordinatione in contrarium.

Habitus non facit monachũ. Nec oues debent pelles ſuas deponere etiamſi aliquando eis lupi ſe contegãt. August. l. 2. de Ser. Domini in monte c. 12.

Prouiſum ſemper, & inactitatum ſit, quòd quæcunque Ornamenta Eccleſiæ & Miniſtrorum eius retinebuntur & in vſu erunt, prout in Eccleſia Anglicana erant per auctoritatem Parlamenti ſecundo Anno Regni Edouardi. 6. quouſque aliud ſuperinde decernetur per auctoritatem Reginæ, cum aſſenſu ſuorum Commiſſariorum deputandorum & conſtituendorum ſub magno ſigillo Angliæ, vel huius Regni, pro cauſis Eccleſiaſticis, vel per D. Deputatum, aut alium Gubernatorem vel Gubernatores huius

Regni pro tempore exiſtentes, ex aſſenſu Concilij priuati huius Regni, ſub magno ſigillo huius Regni. Et inſuper ſi contingat aliquem contemptum vel irreuerentiam committi in ceremonijs vel ritibus Eccleſiæ, abutendo ordinationibus præſcriptis in iſto libro, Regia Majeſtas per ſimilem aſſenſum ſuorum Commiſſariorum vel Dominus Deputatus, aut alius Gubernator ſeu Gubernatores huius Regni pro tẽpore, poſsint, cum aſſenſu Concilij huius Regni, ordinare & publicare tales vlteriores ceremonias ac ritus, qui maximè ſeruire queant pro exaltanda gloria Dei, pro ædificanda hac Eccleſia, & debita reuerentia ſacrorum Miſteriorum & Sacramentorum Chriſti.

Et inſuper ſancitum ſit auctoritate prædicta, quòd omnes leges, ſtatuta, & ordinationes, in quibus, vel per quas, aliud aliquod officium Eccleſiaſticum, adminiſtratio Sacramentorum, vel publicæ preces limitatæ, ſtabilitæ, vel editæ ſunt, vt adhibeantur intra hoc Regnum, erunt deinceps euacuatæ penitus, & nullius valoris.

Et quandoquidem in pleriſque locis huius Regni, reperiri non poſſunt Miniſtri Angli, ad ſeruiendum in Eccleſijs, vel locis dedicatis diuino cultui, vel miniſterio Sacramentorum pro populo, & ſi commoda ratio prouiſa eſſet qua poſſent vti precibus, officio, & adminiſtratio-

ne Sacramentorum editis & ſtabilitis per hunc actum, in tali idiomate quòd optimè ipſi intelligerent, debitus Deo cultus inde multum ſublimaretur, & quandoquidem id fieri nequeat in natiua ipſorum lingua, tum propter difficultatem excudēdi illam, tum etiam propter paucitatem eorum qui ſciunt in hoc Regno legere Hibernicos characteres.

Idcirco humillimè ſupplicamus Ma^ti T^a, vt C^nis T^a fauore & regali conſenſu inactitetur, ordinetur, & ſtabiliatur, ac prouideatur auctoritate præſentis Parlamenti, quòd in omni eiuſmodi Eccleſia, ſiue loco vbi publicus miniſter vel presbyter non habet vſum vel notitiam linguæ Anglicanæ, licitum ſit tali publico miniſtro ſeu presbytero recitare & adhibere matutinum, veſperas, celebrationem cœnæ Dominicæ, & adminiſtrationem cuiuſcunque Sacramenti, & publicas ac ſolennes preces in lingua latina, tali ritu ac formâ prout exprimuntur & euulgantur in dicto libro, * *per hunc actum ſtabilito, & iuxta tenorem huius actus; & non aliter, aut alia ratione, quâcunque re expreſſâ & contentâ in hoc actu in contrarium non obſtante.*

* Iā traductus eſt liber precum publicarū in linguā Hibernicam, & excuſus characterib^9 Hibernicis, in nullum propemodū vſum, cū plerique Miniſtri ſint Angli paſſim & inexperti iſtius idiomatis. Aliàs cum Miniſtri eſſent Hiberni qui Anglicè neſciebāt, preces illæ erant Anglicè propoſitę, nunc cum ſint Angli proponūtur Hibernicè. Atque ita turris Babylonicæ fabricatores linguis & labiis confunduntur.

Digitized by Google

XXV. OBSERVATIO.

De pœnalium ſtatutorum exequutione.

PRÆTER iſtos duos actus damniſſimos ſtatui Catholicorum, quibus etiamnum hodie eorum ærumnę recrudeſcunt, & velut Tytij iecur (quod eſt in fabulis (vultureis morſibus exeduntur, illo eodem ſecundo anno Elizabethæ Reginæ, ſub eodē Prorege Thoma Comite Suſſexiæ, (qui paucis antè annis, ſub Philippo & Maria Catholicis Reg. Catholicè adminiſtrauit hoc Regnum; & Parlamentariâ auctoritate, nutu, atque Imperio ſuarum Celſitudinum, abrogauit iniquas leges, ab Henrico. 8. ſancitas) aliæ complures peſtiferæ ordinationes, libertati & iuriſdictioni Eccleſiaſticæ repuguantes, editæ & ſtabilitæ fuerunt: quales ſunt, de primitijs, decimis, ſeu viceſimis beneficiorum etiam impropriatorum (vt vocant) Regali Coronæ, reſtituendis: De collatione ac donatione Epiſcopatuum, & Archiepiſcopatuum per Reginam faciēda:

Digitized by Google

De locis Regularium, ac Dominijs appropriandis eidem Coronæ, & ſimilibus alijs iniquiſſimis ordinationibus, quæ etiam modò obtinent, cōtra ſacros Canones, & Oecumenicorum Conciliorum decreta. Sed illa duo ſtatuta, quę ex ſuis originalibus Anglicanis fideliter huc traducta ſunt, plurimum negotij faceſſunt orthodoxæ fidei cultoribus; illis enim, vnà cum tendiculis Regię prærogatiuæ, maximé innititur aduerſarius, ad noſtros omni iniuriâ grauandos, & exhauriendos.

Sanctiones Parlamentares & prærogatiua Regis in laqueum Catholicis vertūtur.

Et quia ſanctiones illæ, Prorege operante, & Prolocutore (vt fertur) illudēre Catholicis, nec ſanctè ſunt editæ, nec ſanè promulgatæ, aut executioni mancipatæ, vt præ ſe fert veterum vox, & ſeniorum traditio; per multa annorum luſtra, ſub Reginâ legiſlatrice, ſiluit earum obſeruatio, vel ſaltem viluit non obſeruantium animaduerſio; hoc verò factum eſt, ſiue conſcientia fraudulentæ introductionis, ſiue inſurrectionum crebreſcente procella; ſiue conniuentia Principis, & indulgentia Gubérnatorum, allicientium magis per blanditias, & commoditatum illecebras, quàm per

Cōiectura quorundā de pœnalibus ſtatutis quorſum antehac neglecta vel dilata eſſet eorum executio.

D. Chriſtoph. Nugentius Eques auratus corā Rege aſſeruit publicā famā de fraude

ſubintroducendi illorum ſtatutorũ.

terrores & tormenta intonantium. Attamen his ad temporis aliquod interſtitium ita tranſactis, qui proniores erant ad ſæuitiam, redierunt ad ingenium, & nacti opportunitatem atque otium ab armorum ſtrepitu, quod non depoſuerant quidem, ſed alta mente reconditũ tenebant odium Catholicæ religionis, iam tum incipiebant exercere, cum nullã perſentiſcerent formidinis anſam, ſiue ab externâ inuaſione, ſiue à domeſtico tumultu.

Acris inſectatio Catholicorum, per viam commiſsionis, ex prærogatiua Regia.

Itaque proſiliebant cum acrimonia, inſectantes; & inquirentes noſtros Cõmiſſarij delegati in cauſa religionis, freti diplomate quod vocabant Altę commiſſionis; hi minas, & terrores circumferebant, per omnem Regni regionem, qua circuitus ſuos conficiebant; multâ indagine, & ſcrutinio inſidiabantur libertati, & bonis Catholicorum, qui Eccleſias & conciones hæreticas non frequentabant: multi exterriti ſe permittebant ad illa conuenticula abduci; alij nõ pauci intrepidi & immoti perſtiterunt, diuturnum carcerem, & ſpolium bonorum conſtanter perpeſſi; alij denique ſuo ſanguine fidem conſignârunt. Atque

ita,noſter

Digitized by Google

ita noſter numerus (vt ille dixit) *ſub omni grandine creuit.* Confeſſorem Creuæũ; martyrem Hurlæum; alioſque inſignes athletas cõſecuti ſumus, de quibus ſeorſim ſermo erit. Nondum quidquam vel fando auditum, de mandatis citatorijs ſub magno ſigillo; de exauctoratione magiſtratus vrbici & agrarij; de mulctis iuratorum non præſentantium; de Iuriſtarum ablegatione ab vſu forenſi; de abdicatione Iuſticiariorum pacis; de electoribus & electis Catholicis incarcerandis, & mulctandis; de ſubuerſione indigenarum, & ſupplantatione penitus facienda: antea flagris cæſi, nunc Scorpionibus cæduntur vt digitus Roboami præ Salomonis dorſo ingrandeſcere videatur.

Prudentius.

Mandata citatoria auctore vel inſtigatore Iuſticiario Iacobo Leyo: & BrunKero PræſideM. executore.

Breuis enumeratio quorũdam grauaminum quæ latius tractantur in Analectis.

XXVI. OBSERVATIO.

Comparatio modernæ perſecutionis cum priſca.

DVRA erant illa grauamina ſub Elizabetha, de quibus alibi plenius loquendum erit: ſed hæc dura magis & dira quæ experimur, niſi fortè præſentiũ ſẽſus acrior, recordatione prẹteritorum,

moleſtiā generat atrociorem, vti ea quæ cernuntur magis permouent, quàm quæ auditione percipimus.

Sed ingenuè tamen fatendum eſt omnia quæ patimur, ſi comparentur cū his quæ ſuſtinuit Eccleſia primitiuorū, vmbram eſſe ſolummodo, vel ſimulacrum perſecutionis: quòd ſi malitiam huius ætatis, cum mollitie noſtra conferimus, æquat fortaſſe vel ſuperat præſentis tribulationis æſtimatio. *Fidelis autem Deus qui non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere.* Grauiora ſunt quæ Maiores noſtri ſub Henrico octauo ſtatuta pertulerant.

1. Corinth. 10, v. 13.

Acta Parlam. ſub Henr. 8 an. 28. c. 1.

XXVII. OBSERVATIO.

De varijs conatibus ſatagentium fræ-num erroris ex ore eijcere.

IVGVM illud & frœnum erroris multis illi nitebantur excutere; multa moliebantur ne admitterent; multa, vt ori iā iniectum proijcerēt. Conacius Claudus O Neil, Geraldus etiā Geraldi, Comes Kildarieſis generalis Deputatus Hiberniæ, eiuſque filius Thomas Geraldinus

Conacius Claudus O Neil.

Vicedeputatus (vt ex actis Parlamenti liquet) cum ſuis accerſebantur læſæ Majeſtatis: ille quòd in Regem cum exercitu inſurgeret; iſte quòd annueret; hic verò arma cum armatis coniungeret, & pro aſſerendo Regno è poteſtate Regis iam in ſchiſma prolapſi, tumultuarentur.

Thomas Gyraldin⁹ Prodeputatus vice Gyraldi patris Comitis Kildariorum.

Miſſi fuerant à Iacobo Deſmoniæ Comite, annis antegreſſis, Nuncij cum litteris ad Regem Galliarum, incitantes vt copias huc tranſmitteret: poſtea directæ ſunt auctore eodem Thoma Geraldino aliæ litteræ ad ſummum Pontificē Paulum 3. aliæ ad Imperatorē Carolum V. perferrente Archidiacono Kellenſi Carolo Raynaldi, vt ſuppetias illi & auxilia ſubminiſtrarent, pro recuperanda hac Inſula, è manibus ſchiſmatici Regis. Sed vt prior illa, ita & poſterior hæc legatio non ſucceſſit; neque enim Deo viſa eſt idonea illa via perpetrandi quod prætēdebant facinus; vnde non aliud magis inſecutum eſt, quam damnum eorum qui coiuerant, cum infœlici exitu ſuſcepti negotij, & exitio totius ſtirpis aggreſſorum.

Iacobus Deſmoniæ Comes.

Legationes ad Regem Galliarum, ad S. Pontificem ad Imperatorē.

Alia verò induſtria, quâ anteuertendum putabant ſchiſmati & hæreſi, ne

Induſtr ia Catholicorũ in Co-

mitijs ne frœnũ erroris ſub Henr. 8. admitterent.

frœnum erroris in ora ipſis insereretur, maiori prudentia, maturitate, & iudicio niti videbatur; quando in generalibus Comitijs, & publico conſeſſu trium ſtatuum Regni, Procuratores, Cleri, cum ſuis Prælatis, vnâ mente & ſententiâ cõnixi, feriò laborabant vt ſuffragium deciſiuum haberent ipſi procuratores, pro veteri inſtituto Parlamenti, de quo documentis euidentibus conſtat, & ex vetuſtis Comitiorum Rotulis calamo exaratis apparet; quorum autenticum tranſumptum habetur iam inde ſaluum & incolume, ab ipſo primi conqueſtoris Henrici II. æuo; qui formam tradidit cõuocandi Parlamenti, & quibus ex membris conſiſtere debeat; in quorum enumeratione, poſt Proceres Eccleſiaſticos, conſtituit Procuratores Eccleſiarũ, ceu Communes, qui repræſentant corpus totius Cleri: quemadmodum poſt Proceres ſæculares in ordine laicali, Equites, Ciues ac Burgẽſes, repræſentant totum populum Comitatuũ, ciuitatum, atque oppidorum.

Procuratores Cleri olim habuerant vocem in Comitijs.

Cum igitur ſubolfacerent Catholici Commitiales, qui cæteris audaciores & conſtantiores haberi poterant, (præſer-

Digitized by Google

tim verò Antiſtites, quorúm maximè erat aduigilare ſaluti gregis) quo ſtratagemate moliebantur Regales peſſundare vnionem Catholicam, & exterminare obedientiam & poteſtatem Romani Pontificis, pro eadem retinenda firmiter inſiſtebant; quod vt melius aſſequerentur, vtque numerum ſuffragiorum augerent, hoc ſtudebant euincere procuratores, qui ex ſingulis diœceſibus bini mittebantur, vltra dignitarios (Decanum ſaltem & Archidiaconum.) obtinere etiam ipſos vocem votumque in Comitijs debere. *Catholici Comitiles pro Sedis Apoſtolica auctoritate contra Henricum 8. ſe obfirmāt.*

Quorum ſolertiæ vt Rex occurreret, quando iam ſtatuerat auctoritatem Pōtificiam penitus abolere, nouâ, & antea inauditâ ſanctione, præcluſit omnes hos Procuratores à iure ſuffragiorum: vt patet ex Actis ſub Henrico. 8. editis an. 28. ca. 12. fol. 57. quo ex loco non obſcurè intelligitur, ſcopum illius ſtatuti & excluſionis procuratorum eò vergere, ne per eorum operam, iuriſdictio & auctoritas Sedis Apoſtolicæ, ac Romani Pontificis conſeruaretur. *Eorundem conſtantiā quomodo Henr declinârit.*

Sed eualuit miſterium iniquitatis in loco ſancto, & homo peccati, ſumpſit in *2. Theſſ. 2.*

Hēr.VIII. prim° Angliæ Primas. 2. Edouard. eiuſdem filius etiā nū puer.

ſacra Inſula, ſacram tiaram Eccleſiaſtici apicis; donec ipſo per mortem amoto, & tenero ſtolone Edoüardo eandē ſtolam induto, & viam lethi ingreſſo, enatum eſt è radice nondum mortua, germen ſanctum & ſalutare (Reginam Mariam intelligo) quo diuinitus inſito in truncum Auſtriaci ſtemmatis, exſufflatum eſt, cum impio faſtu vſurpatum à laicis faſtigium Eccleſiaſtici Primatus.

Reijcitur à Phil. & Maria Reg.

Noſtris verò & maiorum flagitijs amariorem exigentibus potionem, & diuturniorem vindictam commerentibus, piâ Reginâ præmaturè mortuâ, relapſa eſt Inſula in priſtinam ſentinam; ex qua tametſi multoties conaretur exurgere, magis tamen magiſque depreſſa eſt; & ſi fæcibus peccati non adeò inhæreſcit, tamen facibus exardeſcit, & ſupplicijs inhorreſcit peccatorum; vt verè dici poſſit à Catholico in Hibernia, meritòque ad Dominum cum Pſalmiſta clamari.

Perſecutionis grauitas & diuerſitas.

Pſal. 68. *Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.* Intrauerunt aquæ deſolationis, tribulatio magna nimis, vſq; ad intima oſſa & medullas peruaſit: carceres frequenter, mulctæ ſupra modum, ignominia & dedecus inunda-

uerunt, *Infixus ſum in limo profundi; & non eſt ſubſtantia.* Defuncta Iezabele, non eſt mortuus Rex qui Eliam perſequitur. *Veni in altitudinem maris & tempeſtas demerſit me. laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ, defecerunt oculi mei dum ſpero in Deũ meum.* Altitudo illa maris ferè abſorpſit me, & tẽpeſtas ſub Ciceſtrio deglutiuit animam meam: Clamaui, vt illo mutato, ſuccederet alius mitior, & benignior erga meam orthodoxam profeſſionem, per annos plus minus decem inclamando irracui: ſed quid factum? *Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderunt me gratis. Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè; quæ non rapui tunc exſoluebam. Patres comederunt vuam acerbam & dentes filiorum obſtupeſcunt.* Ezech. 18.

XXVIII. OBSERVATIO.

De ærumnoſa Catholicorum querimonia ad Principes Catholicos.

HAC ipſa hyeme quàm tranſigimus ſicut dolores parturientium, ita multiplicatæ erant noſtrorum ærumnę, quas nec dum vere appropinquante decoximus, vt communi multorum Anti-

ſtitum decreto, viſum fuerit ſupplicationem adornare ad Catholicos in circuitu Principes, ac potiſſimè ad Catholicū Hiſpaniarū Regem, qui notitia noſtrorum grauaminum acceptâ, ſuo interuentu inclinaret Regē noſtrū ad lenitatem.

Cuius ſupplicationis formam, vti tūc pro re nata concipiebatur, quia continet plura querelarum capita, viſum eſt his intexere, vt ſtatum rerum noſtrarum lector melius intelligat.

Forma querimoniæ.

S. C. R. M.

RECOLENTES animis noſtris quāto zelo & beneficentia Catholica Maieſtas veſtra pro ſuo auito & hæreditario iure promouere ſoleat & propagare fidem Catholicam; quamuis afflicti & deiecti, erigimur tamen in ſpem aliquam ſolaminis & ſubleuationis quoties intuemur in illud ſceptrum & diadema vnde & nos ipſi experti ſumus, & maiores noſtri perceperunt refrigeriū in æſtu tribulationis, & fidam in tempeſtate ſtationē. Inſurgit eheu in noſtras ceruices oneroſior quam hactenus calamitas: cōſurgit duplex tribulatio ſolito durior & efferacior.

Perſtāt pleriq; Catholici in profeſſione

Digitized by Google

ſuæ fidei immoti, ſed nō intrepidi: mulctātur plurimi fortunis, nō dico ſuperuacuis, ſed penitus neceſſarijs ad vitā ſuam ſuorūque ſuſtentandam. Orbantur nonnulli communi libertate, qua nihil dulcius hominibus dari aut auferri contingit. Arcentur plerique à conſueta ſacrorum communione, & nec clancularia Sacramentorum vſura impunè frui poſſunt. Parcitur vtcunque fundendo ſanguini, ſed lento facultatum exuctu, & continua virium extenuatione ad miſerrimam paupertatem, haud multò mitiorem ipſa morte contabeſcunt. Numerus Catholicorum vix dum minuitur præter paucos molles & ſubuentaneos, quos fauor dominantium allexit, vel exſufflauit turbo perſecutionis. Corpus ipſum ſi ſpectamus adhuc integrum & illæſum eſt, ſed membra quædam ſterileſcunt: vitis nondum ſuam vitam amiſit, aſt palmites in ea nōnulli exareſcūt.

Quod veremur eſt ne totus diffluat humor vitalis à radice tot ictibus vulnerata, inciſo cortice reciſis ramis, & abſorpta medulla honoris, honeſtatis, cōgrui prouentus, alimoniæ, ſubuentionis ad vitam mediocriter tolerandam,

qua funditus abſumpta, quid procliui⁹ quam vt ipſa, quæ etiamnum integritatem ſuam retinere videtur, Catholicorum ſocietas intereat, & diſſoluatur, aut certè in circumiectam cõtagionem trahatur, prout eos valdè periclitari cernimus, & imis ſenſibus ingemiſcimus.

Ezechiel. 33. Idcirco ne ſubticendo periculi magnitudinem argui mereamur, neue ſilentio noſtro de ſalute animarum ſiue ſecuri ſiue ſupini parumque prouidi in redargutionem Propheticã incidamus, quòd venientem gladium, vel lupum in gregem nobis commiſſum incurſantem nõ altius inclamaremus; pro noſtro munere & ſolicitudine quam gerimus proteſtando denunciamus pio, propitio, & Catholico Regi Hiſpaniarum grauiſſimè laborari à Catholicis in hoc Regno Hiberniæ, ſuſtinendo improperium, contumeliam, diſpendium libertatis & facultatum ne iacturam patiantur Catholicæ religionis.

Et hac noſtra denunciatione ſuppliciter petimus, ſe velit ſequeſtrum dare, & deprecatorem pro noſtræ innocentię & fidei incolumitate, interponendo ſuam auctoritatem apud Regem noſtrũ

Iacobum, quâ flecti ille valeat ad manſuetudinem & lenitatem, ne populo ſuo Hiberniæ fraudi eſſe patiatur diſparitatem profeſſionis fidei, quando illi ſeſe in alijs vitæ officijs & debitæ ſubiectionis muneribus probos & inculpatos oſtendunt. Atque huic petitioni adornãdæ totius cleri nutu & nomine comprecatores ſubſcripſerunt hi qui ſequuntur Antiſtites Hiberniæ.......................

XXIX OBSERVATIO.

De vaticinali viſione Eliæ Prophetæ ſub Rege Achab, & Ieſabele Regina.

EX quibus querimonijs tam luctuoſis quis non intelligat, quantis fluctibus obruatur Catholic⁹ in Hibernia; vt meritò debeat, dimiſſo puero in deſertum, cum Eliâ pergere, & ſupter Iuniperum ſtratus, petere animæ ſuæ vt moriatur. *Sufficiat mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior ſum quam patres mei.*

Verùm dum in vmbra Iuniperi obdormiſcerit Elias, ab Angelo monitus

refecit ſe, & in montem Horeb, ex deſerto formidinis ſe recepit, vbi in ſpelūca poſitus, & poſt puſillum egreſſus trāſitum Domini præſtolabatur. *Et ecce ſermo Domini ad illum, dixitque illi. Quid hîc agis Elia? At ille reſpondit. Zelo zelat⁹ ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael; altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio, & quærunt animam meam, vt auferant eam.*

Verè dereliquerunt filij Iſrael pactū Domini, quando erexerunt vitulos aureos in Bethauen, vt tranſuerterent pedes populorum, à ſemitâ ciuitatis ſanctæ, extra quam profanus eſt qui comederit agnum Paſchalem: verè deſtruxerunt altaria Domini, cum Sancta Sanctorum conculcarent, & pro myſterijs cœleſtibus, ac tremendo corporis Chriſti ſacrificio incruento, repoſuerunt in profana menſa, egenam cœnam, & nuda huius mundi elementa.

Dermicius Hurlaus Archiepiſcopus Caſſellen. Patricius Heli Epiſcopus. Cornelius Douanius Dunen. Epiſcopus.

Verè Prophetas occiderunt, quando Hierarchas, & Sacratos Domino Sacerdotes, Dermicium, Cornelium, Patricium, alioſque illius ſortis, quos poterant comprehendere, affecerunt mortis ſupplicio; & adhuc exiguas illas quæ

ſuperſunt reliquias, auidiſſimè conquirunt, vt lucernam Domini penitus extinguant.
Ob hoc tot diſcurrunt velites, & volones; tot præfecti militares, cum ſuis manipularibus; tot exploratores, & circumforanei nebulones, qui excubant, exquirunt, inuadunt, diripiunt, ſi quẽ deprehenderint ex noſtro cõtubernio. Vix ſunt tuta multis latibula, ſpeluncę, cubilia, ſaltus, & nemora in quibuſdam regiunculis; tot alibi inſultus & irruptiones, tot clancularias indagationes, tot proditiones extimeſcunt, vt quandoque neceſſe ſit, dimiſſo puero, ſoliuagum eſſe, & montes inſidere, vel in paludes ſe abdere.

XXX. OBSERVATIO.

De eiuſdem viſionis quaſi vaticinali expoſitione & accommodatione ad ſtatum Hiberniæ.

SEd quamdiu hæc erunt, & quod ſignum tranſitus Domini? Cum ſe quaſi derelictum ſolum lugeret Elias, iuſſus eſt de ſpelunca egredi, & in mon-

te conſiſtere, dum tranſiret Dominus. Paret ille, & ſigna quæ præmiſit Dominus ſuæ tranſitionis prænuntia, ſingula attonitus obſeruauit. Primo *Spiritus grādis & fortis, ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum; non in Spiritu Dominus; & poſt Spiritum commotio, non in commotione Dominus; & poſt commotionem ignis, non in igne Dominus; & poſt ignem ſibilus auræ tenuis. Quod cum audiſſet Elias operuit vultum ſuum pallio.*

Viſionis quatuor articuli elcidantur.

Domine minores ſumus omnibus tuis miſerationibus. Peccauimus redde tu nobis quidquid tibi placet: tantum nunc libera nos. Vſquequo moraris, vt moriamur? vſquequo expectas, vt expectoremur, & penitus exanimemur! vſquequo retentas tranſitum tuum! an vt amplius tentemur nos, & tranſeamus in interitum. Calix tuus inebrians quam præclarus eſt: Sed tranſeat à nobis calix iſte; non tamen noſtra ſed tua voluntas fiat. Et miſericordia tua ſubſequatur nos, aduerſus eos, qui dicunt exinanite exinanite vſque ad fundamentum in ea. Hoc dicunt voce, hoc opere clamant aduerſarij, vt gentem hanc innoxiam funditus exinaniant, vt & fidem ex cor-

Iudic. 10. v. 15.

dibus eorum & ipſos ex fundis ſuis prorſus exterminent.

Sed ecce Dominus tranſit; iam præceſſerat Spiritus grandis & fortis ſubuertens montes, & conterens petras: ita factum eſt in famoſo illo Dynaſta Iohāne O Nelio, initio Regni Elizabethæ, inſtar ſæuientis procellæ omnia peruadente & populante, qui nec montibus pepercit nec collibus aut petris, diuina pariter & humana miſcens, fraterno ſãguine ſe cruentauit, & Eccleſiam Armacanam ex parte demolitus, incursâ indignatione (vt fertur) Creuæi Antiſtitis, magni aſſertoris Eccleſiaſticæ libertatis, poſt multas ſtrages quas fecit, accitis etiam è Conacia, & Momonia primipilaribus, quos ſui Conſilij participes fecit; deinde poſt probra & opprobria quę contraxit plurima, cum vellet haberi reſtitutor patriæ libertatis, & auitæ religionis, quia non erat de numero eorum per quos ſal⁹ facta eſt in Iſrael; qui ſeminauit ventos non meſſuit niſi turbinem, factus ipſe turbo impellens in parietem, in vindictam cædis antea per eum perpetratæ, à filio paterni ſanguinis vltore Scoto, in rixa Scotorum

1. Articulus accommodatur ad cōmotionem Iohannis O Nelij.

Ricardus Creuaus Primas Regni Hiberniæ excommunicaſſe Iohannem O Naliū. vulgò fertur.

Digitized by Google

& Hibernorum interijt. Itaque non in Spiritu tam præcipiti & præpoſtero Dominus; cuius iudicia recta ſunt, & opera in numero, pondere & menſura.

2. Articulus ad inſurrectionem Iacobi Gyral-

Poſt hunc ſpiritum ſecuta eſt grauis commotio, quam ſuſcitauit in Momonia Iacobus Geraldinus Mauritij filius, cui acceſſit Iohannes Geraldi, Deſmoniæ Comitis Germanus frater, & ipſe poſtmodum Comes Geraldus inſecutus eſt cum multis ſequacibus. In Lagenia verò ſe adiunxerunt Iacobus Vicecomes de Baltinglas, cum Keuannaghijs, Brinnijs, & alijs Nobilibus illius Prouinciæ. Viſa eſt magnis & pijs Principibus cauſa Dei tractari; & quia pro fide bellum ſuſceptum intellexerant, copias etiam auxiliares tranſmiſerunt. Sed propter delicta ſæculi irritus fuit conatus, Deo tunc non decernente ſperatum bellatoribus effectum tribuere, quem in aliud tempus, pro alia generatione, alijs inſtrumentis & modis parandum reſeruauit. Atque ita diſſlatum eſt conſilium illud; diſſiluit in partes opus & cœptum ipſum infœliciter diſſolutum eſt; Neque enim in illa commotione tranſire ad refrigerium noſtrum voluit

Digitized by Google

voluit Dominus qui vtinam his diebus propitius aduеniat, & oriens ex alto lauream perpetui fœderis nuptiali contractu afferat.

Illa verò Geraldinorum commotione ſic præteruecta ſucceſſit ignis omnia latè deuaſtans, dum flamma ferroque omnia populatur Comes Tironenſis, pluſquam decennali bello intercipiens huius inſulæ quietem; multa viſus proſperè aggredi; multis etiam congreſſib᷑ victor: Sed nonnullis victorijs inſoleſcens exercitus, tametſi cohortium anteſignani, & ipſe Gubernator ac ductor exercitus, cauſam prætulerit honorificam reſtituendæ religionis, nec vllam vellet capitulationem admittere cũ Anglis, in qua primariò non ageretur de fide orthodoxa publicè ſtabiliendâ per vniuerſum Regnum. *3. ad Comitem Tironenſem.*

Quia tamen via illa ac violentia tunc exercita non erat ſecundum propoſitũ Dei efficax, cuius occulta ſunt conſilia, iudicia verò abyſſus multa: hinc peccatis hominũ irato Numine fruſtra ſe exerebant vires hominũ; lucẽ quippe illã inacceſſibilẽ, quã Deus inhabitat, in cuius circuitu ſunt nubes & caligo, qui &

tenebras poſuit latibulum ſuum, nulla humani ingenij acies penetrare potuerit, niſi quantum ipſe volet annuere.

Sed exceſſit è vita inclytus Comes, reſponſurus Deo (ſicut totus mundus rationem redditurus eſt) pro totius vitæ decurſu, & mercedem, quam meruit percepturus.

Cum igitur nec in ſpiritu illo vehementi; nec in horrida commotione; nec in ignitis quos diximus conatibus, tranſierit Dominus ad refrigerium & ſolamen huius Regni; nec dubitemus quin futurum ſit, quòd ex his ærũnis & anguſtijs illud aliquando reſpirabit, iam coniectura facienda eſt, ecquiſnam ille ſibilus auræ tenuis quę ſuauiter afflat ſoliuagũ Prophetã, quâ fœliciter adſpirãte vultũ adoperuit, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ veluti iam capturus liberum halitum, & conſpecturus tranſeuntem Dominũ, quẽ metu pendul⁹, & ſuſpirijs anhelus tanta cum longanimitate præſtolabatur.

4. ad tractatum de contractu Principũ.

Vaticinia ſunt ænigmata quouſque impleantur; nec iſtam ego nucem aliter hic enucleo, quam vt veri ſenſus analogiam, adumbrata interpretatione conſequar; & ex plenitudine myſterio-

rum, quæ ſub literali cortice reconduntur, aliquid eruam quod diſſentaneum non ſit altitudini ſignificationis, ac noſtris moribus & temporibus appareat conſentaneum,

Sibilat apud nos circumquaque lętus ille ſuſurrus de matrimonij contractu, inter Galliarum aut verò Hiſpaniarum, & Britanniarum Principes contrahendo; lætus ille ſanè optatiſſimuſque dummodo interpoſitum prudentiæ politicæ lenocinium defæcatam Dei cauſam non obumbret; quam quidem nullus fucus vani & humani prætextus, nullum inuolucrum ciuicæ adminiſtra ionis, nullum artificium ingenio hominis exquiſitum offuſcare aut poteſt aut debet; ſiquidem intimus ille cordium ſcrutator, & renum verè καρδιογνώστης perſpicaciſſimè videat, abſtruſiſſimos pectoris noſtri receſſus; *Pertingens vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus, compagum quoque & medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis: in cuius conſpectu omnia nuda ſunt & aperta.*

4. ad tractatum de contractu Principũ.

Hebr. 4.

Iob. 12.

Et verò quis diffidat, quando hoc matrimonium debitis vtriuſque cõditionibus (annuente ſede Apoſtolica, & in-

Ex coniugio Philippi & Mariæ quã multa ſecuta commoda.

nuentibus Catholicis ſubditis grauamina quæ patiuntur, eorumque certam & ſtabilem medelam accipientibus) ſuccederet, quin cætera bona pariter cum illo peruenire nobis queant? qui conſiderauerit ex coniugio Philippi & Mariæ, olim ſequutam eſſe annullationē & reuocationem omnium Statutorum quæ contra fidem condiderat Henricus 8. eiuſdemque filius & hæres Edouardus: vt quemadmodum tunc, ex conſitione germinis Auſtriaci, cum ſtipite Britannico, Catholicæ libertatis vindicias Maiores noſtri probauerunt; ita nunc è diuerſo, ex conſitione ſurculi Britannici, cum ſtirpe Auſtriaca, parem effectum ſortiamur: quem eo firmiorem & fœliciorem augurari iuuat, quo maior eſt futuræ inter eos prolis apparentia.

Ex coniugio Ethelberti Regis cum Bertha Regina.

Miteſcit quidem arbutus horrida, ſi in generoſum ſtipitem inſeratur, & oblita ſuæ auſteritatis, ex indole trunci maritalis mitia poma producit: Faxit Dominus vt ita nunc in hoc coniugio gratulari poſſint Inſulæ Britannicæ vniuerſæ, vt de Bertha olim cum Ethelberto coniuncta, Anglia eſt gratulata, quando per filiam Regis Chriſtianiſſimi, cum

Digitized by Google

Rege collocatam Pagano, ad fidem perducta eſt Chriſtianam. Quid verò ſi Anglia debeat Franciæ, quòd ad fidem suſcipiendam Chriſtianam, Reginę Chriſtianæ, Chriſtiano ſuo Antiſtite Lietardo adminiculante, præculta fuerit auſpiciis: cur non eidem nunc debeat Hibernia, vt eius adminiculo recuperet, quod Dœmonis inuidia deperdidit?

Sed cùm multa ſint quæ ſpem nobis in iſto negotio videantur ingerere, multa quoque ſuboriuntur indicia trepidationis & diffidentiæ, ne talis aliqua hîc contingat techna vel ſyncretiſmus, qualis apud Euagrium reperitur in Edicto Enotico ſeu Vnitiuo Zenonis Imperatoris, qui ſpecie vnionis & pacificationis, Catholicorum ſubſcriptionem obtinuit, & in eandem profeſſionem cum extraneis eos induxit. A parte tamen Catholica auguramur quidem oculos in capite habituros, nec defuturũ in corde zelum his, qui cauſam tractaturi ſunt vnde honor Dei pendet & fidei Catholicę firmamentum, atque eiuſdẽ in partibus vulneratis reparatio; non ſecus ac orthodoxæ veritatis integritas, eiuſdẽque ſtabilitas integritatis; cum tot milliũ

Animi fluctuatio de ſucceſſu matrimonij.

Lib. contra Conſtan. Auguſtũ poſt medium.

Digitized by Google

populorum ſalute ſecuritateque: Ex aduerſo tamen veremur, cum D. Hillario, paleis aquas tegi, foueas ceſpitibus occultari, & eſcis laqueos ſupponi.

Cauſas benè ſperandi multas multi cōmentantur: ex ipſius primùm rei honeſtate & dignitate; ex Chriſtianiſſimi, Catholicique nominis honore & onere; ex ſummo dedecore & ignominia deſerēdi officii piorum Principum, ſi religionem pietatemque vel nudam proiiciāt; vel prodant indefenſam; ex iudiciorum deniq; Dei conſideratione, qui non pateretur diu multam huiuſmodi proditionem, ſi (quod abſit) ita contingeret ab iis contemni honorem Chriſti, incolumitatem Eccleſiæ, ſecurū Religionis ſtatum, à quibus maximè defendi & cōſeruari debuerat.

Iſta æquabiliter conſiderata fouēt vtcunque animos afflictorū, ne penit9 abſorbeantur ab æſtu incurrentiū in oculos pauorū periculorūque; tametſi in hoc tribulatorum numero non deſint, qui fixius percogitent mala quæ imminent, quā bona, quæ veluti per ſpeculū in ęnigmate contemplātur, quorū Theoria exiliter eos mouet, in tam crebris

ictibus,ac dura & diuturna ærumnarum perpeſſione, quarum ne minimā adhuc mitigationem experiuntur. Spes vanas argutè quiſpiam dixerat eſſe ſomnia vigilantiū; quòd ſi deſperare prohibeat illa vetus imprecatio, quę circūfertur in Peripheria Scuti Regalis, in quo ſymbolum hoc ominosè circumſcriptum eſt, *Diſpereat qui malè ominatur*; non iubemur tamen inde animos magis attollere quàm rei exigit conditio?

Sed dum malè ominari vetamur, vtinā liceret benè animari; vt cum omnino deſperare nolumus, reſpirare poſſimus aliquantiſper, ne perpetuò conflagrem⁹ in fornace ferrea perſecutionis. Dicitur communi verbo, amantes ęquè ac febricitantes delirando ſolere ſibi ſomnia fingere; quòd ne locum habeat in noſtro pręſagio de ἀνάστασιν Religionis, apud D. Anaſtaſiam Nazianzeni, potēs eſt miſericors Dominus dictum & factū reddere, quantumcunque tumultuentur, & ferueant etiamnum Miniſtri Regis noſtri, exagitando miſellum gregē Catholicorū noſtrorum, tondendo facultates, tundendo corpora, deglubendoque viua eorū coria ſeu verius cada-

χραδὶν λήγει. Prouerbialiter,

uera, dum emungunt vitalẽ ſuccum & ſanguinẽ miſerorũ, vt eos pręcipites trahant in Barathrũ illicitę conformitatis.

XXXI. OBSERVATIO.

De ijs quæ ipſum Regem noſtrum mouere debeant ad liberiorem Religionis profeſſionem Catholicis indulgendã.

MAgnum ſemper magnificũque in rebus arduis perplexiſque expediendis momentum obtinuit, tũ Maiorum conſpicua conſtãſque pręluſtratio, tum Minorũ obſequioſa proſperaque aſſectatio: vtrumque pręcellentem non minus quàm pręualidam Religionem, fouendam non effediendam; ornãdam non onerandam perſuadet.

Tertul in Apolog c. 2. Plinius lib. 3. Epi. 23. Euſeb. lib. 4. vita Conſtant. c. 25.

Et quidem ſatis iam omnibus cõſtat, Traianum etiamſi Gentilem Imperatorem, ne Chriſtianorũ in Oriente fieret inquiſitio, nõ obſcurè prohibuiſſe: ſed & Theodoſium ſeniorem, poſtquam Conſtantinus M. turpitudinum dilubra frequẽtari vetuit, tẽpla inſuper Chriſtianis aperuiſſe; in quo de vniuerſo orbe, & Eccleſia Chriſti vniuerſali, optimè meruit

piẽtiſſimus Princeps. Nõne & Theodoricus Rex, quamuis ipſe Arianus, permiſit Catholicis publicum exercitium & loca etiam publica diuino cultui conſecrata? Ita etiam Rotharis Herulorum Arianorum Rex, & ante illum Odoacer Rex, Orthodoxis Epiſcopis multa petentibus benignè indulſit. Quin & vni Epiphanio Ticinenſi roganti, relaxauit tributa, quæ Oreſtes eius frater inclementer impoſuerat.

Vide Theodoret Zonar: Cedrenum & Niceph. lib. 16.

Euod: & Baron. Anno 476.

Et ſanè Alexander Seuerus, in controuerſia Chriſtianorum cum pagano popinariò de poſſeſſione domicilij, quòd iſte in coquinam, illi in Eccleſiam intendebant conuertere, pronunciauit ſatius eſſe Deum ibi quomodocunque coli, quã condimenta parari. De eiuſdem Seueri conſtitutione, & ad Epiſcopos permiſſa per eum appellatione vide Baptiſtam Fulgotium. Quid autem Athalaricus Theodorici ſucceſſor cenſuit, & sãxit in fauorem ſedis Apoſtolicæ, & Cleri Romani; quid ipſe Theodoricus in cauſa Symmachi Pontificis; & de Synodo Palmari, conſtat ex Actis; aguntque illius temporis Hiſtorici: de quibus videre licet apud Bibliothecarium in Ho-

Vide Apoph ſeneri apud Eraſmum.

Lib. 1 c. 1.

norio: & apud Baronium & alios.

Inuicta Hibernorum in fide constãtia.

Quòd autem in hoc negotio, præter exempla, ipſaque rei æquitatem permouere maximè debet, eſt ipſa Hibernorum inuicta in profeſſione fidei conſtãtia, quæ non potuit expugnari, quacunque adhibita vi, vel prudentia politicorum; vt verè triumphare videantur, de omni machinatione intentata ad diruẽdum hoc fidei propugnaculum; in quo ipſi conſtituti ſpectatoribus explicant ſuæ firmitatis vexillum, cui diceres inſcriptum elogium illud, quod initio huius commentarioli memorauimus, *Hiberniam inſulam tenaciſſimam Catholicæ fidei; Gentemque auitæ pietatis & Religionis auidiſſimam retentricem*; quę tunc maximè vicit, quando tot annorum perſequutionibus vinci non potuit.

Variæ ſeducendi artes ſub diuerſis proregibus.

Quid enim non tentârunt principes ſæculi? quid non ipſe Iacobus Rex, poſt quadraginta quatuor annos, quibus Elizabetha regnauerat? Iam agitur annus quaſi decimus ſextus Regni ipſius; tertia iam viciſſitudo eſt Gubernatorum, qui vias & modos variârunt attrahendi hanc Nationem ad innouationem in fide; ſinguli ſatis inſtructi documentis

Regijs ſat ſtrenuè anhelabant ad palmā conſequendā neoteriſmi a ſe dilatandi. Montioyus quidem mollibus lenocinijs & fortibus illecebris animos pertentauit: grauiori inſultu, & diuturniore obſidione pulſauit Ciceſtrius: & qui nunc præeſt Sin Iohānes, ſi ex primitiarū ſpecimine liceat meſſis vbertatem colligere, nos vniuerſos ventilare eum, & exufflare, velle conijcimus; nam vno medio anno ſic dimenſus eſt totam regionem, illis quæ iam notauimus artificijs, ac ſi deſignâſſet religionem noſtram omninò delere; & vno impetu omnes eiuſdē cultores in ſuam naſſam concludere.

Iſta verò tam proiecta eorum violentia, deſperationis fortaſſe argumentum eſt, quâ per noſtros partim declinatâ vijs & modis licitis, partim exantlatâ cum magna rerum ſuarum diſpendio, Deo prouidente poterit cōtingere, vt cum D. Gregorio Nazianzeno, in templo Anaſtaſiæ, in pacis ac reconciliationis ſymbolum Anaſtaſim celebremus, & reſurrectionem Catholicæ profeſſionis.

Digitized by Google

XXXII. OBSERVATIO.

De nouiſsimo Regis Iacobi edicto contra Catholicos.

QVID verò demum, & quouſque ſperare debeamus, nolo meis verbis in alterutram partem ſtatuere; vnuſquiſq; ex ipſo Regis noſtri Edicto (quod hîc attexitur) capiat quod voluerit.

PER REGEM.

Nouiſſimum Regis Iacobi Edictũ contra Catholicos.

Per Fratres reliquorũ ordinũ Religioſos intelligit.

„ QVandoquidem manifeſtè nobis
„ appareat, quòd poſt publicam de-
„ clarationem Regalis noſtræ intentionis
„ & propoſiti conuocandi & tenendi Par-
„ lamenti in illo noſtro Regno Hiberniæ,
„ quidam Pontificij titulares Archiepiſ-
„ copi, Epiſcopi, Decani, Vicarij genera-
„ les, Ieſuitæ, Fratres, ſeminariſtæ & alij
„ presbyteri ordinati per extraneam au-
„ ctoritatem, per diuerſos ex noſtris ſub-
„ ditis recepti & releuati, totum ſuum in-
„ genium & malitiam impenderint ad ani-
„ mandos tales quos ipſi ſeduxerant; vt
„ amplecterentur ſuperſtitionem Eccleſiæ
„ Romanæ, ſeque opponerent aduerſus

Parlamentum iam incœptum illic,& ad- „
uerſus curſum procedendi ibidem. At- „
que inſuper illis perſuaſerunt quòd ex „
eiuſmodi oppoſitione tandem obtine- „
bunt ſaltem conniuentiam, ſi non etiam „
tolerationem Religionis. Vnde multi „
ex noſtris ſubditis ſumpſerunt animos „
& ſpiritus perpetrandi graues contem- „
ptus contra nos,& contra altam curiam „
noſtram Parlamentariam illic. Alij verò „
multi inducti ſunt ad contribuendam „
magnam vim pecuniæ, pro tuendis & „
defendendis ijſdem in ſua contumacia „
& deſpectu noſtri in illa parte, ex quo „
ſecuta eſt magna depauperatio illius „
Regni noſtri. „

Cum igitur clarè perſpiciamus, quòd „
Ieſuitę, Seminariſtę & alij presbyteri ex- „
terna auctoritate ordinati, qui per prius „
edictum noſtrum factum & publicatum „
in illo Regno noſtro Anno tertio Re- „
gni noſtri Angliæ, Franciæ & Hiberniæ, „
Scotiæ verò 39. debuerunt diſcedere ex „
noſtro dicto Regno, neque amplius ſe „
recipere, venire, aut reuerti illuc, non „
ſolum auctores ſunt illarum molitionũ „
& contemptuum quos diximus, ſed prę- „
terea etiam veriſimiliter plura & maiora „

„ mala parituri ſunt ſi permittãtur diutius
„ manere in illo Regno.
„ Idcirco per præſentes declaramus,
„ publicamus & proclamamus, quòd cõ-
„ ſtanter reſoluimus, nunquam nos con-
„ ceſſuros vllam tolerationem aut exerci-
„ tium alterius religionis, quàm quæ con-
„ ſentanea ſit verbo Dei, & iam ſtabilita
„ eſt legibus illius noſtri Regni, quàm ex-
„ preſſè iubemus & præcipimus pro ho-
„ nore & obſequio omnipotentis Dei, vt
„ debitæ executioni mandetur. Et inſuper
„ declaramus, publicamus & proclama-
„ mus, eſtque noſtra Regalis voluntas &
„ præceptum, quòd omnes iam dicti titu-
„ lares, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Decani,
„ Vicarij generales, Ieſuitæ, Fratres, Semi-
„ nariſtæ & alij presbyteri educati in Se-
„ minarijs vltramarinis, & inſtituti vel or-
„ dinati per vllã auctoritatem deriuatam
„ aut deriuari prætenſam à ſede Romana,
„ ante vltimum diem Septembris proxi-
„ mi diſcedant ex illo noſtro Regno Hi-
„ berniæ: Et quòd nullus titularis Archie-
„ piſcopus, Epiſcopus, Decanus, Vica-
„ rius generalis, Ieſuita, Frater, Seminari-
„ ſta aut alius presbyter ordinatus forin-
„ ſeca auctoritate vt dictum eſt, ab & poſt

vltimum diem Septembris proximi ſe »
recipiet, veniet aut reuertetur in illud »
Regnum noſtrum ſub pœna grauiſſimæ »
offenſæ & indignationis noſtræ, & ſub »
alijs pœnis & pœnalitatibus quæ iuſtè »
ijſdem infligi poterunt per leges & ſta- »
tuta illius Regni noſtri. Et ſub ijſdem »
pœnis expreſſè prohibemus omnibus & »
ſingulis noſtris ſubditis intra illud Re- »
gnum, ne quem ſuſcipiant aut releuent »
titularem Archiepiſcopum, Epiſcopum, »
Decanum, Vicarium generalem, Ieſui- »
tam, Fratrem, Seminariſtam, aut alium »
presbyterum inſtitutum vel ordinatum »
vt ſuprà, qui poſt vltimũ diem Septem- »
bris remanebit aut perſiſtet in illo no- »
ſtro Regno, aut illuc, vel in aliquam eius »
partem reuertetur aut veniet, contra »
mentem huius proclamationis. »

Porrò declaramus, publicamus & præ- »
cipimus, quòd ſi quis titularis Archie- »
piſcopus, Epiſcopus, Decanus, Vica- »
rius generalis, Ieſuita, Frater, Seminari- »
ſta vel alius presbyter inſtitutus vel or- »
dinatus vt ſuprà, contumaciter manebit »
aut perſiſtet in illo noſtro Regno Hi- »
berniæ, poſt dictum vltimum diem Sep- »
tembris, aut redibit vel ſe recipiet in »

„ illud aut in aliquam eius partem; vel ſi
„ aliquis ex noſtris ſubditis ſuſcipiet aut
„ releuabit aliquem ex dictis titularibus
„ Archiepiſcopis, Epiſcopis, Decanis, Vi-
„ carijs generalibus, Ieſuitis, Fratribus, Se-
„ minariſtis aut alijs presbyteris ordinatis
„ vt ſuprà, contra ea quæ in hoc edicto
„ noſtro continentur, tunc omnes & ſin-
„ guli noſtri Gubernatores, Vicecomites,
„ Iuſticiarij pacis, Superiores, Præpoſiti,
„ Conſtabularij, cæterique omnes legales
„ noſtri ſubditi in illo Regno, adhibebũt
„ omnem diligentiam & conatum ad ca-
„ piendos omnes & ſingulos tales titula-
„ res Archiepiſcopos, Epiſcopos, Deca-
„ nos, Vicarios generales, Ieſuitas, Fra-
„ tres, Seminariſtas & alios presbyteros
„ ordinatos vt dictum eſt forinſeca aucto-
„ ritate; Ipſoſque omnes & ſingulos cor-
„ poraliter tradere in aliquam ſecuram &
„ arctam cuſtodiam ſeu carcerem, vt noſter
„ locumtenens, Deputatus, aut alius prin-
„ cipalis Gubernator vel Gubernatores
„ pro tempore exiſtentes, cum aſſenſu no
„ ſtri Concilij illius Regni noſtri, ita ſta
„ tuant de eorum punitione prout iuſti
„ tiæ & qualitati culpæ conueniens fueri
„ Prouiſum ſemper ſit, quòd ſiquis e
ill

illis titularibus Archiepiſcopis, Epiſco-
pis, Decanis, Vicarijs generalibus, Ie- "
ſuitis, Fratribus, Seminariſtis presbyte- "
ris, aut alijs presbyteris quibuſcunque "
vt ſuprà, ordinatis, ante iam dictum vl- "
timum diem Septembris, aut intra decē "
dies poſt eius vel eorum aduentum vel "
regreſſum in illud Regnum noſtrū Hi- "
berniæ, ſubmiſerit ſe coram Noſtro lo- "
cum-tenente, Deputato aut alio prima- "
rio Gubernatore dicti Regni pro tem- "
pore, aut coram alio Gubernatore cu- "
iuſcunque prouinciæ intra illud, vel co- "
ram aliquo de noſtro Conciliò ſecreto "
in illo Regno, & deſuper ſeipſos con- "
formauerint, & adibunt Eccleſiam de- "
bitè & ordinatè iuxta tenorem noſtra- "
rum legum iam dictarum, licebit & li- "
citum ſit omnibus & ſingulis eiuſmodi "
Archiepiſcopis, Epiſcopis, Decanis, Vi- "
carijs generalibus, Ieſuitis, Fratribus; "
Seminariſtis & alijs quibuſcunque pres- "
byteris, qui ſe ad hunc modū ſubmittēt "
& conformabunt, manere & morari in "
illo noſtro Regno, vel recipere ſe & re- "
uerti illuc, atque beneficio legum no- "
ſtrarum ac Regalis protectionis tam li- "
berè atque amplè vti & frui, ac vllus alius "

" ex bonis & legalibus noſtris ſubditis,
" quamdiu illi aut eorum aliquis perma-
" nebit in ſua iam dicta conformitate. Da-
" tum in palatio noſtro Vveſtmonaſterięſi
" vltimo die Maij, Anno 12. Regni no-
" ſtri Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hi-
" berniæ, Scotiæ verò 47.

Impreſſum Londini per Robertum BarKerum typographum Excellentiſsimæ Regiæ Maieſtatis. An. D. 1614.

Hucuſque ſunt verba Regis, quæ vtinam ipſe auctor dignaretur exauctorare, cum quibus ego finio hæc noui veris aduerſaria; deprecans finem miſeriarum quibus indies impetimur, ab his qui bonæ menti, fideique noſtræ aduerſantes, bona corporis ex parte auferunt, & bonis fortunę omnibus inſidiantur: vt ſũmus Deus, quemadmodum olim Aſſueri, ita nunc iſtorum erga nos animos ab aſperitate & duritia, ad manſuetudinem & lenitatem traducat.

Eſther. c.

ANALECTORVM

SECVNDA PARS.

EPISTOLA PARÆNETICA

AD REVERENDISSIMVM Patrem, ac Dominum F. Cornelium Douanium, Epiſcopum Dunenſem, & Conrethenſem;

ET SVBINDE

AD OMNES, SIVE DE CLERO, ſiuè de populo Hiberniæ, pro Catholica fide Captiuos, Confeſſores, ac Martyres deſignatos.

Cum notis elucidarijs locorum difficilium, ad calcem adiectis.

PER T. N. PHILADELPHVM.

Nolite amittere confidentiam, quæ magnam habet remunerationem, ad Hebræos c. 12.

Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit. ad Rom. 5.

Digitized by Google

Obſecro eos qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea quæ acciderunt, non ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri.

2. Machabæorum. c. 6. v. 12.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, Cornelio Epiſcopo Dunéſi, perſeuerantiam in Domino precatur & optat. T. N. Philadelphus.

SI mea, quæ perennis erit de tua pietate ſolicitudo, leuare ſolitudinem poſſet, & ſqualorem carceris, quem pro Deo & Chriſto eius inuictâ virtute ſuſtines: aut mens mea, procul licet abducta conſpectui, amori tamen & obſequio mãcipata tuo, ſuſpirijs calẽtibus reficere poſſet ſpiritum tuum, quemadmodum ipſe ſpiritu meo refocillor, & in quotidianis meis laboribus exoneror tædio, quoties de tua ſufferentia recogito; nõ defuiſſet tibi (VENERABILIS ANTISTES) vnde preſſurarũ tuarũ lenimentũ perciperes. *Epiſcopus in carcere detentus fidei cauſa.*

Cæterum ea ſpes eſt de tua animi fortitudine, ac ſpiritus libertate, vt cum maximè deſtitueris mundi huius oble- *Eius in carcere exercitatio.*

mentis, tunc maximè oblecteris in Deo tuo; & quò minus inuolutus infœlici ſeruitute ſæculi, eò liberiùs vberiuſque te exerceas in eorum contemplatione miſteriorum, quibus vita hominis Chriſtiani mirificè paſcitur, & fouetur. Iis enim cogitandis vacare te credo, quibus orthodoxa fides in nobis acuitur, augetur ſincera charitas, & ſpes accenditur immortalitatis illius, quæ rectè viuentibus repromiſſa eſt, tranſacto huius mortalitatis curriculo.

Meditatio de mundi cōtemptu. Et cum ijs ruminandis inſiſtas, quibus vita hæc caduca deſpicitur, contemnuntur honores, voluptates faſtidiuntur, & dura atque aſpera quæque pro Chriſto, mollia atque iucunda exiſtimantur, quid noui, aut improuiſi accidere tibi poſſe putabimus? quæ tribulationis amaritudo, quam non deuorandam putes, & optes, potius quam vt tantillū de gradu tuo, aut fidei firmitate dimouearis?

Secundò iam pro fide in carceratus Epiſcopus. Ecquid vero ſolaminis defuturum tibi opinabimur, qui denuò ijſdem circumſeptus anguſtijs, quibus olim fueras incluſus, per illas quas tunc pertuliſti corporis moleſtias, complanaſti viam dolorum tuorum; & læuigaſti quodam-

modo aſpera illa ſaxa, in quibus nunc recumbendo inclinas feſſos artus; vt membra illa ſenilia, quæ ſponte ſuâ properant ad occaſum, in marmore carcerali, quaſi in lectulo roſis florido, ac plumis obſtipato, gaudeant conquieſcere.

Nunciatum eſt, & longinque nunciatum, neque vanum rumorem ſuſpicor, in illa fatali, an potius fauſtâ dixerim, comprehenſionis tuæ hora, cum ſacris operante te myſterijs, & vnctione ſanctiſſimâ quâ renati in Chriſto, ad Chriſtianam militiam virtute ex alto roborantur, delibutis chriſmate digitis tuis, innocentiſſimum gregem puerorum ſignares, frontique imprimeres cœleſtem characterem, tenebrarum poteſtatibus terribilem, vbi inuolarent in faciem tuã, & te raptarent atrociter inhumani ſatellites, conticuiſſe te, ritu illius manſuetiſſimi agni, qui obmutuit coram tondente ſe, & genas ſacras vellicantibus immotum ſe præbuit. Cumque ex aſtantibus nonnulli pararent vim prohibere, id ne facerent vetuiſti; atque alij dum lytrum redemptionis offerrent, indignum putantes ſi ipſis conſpicientibus, & ferentibus, *Quando & quomodo captus.*

in prædam te tollerent ſpoliumque auferrent nefarij prædones, exclamaſti vt abſiſterent, neque pretio redimerent, aut te fraudarent illo titulo, quem pretio ſanguinis emēdum putares, vt Chriſti eſſes & habereris athleta; pro cuius honore decertando, iam antè ſuſtinueras conflictum, quem ſi morte tua, iam proximus à limine, obſignares, nihil eſſe quod tibi optabilius contingeret.

Præſagiũ mortis Epiſcopi pro religione.

Præſes certaminis.

Vox Hier. ad Pãmachium, & Tertul. vſurpata ſæpiuſculè.

Certè ex iſta tua iterata incluſione, colligimus diuini fauoris manifeſta erga te indicia, vt qui ſuos intimos, per conſummatam patientiam, coronare vt plurimum conſueuit Agonotheta Deus, idem ille nolit te pugilem ſuum, & plebis electæ Præſulem, ex hac mortali lucta & tentationum arena diſcedere, abſque præcipui amoris prærogatiua: Ex quo fiat vt laureolam confeſſionis fidei percipias, & conſtanti exemplo tuo ſic poſteris præluceas, vt qui honorificæ confeſſionis ſceptrum argenteum tyronibus olim prætuliſti, mox auream reſoluendæ carnis tuæ trabeam veteranis relinquas, ipſo, ſi Deo placet, cruore tuo purpurandam.

Digitized by Google

Veteri verbo dicitur, canem veterẽ loro aſſueſcere eſſe difficile; induruit enim contra educantis vocem & imperium, nec feret attrectationem ceruicis, quando vetuſtati veternoſæ, annoſa & fera libertas occalluit: ſin autẽ catulus, cum eſſet arcto pane paſtus, & aqua ad menſuram porrecta, catena reuinctus, nunc ad venationem eductus, nunc iterum recluſus in cuſtodiam, alternando vices, ad nutum heri libertatem ſeruitute, rurſus ſeruitutem libertate cõmutare didicerit, pari promptitudine ſubibit & exuet vinculum, prout vox, aut vultus herilis egrediendum, vel ſubſiſtendum prætulerit: generoſæ parentis non degenerem catulum exhibuiſti te Rme Pater, quando à teneris ferè vnguiculis, exoſus magiſterium præceps iuuenilis tuæ voluntatis, & proprij iudicij periculum, ac probe conſiderans quam vera ſit Iobi ſententia, quod *vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tãquam pullum onagri ſe liberum natum putat*; abdicatis omnium vanitatum illecebris ſubieciſti hominem Deo, teque ipſum in ſaluberrimam humilitatis diſciplinã, in ſchola Seraphica erudiendum tradi-

Cõuerſatio Epiſcopi in virili & iuuenilitate.

Factus religioſus ordinis S. Franciſci.

Iob. 11.

Abdicatio propriæ voluntatis.

diſti, in qua tuam amputare voluntatẽ, ſequi alienam didiciſti. Nam cum eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas vbi ſuperiores volebant, perambulabas vicos & caſtella, ciuitates & oppida, vrbes & agros, inſtar illius, qui pertranſijt benefaciendo & ſanando omnes, & ipſe proficiebas ſanando quos ſanare valueras, & qui voluerunt ſanari exemplo paupertatis tuæ, doctrina & miniſterio tuo, quod omnibus obuium eſſe voluiſti; teque cingebas ipſum, vt ſalutis ſymbolũ communicares, & Sacramenta miniſtrares his qui in tenebris & in vmbra mortis degebant. Iam tunc virilis & vegetus animus ad fatigationem idoneus potuit ferre pondus diei & æſtus, potuit inediam, nuditatẽ, frigus, vigilias aliaſque id genus ærumnas exhaurire: tunc potuiſti velut tubam exaltare vocem tuam, & contra vitioſos hominum mores vociferando, fauces tuas diſtringere; pectus inoffenſum, firma latera, ſpiritus celeres ſufferebant iſtos labores, & ſuggerebãt audendi vires quæ in iſto effœto corpore, licet ad alia aptæ, ad illa tamen omnia quæ dixi audenda vix sũt idoneæ. Tu igitur qui tunc cingebas te,

Iohan. 21.

Prædicatio & Sacramentorum miniſtratio.

Iſa. 58. a. 1.

Ioh. 21.

Pſal. 44.

& ſuper femur tuum, gladio diuini verbi, ad concionandum accingebaris, modò cum ſenueris alius te cinxit, & abductus es eò fortaſſe loci, in quo morte tua clarificaturus ſis Deum. Macte animo generoſe ſenex, & qui in aurora ætatis, familiæ ſanctiſſimæ te inſtituendum addixiſti, in meridie virilis ætatis euectus fuiſti ad hierarchicum apicem, vnde tuæ virtutis radios latius diffunderes, nunc in ſenili crepuſculo, quidquid veſper ſerus aduehat, te ipſum para, vt non tantum in Domino, ſed etiam pro Domino moriaris. *D. Bernardus dicit cõfeſſores in Domino, martyres pro Domino mori.*

Docilem te catulum præbuiſti, qui cõtra vitia elatrare olim tam peritè noueris, qui contra flagitioſos intonare vt ſe corrigerent, & vbi ſe correxiſſent detonare didiceras, ſi mane comedens prędam, crudiebaris viſione proto-apoſtoli, quotquot in pleno myſterijs linteo, per quatuor ſũmitates demiſſo, cõtinebantur immunda animalia, quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli occidere & manducare; ex tam opiparo & pingui conuiuio ſaturatus, diuide nobis veſperi ſpolia quibus & nos refecti, audeamus currere in odorem vn- *Geneſ. 49.* *Actor. 10.* *Gen. 49.* *Cantic. 1.*

2. Corint. 15. & 16. guentorum tuorum. Chriſti enim bonum odorem te eſſe & fore confidimus, in ijs qui ſalui fiunt, & in iis qui pereunt, aliis quidem odorem mortis in mortē, aliis autem odorem vitæ in vitam.

Carceris incommoda, cœleſtium cogitatione ſubleuantur.

Et ſiquando te offenderit fœtor illius loci, vel anguſtia, vel ſolitudo tua, vel cætera clauſuræ incommoda, tunc animo ſuccurrat tuo, *id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis*. 2. Corint. 4. v. 17. Succurrant animo ſpatia illa ſpecioſa, amœna, cœleſtia, in quę eo pleniùs funditur & extenditur liberiùs ſpiritus, quo arctiùs ſtringeris corpore, & preſſius in iſta carceris cauea concluderis, quam pro negotio fidei ne ab ea recederes, ſubiiſti. Porrò quibuſcunque hic ærumnis conficimur, quamdiu præcordia charitate distenduntur, non poſſumus de anguſtia conqueri: intra nos habemus ſpatia ampla & immēſa, in quibus ambulationes noſtras decurrere, & ſpiritu exſpatiari poſſumus. *Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum*, inquit regius vates: quiſquis autem conſcientiæ ſecuritate deſtitutus, iſta de qua loquimur ſpiritus li- Pſal. 118. 32.

bertate caruerit, vadat & volitet, currat & diſcurrat per ambitum vniuerſi, vehatur ſuper pennas ventorum, tandem tādem mancipium dolorum eſt, & quouis ergaſtulario miſerior. Non poteſt liber eſſe quiſquis peccato ſeruierit; nec dicendus eſt ſeruus aut ſolitarius quiſquis congreſſu Dei ſui, velut alter Enoch perfruitur. Num ſolitarium illum, an potius optimè comitatum putabimus, cui nunquam deerit, ſi velit, angelica tutela, & cum omnibus ſanctis in Eccleſia militanti quædam operum communio, & meritorum ac ſatisfactionum communicatio intercedit: imò & cum ipſa triumphanti curia per gubernii ſubalternationem magna quædam animorum & affectuum conſociatio.

Pſal. 103.

Vera libertas quæ ſit. & vera ſeruitus ac ſolitudo.

Quod diuinitus conceſſum Sancto Benedicto legimus, id nobis ſi daretur intueri, aut fas eſſet optare, vt quaſi ſub vno radio collectam vniuerſi Sphæram conſpiceremus, omneſque homines vndequaque diſperſos, vel eos tantummodo qui intra eandem Eccleſiam Catholicam vitaliter nobiſcum ſunt conſtituti, ſeſeque inuicem precibus, aliiſque ſacris opitulationibus fulciunt, vno ictu

Vide S. Greg. M. 2. Dial.

Solatium Catholicorum ex cauſa pro qua patiuntur & ex præſidio Dei.

4. Reg. 6. v. 17. oculi contueremur; aut cum Elizæi famulo, cerneremus in articulo temporis currus illos & caſtra cœleſtia atque exercitum angelorum, in auxilium noſtrum, cõtra hoſtilem impetum promptiſſimè occurrentem, nonne magno & excelſo animo deberemus eſſe in quantacunque corporum noſtrorum depreſſione, & cum eodem Propheta vocẽ attollendo dicere, plures ſunt nobiſcum quàm contra nos: Imo & melior eſt cauſa noſtra quam impugnantium nos, vt vel ſolá cauſæ & conſcientiæ noſtræ fiduciâ, perrumpere difficultates omnes, & aduerſa tolerare debeamus. Fœteat aliis carcer ſuus, ſed non tibi, cui fœdum nihil aut fœtidum eſſe conuenit, præter labem conſcientiæ, quæ ſi ex cõmuni fragilitate, aut hominum commercio vlla vel minima adhæreſcat, ipſi te vuidi & anguſti parietes incitabunt ad ſalutiferum fletum, quo & maculæ expientur, & ignis poſthumus exſtinguatur.

Carcer ad pœnitentiam excitat.

Comparatio inter carcerem & mundũ.

Liceat mihi, benedicte Præſul, iiſdem te affari vocibus, quibus Tertullianus Apoſtolicorum vicinus temporum, ſui æui confeſſores alloquebatur.

Si recogites ipſum magis mundum carcerem eſſe, exiſſe te è carcere, quàm in carcerem introiſſe intelligemus. Maiores tenebras habet mundus, quæ hominum præcordia excœcant: grauiores catenas induit mundus, quæ ipſas animas hominum conſtringunt: peiores immunditias exſpirat mundus, libidines hominum: plures poſtremò mundus reos continet, ſcilicet vniuerſum genus hominum. Iudicium denique nõ Proconſulis, ſed Dei ſuſtinet, habet tenebras, ſed lumen es ipſe, habet vincula, ſed tu ſolutus es Deo: triſte illic exſpirat, ſed tu odor es ſuauitatis: Iudex exſpectatur de Iudicibus, ſed tu es de Iudicibus ipſis iudicaturus: contriſtatur illic qui fructũ ſæculi ſuſpirat. Chriſtianus (multò magis Catholcus & Religioſ9 Antiſtes) etiã extra carcerẽ ſæculo renunciauit; in carcere autẽ etiam carceri. Nihil intereſt vbi ſis in ſæculo, qui etiam extra ſæculum es; & ſi aliqua amiſiſti vitæ gaudia, negotiatio eſt aliquid amittere, vt maiora lucreris.

Lib. ad Martyres, c. 2.

Sap. 3.

Ipſam interim conuerſationem ſęculi & carceris comparemus, ſi non plus in carcere ſpiritus acquirit quã caro amit-

Conuerſatio ſæculi & carceris inter ſe cõparantur.

" tit. Imo & quæ iuſta ſunt caro non amit-
" tit per curam Eccleſiæ & Agapen fratrũ,
" ac liberalem commiſerationem iſthîc
" cõmorantiũ Catholicorum: & inſuper
" quę ſemper vtilia fidei ſunt, ſpiritus adi-
" piſcitur. Vacas Deo, & menti tuæ virtu-
" tibus excolendæ; non audis obſcœnas
" ſcurrilitates, ſtupra, libidines, latroci-
" nia; non ſolicitaris ad crapulam, ebrie-
" tatem, turpiloquium: aſpectus iſtorũ
" acriùs mentem commouet quam nuda
" recordatio.

Triste ſpectaculum cœnobiorũ per Hiberniam dirutorum.

Ecce non vides ea quæ à nobis ſine ſummo animi mœrore videri non poſſunt, ſacra conculcata, ſacraria diruta; ſubuerſa cœnobia, expilata, direpta; & loca illa dicata Deo, in quibus diuinæ laudes diu noctuque reſonabant, nunc vel exæquata ſolo, vel in cauponum tabernas, vel in lenonum proſtibula, aut in ſtabula beſtiarum commutata.

Vide D. Bernardũ in vita S. Malach. vbi de Benchorenſi agit monaſterio.

Eheu nec ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi: non accedunt eò fœlicis iſtius Arabię negotiatores, qui Regni cœleſtis margaritam quęrentes, omnia vendiderunt, res ſuas & ſpes omnes, & quæ habebant, & quæ ſperabant poſthabentes ſaluti animæ, renun-

Iſa. 13. v. 13.

Deſcribitur miſe- ... fa-

renunciârunt ſæculo, vt nudi nudum Chriſtum ſequerentur propius, & tentoria ſua figerent iuxta tabernacula Cedar. Non cernis ordinis tui monaſteria deiecta, & qui in oculos incurrunt noſtrorum hominum qui per mundũ prodeunt calones, coquos, & aſſeclas, in locum ſuccedere Æditorum, exorciſtarũ, lectorũ: pro Archimandritis autem, & regularium cœtu, quæſtores ærarios, aduocatos fiſcales, & turbam notariorum: In vicem pſalmodiæ & ſacrorum hymnorum, ſubintrâſſe nænias, epithalamia, & Bacchicos Pœanas: pro cereis in altari accenſis, pro fumigatione thuris in honorem Dei, tædas coniugales, & nidorem fumi Nicoſiani (vulgò nominatur Tabaco). Heu nec ibi Arabes .i. conuerſi ponunt tentoria; nec paſtor accubans inter terminos populorum, qui gregem deducat ad paſcua vitæ, & ad caulas reducat. Sed quid? *Requieſcent ibi, & replebuntur domus eorum Draconibus, & habitabunt ibi Struthiones, & piloſi ſaltabunt ibi, & reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eorum, & Syrenes in delubris voluptatum.* Submotus es ab iſtorum in-

cies Monaſteriorum poſt ſchiſma Anglicanum.

Luc. 14.

Cantic. 1.

Monaſteria Franciſcanorũ, & aliorũ

Deploranda ſacrorum commutatio.

Gen. 49.

Iohan. 10. 6. 9. & 10.

Eſai. 13.

Digitized by Google

Noua hæreticorum Iconomachia. tuitu, intra cancellos & repagula tua conſtitutus.

Denique non cernis quæ paſſim fiāt à nouis iconoclaſtis ſacrarum imaginū exterminia. Conquiruntur & cremantur ſacræ ſtatuæ, & in multis iam vicis & pagis, quidquid olim ab incendio ſubduxerat priſca patrum pietas, quidquid in latebras abdiderat, quidquid ſeruauerat, aut ſcalpello ductum, aut adumbratum penicillo aut plaſmate figuratum, quidquid vſpiam eſt quo mēs humana poſſit aſſurgere in laudem Dei diuorumque memoriam, per conſuetā veteribus repræſentationem, quæcunque & cuiuſcunque ſancti effigies reperitur, quomodocunque in Prototypum referatur veneratio, dummodo frequentetur, aut vel minima exhibeatur reuerentia, corripitur is qui veneratur, & quod ad venerandum excitabat, igni corrumpitur. Nolo hîc recentia commemorare exempla: nolo caſtigationē diuinitus inflictam attexere, quâ nefarij iſti iconomachi ſacrorum profanatores, hiſce diebus, & in conſpectu ſolis huius, dum funeſtam manum inijcerēt detrahendis imaginibus, membrorum

In Dunmerio, Dunfert, Knoctofer Diœc. Oſſorien. & alibi.

Vindicta Dei in modernos iconoclaſtas in Hibernia.

In Vltonia de qua infrà in notis ad calcem adiectis.

vſu primùm, deinde quia pertinaces in violando, etiam vita mulctati perhibẽtur. Non te putemus fœlicem, qui extra aleam poſitus, ſiquid iſtorum tenui auditione perceperis, tanquam in arce ſecurus, ſpecularis iſtos fortunæ luſus, & velut in ſcopulo, rides frementes & tumidos fluctus, qui priuſquam ad te peruenire poſſint, franguntur, & fugiunt?

Quid ſi, tanquam in raptu Sabinarum, aut videres trepidam fugam, aut audires mœſtam vociferationem vlulantiũ fœminarum, quæ proximis diebus, ſtimulatæ ſpiritu pœnitudinis, quo ſibi propitiarent Deum, ſordeſque animorum fletu diluerent, profectæ ad Inſulã quam vocant viuentium, dum inibi, vt fit, ſua nudipedalia ſacroſque circuitus conficerent, in multo planctu & carnis maceratione, nonne toto corpore perhorreſceres, ſi te inſpectante, grex ille innocuus ouicularum Chriſti, inuaderetur ab infeſto luporum agmine, è proxima militum barbarorum ſtatione, à quibus obſeſſæ, concuſſæ, terrefactæ, dum caſtitatem vita ſibi chariorem tue-

Fœminæ ob deuotionem malè ab hæreticis militibus mulctantur.

Circa peruigiliam dedicationis S. Michaelis, quo tempore conceſſæ ſunt Indulgentiæ à ſede Ap. viſitantibus illum locũ.

Peregrinationi deſtinata eſt Inſula hæc

Hh ij

in collimitio Diœc. Oſſorien & Laonenſis ſita, & in ea monaſterium.

rentur, exuuias dimiſêre prædonibus, & multas verborum ac verberum iniurias, à lenocinantibus retulerunt, quòd eorum libidinibus reſiſterent.* Audires caſtas matronas pro coniugali pudicitia, intactas puellas pro integritatis honore, omnes vna voce exclamantes, impudicitiæ labem apud ipſas atrociorẽ omni pœna & omni morte reputari. Cruciate, torquete, damnate, atterite nos flagris, probatio innocentię noſtrę eſt iniquitas veſtra. Diceres in vno iſto conflictu, & Ioſephi palmam in abiectione veſtis, & Vrſulini* exercitus victoriam non expugnata caſtitate eualuiſſe.

** Fœminarum pro pudicitia certamen.*

Geneſ. 39. v. 12.

* Diſcruciarent vtique animum tuum afflictarum ſpectacula fœminarum, & collium iſtorum compugnantium ſtrepitus te magis offenderet, quàm tota pedum ac plantarum tuarum laceratio, & frigidus ille ſudor quem largiter emiſiſti, cum ipſe anno præterito laborioſã illam peregrinationem obires, & pœnè deficeres in ipſa geniculatione, quæ

** Sancta Vrſula cũ ſodalibus ex quibus Hibernas fuiſſe aliquot incredibile non eſt, vti & Flandras quidam exiſtimant, de quo vide Molanum in Natalibus Sanctorum Belgij. die 22. Octob. n. 2. & Petr. Ribadineiram in ſuo tom. cui titulus eſt flos ſanctorum 22. Oct.*

** Aſpera peregrinatio Epiſcopi. Eſa. 37. v. 26.*

Digitized by Google

quam acerba ſit in locis arenoſis & aſperis ſanctæ ſtationis, præſertim cum nuda, diuturna, & multiplex fuerit, nemo qui Inſulam ipſam adiuit, id ignorauerit.

Tu igitur qui hos quos dixi labores, quamuis magnos & amaros, tam nuper, & tam fortiter in illa ætate ferre potueras, quidni perferas ærumnas carceris, ſi tamen ærumnoſum putabimus liberari tot occaſionibus ſcandalorum, tot peccandi tentationibus, quibus libertas ſæculi abundat.

*Carcer confeſſorũ Chriſti æquiparatur eremo, in qua Chriſtus & Propheta, Lib. ad martyres.

Hoc præſtat carcer Chriſtiano, quod eremus Prophetis, inquit Septimius. * Ipſe Dominus in receſſu frequentius agebat, vt liberius oraret, vt ſæculo cederet: gloriam denique ſuam diſcipulis in ſolitudine monſtrauit. Prætende & tu nobis viam patientiæ quam imitemur, fortitudinis quam amplectamur, conſtantiæ & pietatis, quam in noſtris penetralibus teneamus; habemus ſiquidem & noſtros etiam nos receſſus, noſtra ſepta & carceres quibus à publico prohibeamur. Neque enim tutum nobis aut honorificum, niſi proximorum

Etiam qui adhuc liberi ſunt ſacerdotes Catholici, habent ſuos carceres & anguſtias.

De his edictis & ſcrutinijs infrà in notis agetur.

charitas vrgeat, proſilire in apertam lucem, vbi huius mundi ſapientes, ſcribę, conquiſitores huius ſæculi omnia contra nos commouent: & per edicta, per comminationes, per ſcrutinia, per varias nocendi artes explorant ſedulò & exquirant nos, vt calicem exitij, aut quod mitius, exilij perpetui nobis ab antiquo paratum exhauriamus.

Alludit ad perſecutionem Leianam & Bruncardicam, de qua alibi.

Sed defecerunt olim ſcrutantes ſcrutinio; & exquiſitior quæque crudelitas eorum illecebra magis eſt religionis noſtræ. Plures efficimur quoties metimur ab eis, plures accedimus quoties proſcribimur, & ipſa proſcriptione numerus noſter propagatur. *Ita quippe ager Dominicus ſemper lætiore ſegete veſtitur, dum grana quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur.*

Leo Sermone I. de Natiu. Pet. & Paul.

Ad multa conducit perſecutio.

Si omnia nobis ſolutiſſima forent, & liberrima, tamen ſpiritui reficiendo expediret à ſtrepitu mundi recedere: fœlix enim neceſſitas quæ ad meliora nos adigit. Auferamus igitur carceris nomen, ſeceſſum vocemus; & ſi corpus includitur, etſi caro detinetur, omnia ſpiritui patent. Vagare ſpiritu, ſpatiare ſpiritu, & non ſtadia opaca aut porti-

Digitized by Google

cus longas, non areas hortenſes, non arenas littorales non campeſtres ſemitas, non detritos mundi calles proponens tibi, ſed illam viam lacteam & lætitia plenam, quæ ad Deum ducit. Quoties eam ſpiritu deambulaueris toties in carcere non eris. Nihil crus ſentit in neruo, nihil in compedibus tibia, cum animus in cœlo eſt, & cum cœlitibus inhabitat. Totum hominem animus circumfert & quo velit transfert: Vbi autem erit cor tuum, illic erit & theſaurus. *Matth. 6.*

Vicecomites Dublinenſes in carcerem detruſi propter fidem.

Cernis Vicecomites Vrbanos, dulciſſimos comites clauſtri tui, qui eadem causâ fidei in clauſuram coniecti, licet cura vxoris, liberorum & rei familiaris impliciti, à quibus oneribus tuum iudicium & vocationis optio te liberauit, tamen ita onuſti illi, non minus expediti ſunt ad ignominiam crucis ſufferendam, quàm qui nulla huius vitæ ſolicitudine tanguntur. Ipſi enim in ſchola Chriſtianæ perfectionis edocti, quod initiati promiſerunt ſæculo renunciare, id non tantum verbis, ſed multò ma-

Digitized by Google

gis factis eſſe præſtandum didicerunt?
Noluerunt vtique eſſe de illius inſipientis contubernio, de quo dicitur cum veniente tentatione magis iſta temporalia metueret amittere, quàm Chriſtum negare, ecce homo qui cœpit ædificare, & non potuit conſummare: Neque ſibi militandum putârunt ſub alterius illius, ſed fatui bellatoris ſigno, qui cum adhuc longè eſſet aduerſarius eius, legationem mittens, rogat ea quæ pacis ſunt, id eſt nondum affligente ſed adhuc imminente ac minante tentatione, vt ijs non careat quæ plus diligit, ad relinquendum Chriſtum negandumque conſentit. Nam multi ſunt tales, Auguſtino teſte, qui ad augendas opes, & multiplicanda delectamenta terrena, putant ſibi religionem Chriſtianam ſuffragari debere: Sed non ſunt tales diuites Chriſtiani, qui licet iſta teneant, non tamen ab eis ita tenentur, vt hæc Chriſto anteponant, quia veraci corde ſæculo renunciârunt, vt nullam ſpẽ in talibus ponant.

Lucæ c. 14. *Luc. ibid.* *Epiſt. 89. quæſt. 4.*

Et cum his veracibus Chriſtianæ fi-

dei cultoribus, noſtros illos Vicecomites, & ſimiles alios meritò numerabimus, ſi in finem fortes & inuicti perdurauerint, ne ab illa excidant corona iuſtitiæ, quæ ſolis perſeuerantibus eſt certiſſimè repoſita. Vocati ſiquidem ſumus ad militiam Dei viui, iam tunc cum in
„ Sacramẽti verba reſpõdimus.[1] Nemo
„ miles ad bellũ cum delicijs venit, nec
„ de cubiculo ad aciẽ procedit, ſed de
„ papilionibus expeditis & ſubſtrictis,
„ (verba sũt Tertulliani)[2] vbi omnis
„ duritia & inſuauitas cõſtitit: Etiã in pa-
„ ce, labore & incommodis bellũ pati
„ iam ediſcunt, in armis deãbulando,
„ cãpum decurrendo, foſſam moliẽdo,
„ teſtudinem deſiccãdo: Sudore omnia
„ conſtant, ne corpora atq; animi expa-
„ ueſcant. De vmbra ad ſolẽ, de ſole ad
„ cœlũ, de tunica ad loricam, de ſilentio
„ ad clamorem, de quiete ad tumul-
„ tum.

Vicecomitũ & aliorum conſtantia.

Ciues Vadipõtanos & alios, qui ne vicinos ſuos Catholicæ religionis anquirãt, eoſue Iudicio addicant reos, carcerem patiuntur & mulctam.

1 Iuramẽtũ baptismale cuiuſuis Chriſtiani.

2 Lib. ad Mart.

Quòd ſi Epiſtates & præſes veſter Chriſtus[3] Dominus, qui vos ſpiritu vnxit, & in hanc paleſtram, ad hoc ſcãma & theatrum produxit, voluit vos ante diem agonis, ad duriorem tractatio-

3 Chriſtianæ profeſsionis cum militari diſciplina cõparatio.

Digitized by Google

nem, à liberiore conditione ſeponere, ideo fecit, vt vires corroborarentur in vobis,&exercitijs aſperis formaret ad patientiam animos, ne pigritia nerui fatiſcerent, aut mollitiâ diffluerent. Nēpe & Athletæ ſegregantur ad ſtrictiorem diſciplinam vt robori ædificando vacēt: continentur à luxuria, à cibis lætioribus, à potu iucundiore; coguntur, cruciantur, fatigantur, quantò plus in exercitationibus laborauerint, tantò plus de victoria ſperant; & illi, inquit, Apoſtolus, vt coronam corruptibilem conſequantur; Nos æternam conſecuturi, carcerem nobis pro palæſtra interpretemur, vt ad ſtadium tribunalis benè exercitati incommodis omnibus producamur, quia virtus extruitur duritia, mollitia verò deſtruitur.

1. Cor 9. v. 25.

Epiſcopus exemplo ſuo laicorum conſtantiam ædificet.

Et tu (venerande Antiſtes) qui per patientiam tyrocinium paſſionum iamdudum poſueras, exemplo tuo confirma nouos palæſtritas, vt ipſi etiam ad finem certaminis perſiſtant intrepidi, neque ſe patiantur iniquorum lacertis de gradu deijci, ſed eluctando fortiter ad brauium perueniant. Non prætereat

Digitized by Google

eorum memoriam præceptio Inſtitoris Euangelici, qui in longinquam regionē abiens, & diuitias ſuas famulis dedit in prouentum, & adminiſtrandi diſciplinam adiunxit, cum ait, negotiamini dū venio. Negotientur & ipſi mercimoniū ſalutis æternæ, quæſtum virtutis accumulent, neque pigritentur ſectando Deum ſeruire foro animę, qui aliquando magno ſtudio ſummoque ardore animi ſecuti ſunt nundinas ſæculi. *Math. 25. v. 14.*

Quid enim quęſitu dignius, quidue pretioſius eſſe poteſt quæſtu ſalutis? quid optabilius propiciatu peccatorū? quid celſius vtiliuſque accidere cuiquā poteſt quam diuini fauoris accumulatio? Atenim iſta ſi ponantur & petantur à nobis primo loco, cætera quæ humanæ vitæ vſibus neceſſaria fuerint, ſponte ſua, ſed nutu tamen Dei gubernantis omnia ad ſalutem electorum, additamenti loco ſubſequentur. *Quærite*, inquit ipſe, *primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*. Et hæc ipſa ad litteræ apicem contigiſſe proximis annis in noſtra hac Hibernia, clariùs eſt quam vt vlla poſſint tergiuerſatione negari. *Negotiatio ſalutis optima.* *Matth. 6. v 33.* *In perſecutione Brūcordica.*

Digitized by Google

Exemplũ pij mercatoris. Scio quendam mercatorem, cuius nomen ſilere debeo, quia ipſe vult reticeri, ſcio tamen hominem, & irrefragabili teſtimonio compertum habeo, quòd cum ipſe, cum iuuencula vxore iuuenis & robuſtus maritus, in coniugio multos annos tranſegiſſet, operamque liberis procreandis dediſſet, nullam tamen prolem tunc ſequutam; & cum augendæ rei domeſticæ idem cum vxore & familia, multo ſudore & ſedulitate allaboraſſet, vix vllo, aut certè tenuiſſimo facultatum incremento ſudaſſe. Ille idem poſtea in carcerē coniectus, quòd conſtanti animo pertuliſſet ærumnas ſibi pro religione irrogatas, cum tandem dimiſſus, & libertati reſtitutus, ſibi ſuiſque vacaret, cum prolem multiplicem ſuſcepit, tum adhuc indies ad opimiorem ſtatum aſſurgit; quod ex eo vel maximè ſe conſequi putat, quia pro largitore bonorum omnium Deo, & in cauſa ipſius, de bonis ab eo acceptis, vel tantillum in carcere expendebat.

Alterius mercatoris pietas à Deo remunerata. Eſt & alius adhuc ſuperſtes alterius municipij mercator, qui in eiuſdē perſequutionis fornace tentatus, puto & in

eodem carcere concluſus, cum in mediocri ſtatu rei familiaris, pro ſua tamen mediocritate vxore oneratus, & onuſtus liberis vitam honeſtè toleraret, & inter vicinos & notos bona exiſtimatione gauderet; in medijs anguſtijs quibus eum arctauit Præſidis indignatio, quòd nollet in negotio religionis ſuccumbere, ipſe hilaris & lætus vxorem liberoſque ſolabatur; neque dubitandum dicebat quin ſi omnia vſque ad vltimum teruncium expendant, & vel lectos ac ſtragula diſtrahant pro victu diurno, omnia cum fœnore ab eo reſtituenda eſſe, in cuius honorem inſumerentur: Habere ſe de ea re chirographum eius, qui nec falli poteſt per ignorantiam, nec fallere per aſtutiam. En vobis, inquit, promiſſum illius qui verax eſt, & ipſa veritas. *Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrē, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres & filios & agros, cum perſecutionibus, & in ſæculo futuro vitam æternam.* Quid apertius hac promiſſione? pro vno centuplum pro-

Chirographum diuinæ promiſsionis de centuplo.

Marc. c. 10 v. 30.

Digitized by Google

mittitur etiam in præſenti vita, & æterna demum in altera vita retributio.

Fidem ſuã liberat Deus.

O virum magni animi, & rectæ fidei, fiet tibi ſicut credidiſti: & ita fit; nam & multò nunc locupletior eſt, & acceſſionem hanc facultatum ſuarum meritò adſcribit diuinæ largitati, non induſtriæ ſuæ, quæ ſi ſola valeret ad hoc augmentum conficiendum, cur non per eandem, & ijſdem occaſionibus ante perſequutionē datis, ſimili fœlicitate frueretur.

Gen. 26. v. 12.

Sed vt Iſaac, cum eſſet in Geraris Palæſtinorum, quando ſeminauit in terra illa, inuenit in ipſo anno centuplum, & quamuis vxoris cauſâ initio turbatus, poſtea tamen ex benedictione Domini, & locupletatus eſt homo, & ibat proficiens atque ſuccreſcens: Ita ſubinde Catholici, inter Philiſtæos hæreticos conſtituti, quum ab ijs pro fide qua deſponſati ſunt Chriſto & Eccleſiæ, vel de fortunis, vel etiam de vita periclitantur, quamuis cœleſtem repromiſſionem illius centupli in futuro adimplendam maximè attendant, tamen hîc etiã primitias delibant, vt ex proſperitate huius ſæculi attollantur animo, ad ea fer-

Deus etiã in temporalibus nõ deeſt Catholicis.

uentius optanda, & ſtudioſius emerenda, quæ non niſi in altera vita à beatis conſpici & obtineri poterunt. Multis ſiquidem & miris modis exſuſcitat nos diuina miſeratio, nunc aduerſa permittendo, nunc immittendo proſpera, & vtrâque viâ electos ſuos ad ſalutem dirigit. Quòd ſi pudebat † Demoſthenem quoties eũ antelucanis vigilijs ſuperabant opifices, quòd illi cum mechanicum quæſtum ex vili opificio tam ſedulò quęrerent, ipſe torperet in ijs animi ornamentis acquirendis, quę hominem non ignobilem & attentum, ad omnem laborem pro ijs adipiſcendis inflammare deberent: Quomodo nos rubore nõ liqueſcimus, quando vel artifices quæſtuarios, pro diurna mercede, vel vanos oratores pro ſermonis calamiſtro, vel mercatores pro pecunia quam accumulent, tot ſe laboribus & periculis inuo luere cernimus

Occultis vijs diuina prouidentia ordinat proſpera & aduerſa, ad ſalutẽ electorũ.

† *Apud Cic.*

Audiat quiſque quid proponat ſermo diuinus ſtudioſo virtutis negotiatori diuitiarum ſpiritualium. *Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis penes te, vt audiat ſapientiam auris tua; Inclina cor tuum ad cognoſcendam prudentiam. Si*

Prou. 2. v. 1. 2. 3. 4.

Digitized by Google

enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ; ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies.

Prou. 18. v.10. Cāt. 4 v. 4. Certè theſaurus abſconditus timor Domini & turris fortiſſima nomen eius, *mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.* Fingite carcerem illum quo eſtis concluſi (neque vanam fictionem creditote) fingite non ergaſtulum eſſe ſed ergaſterium, non locum ſupplicij ſed mercaturæ officinam. Si credibile eſt poſſe mercatorem pro exiguo compendio tolerare ſeſſionem moleſtam, ſtationem inquietam, peregrinationem laborioſam, in equitando ſuccuſſionem, in nauigando nauſeam, fatigationem & faſtidium, ferre vigiliam, inediam, ſitim, algorem & æſtum, fœtorem putridarum pellium, ſudorem exportandi reuehendique: Et ſi Veſpaſianus Imperator cum vrinarium tributum in ærarium inferret, bonum eſſe ex re qualibet odorem lucri dicebat Tito filio: Quid volumus eſſe tam delicati & molles in hac negotiatione ſpirituali, cuius & moleſtia laboris minor eſt, & lucrum incompara-

Quid ſit carcer pio Catholico.

Labores in acquiſitione ſalutis & diuitiarū congeſtione inter ſe conferuntur.

parabiliter certiùs ac pretioſius?

Audiamus hîc Auguſtinum. Indignũ „ eſt, inquit, iniurioſum eſt, vt ſapientia „ pecuniæ comparetur. Sed amor amori „ cõparatur; video enim hîc vos ſic ama- „ re pecuniam, vt iubente amore pecu- „ niæ, labores ſuſcipiatis, ieiunia tole- „ retis, mare trãſeatis, vẽtis & fluctibus „ vos committatis, habeo vnde eligam „ quod ametis, ſed nõ habeo quod ad- „ dã ad amorem. Sic me amate, plus no- „ lo me amari, dicit Dominus, improbis „ loquor, auaris loquor, pecuniã diligi- „ tis, tantum me diligite. Certè melior „ ſum incõparabiliter. Nolo à vobis am- „ pliorem amorem. Quantum diligitis „ pecuniã, tantum me amate. Erubeſca- „ mus, ſaltem cõfiteamur & pectora tũ- „ damus, nõ vt ſuper pectora noſtra pa- „ uimentum ſolidemus. Nam qui tun- „ di ſpectus non corrigitur, ſolidat pec- „ cata & non tollit.

Inſcribitur in Libello qui de diſciplina Christiana & deſumptus eſt ex cõmẽtar. in Pſalm.

Elegans ſententia D. Aug.

Cæteri ſi ita velint, habeant quod erubeſcãt, quod vereãtur, ne per impœnitẽtiæ molem conſolident pectoris ſui pauimentum: non ſic martyres deſignati, negotiatores regni cœleſtis, qui nouerunt opibus ſuis & animis imperare, qui

Quales debent eſſe qui pro Chriſto patiũtur.

fortunas ſuas, libertatem, & ipſa corpo-ra ſciunt religioni ſubſternere.

Ad conſtantiam exhortatio.

Nobis omnibus poſteriſque noſtris (ô Chriſti Confeſſores) conſtantia veſtra facẽ prætulerit, ſi neque terroribus, neque minis, neq; vlla malignantium machinatione, ab officio & decoro veſtro abſtrahamini. Abundant in hoc ſęculo errores & terrores, *martyres Chriſti errores ſapientiâ, terrores patientiâ vicerunt*, ait Auguſtinus.

ſerm. de facun. & Primit.

Non omnium eſt ad tam excelſam gloriam appellere: heroũ eſt & Eccleſiæ primitiuorum, in cuius quaſi limine cum vos per captiuitatem in obſequium fidei conſtitutos, & veluti candidatos fœlicioris vitæ conſpiciã, ſi quam ambitis lauream, exambire cõtingat, dignatio Dei ſũma eſt, & ſors inter omnes ſortes ſingularis, quæ inuidiã magis quam miſerationẽ mereatur.

Martyriũ paucorum eſt, & ſingularis prærogatiua.

Cæterum ne diuitiarum ſarcina vos remoretur in itinere, libenter iſto onere leuabit vos perſequutor, exonerabit quadruplator, decerpet Commentarienſis, apparitor, fiſcus, expedient vos ad fugã ſęculi, inimici homines domeſtici veſtri: Auferent, ſed quid? fluxas opes, facultates incertas, & multis caſibus obno-

Varÿ caſus quibus diuitiæ perdũt.

xias, quæ naufragio perire, latrocinio tolli, furto ſurripi, incendio corrumpi, abſumi luxu, decoqui, abliguriri poterunt, & quas multorum annorum induſtria collegerat, vnius rapacis vicini auaritia quaſi euerriculum comprehẽdet.

Non ita, dicet aliquis, ſed cordatus inſtitor & cautus rerum acquiſitarum adminiſtrator, vt fortunas per induſtriam augere nouit; ita etiam cõſeruandi prudentiam & modum ſciet adhibere: & vt ex alto in portum, è portu in terrã ſubuectus, rationes ſubduxerit, mox pecunias ſteriles exponet in fructifera prędia, comparabit arua, ſaltus, prata, paſcua, & in iſtis ſtabilibus bonis ſummam rei ſuæ collocabit.

Eſto fecerit, ſed necdũ illa ſũt ſtabilia. Nondũ ſecurus erit à vi, fraude, dolo, & mille alijs circũueniendi artibus; ſit empta hæreditas, pretium traditũ, ſyngrapha conſcripta, nonne ob vnam ancipitem voculam è toto euerti, & qui in poſſeſſionẽ dudũ inſcripti fuerant, circumſcriptos eijci videmus: quid de tutela intuta? alienatione captioſa? intruſione, caduco ſeruitio, ſubductione, fiſco, alijſq; nondum fortè exploratis, ſed per hu-

Declaratur quanta ſit bonorũ quæ ſtabilia vocantur inſtabilitas in Hibernia.

De his aliquod infrà in notis elucidarijs.

manã auaritiã excogitandis vijs ac modis, quibus intercipi dominia, poſſeſſiones interuerti, & iuris coloreque ſito trãſferri patrimonia poterũt. Et quidni omnes dominiorum tituli fluctuẽt quando nec ſucceſſione ductâ à lõgiſſima auorũ ſerie, nec iure fiduciario, nec clientelari munimine, nec ceſſione facta principi, & cõceſſione redhibita, ſignata codicillis & diplomate corroborata, adhuc tuta erit poſſeſſoribus hæreditas.

Noua coloniarum plantatio, & veterũ explantatio incolarum.

Perferũtur ex varijs inſulæ angulis mira quædã in hoc genere, & nõ tam mira quã miſerãda & dolẽda, ſi vera ſint, quæ circũuolãt nuncia; in iſta coloniarũ, quæ paſſim fit, deductione, omnẽ artẽ & operã à regijs miniſtris adhiberi, non tam ad plãtandos allophylos in quæſtũ ſuũ, quã ad explantãdos indigenas vetereſq; colonos, cũ irrecuperabili eorundẽ detrimẽto. Nolo hîc deſcribere nouos inquilinos, aut Catilinæ ſocios, aut Nemrothi ſobolẽ, robuſtos corã Domino venatores, & vel ære alieno obrutos, vel ſceleribus ſuis coopertos; tantũ eiectitios cõſidero, in quibus video viros antiquiſſimę nobilitatis, ipſos (vt ita loquar) Autochthones, ẽ toto ţerrarũ ac poſſeſſio-

Quales ſint noui iſti coloni plerique.

Quales veteres incolæ.

nũ tractu, quem maiores eorum & ipſi poſt eos inſidebãt, vno impetu exturbari, & tanquã in tranſmigratione Babylonica, in remotas inſulæ partes ablegari; vt ſi ex illuſtri ſtirpe quiſpiã incognitus remaneat, deprehenſus ſubeat periculũ capitis. Tolerabilior foret iſta ablegatio, ſi inter Cuthæos & Emathios collocatis Iſraelitis, legitima Dei terrę, cultũq; orthodoxũ fas eſſet retinere. Proh fidẽ ab Henr. II. acceptã & traditam, cũ Adriani PP. authoritate poteſtatẽ accepiſſet, hãc Inſulam occupãdi pactis conditionũ tabulis ſcitum & ſancitũ fuit, vti ius Eccleſiæ remaneret inuiolatũ, cenſus annuus penderetur ſedi Apoſtolicę; & ante omnia fides Catholica, & diſciplinæ honeſtas, ſicubi neglecta, propagaretur. Vitia explantare non homines, permiſſum ei commiſſumque fuit. Sed oppoſitum nunc vſu venire conſtat, vitia roborantur, & homines debilitantur, flagitia, perfidiæ, iniquitates nutriuntur & creſcunt, familiæ autem honeſtæ & illuſtres ſtirpitus auferuntur, vt nec vnus quidem relinquatur qui aris aut focis patrijs aſſideat.

4. Reg. 17. v. 30.

Vide hiſtoriam trãſmigrationis decem tribuum 4 Reg. 17.

Diploma Adriani habetur infrà in notis.

Forma conceſsionis ab Adriano facta Henr. II.

Magna eſt dignitas religionis ortho-

manã auaritiã excogitandis vijs ac modis, quibus intercipi dominia, poſſeſſiones interuerti, & iuris coloreque ſito trãſferri patrimonia poterũt. Et quidni omnes dominiorum tituli fluctuẽt quando nec ſucceſſione ductâ à lõgiſſima auori ſerie, nec iure fiduciario, nec clientelari munimine, nec ceſſione facta principi, & cõceſſione redhibita, ſignata codicillis & diplomate corroborata; adhuc tuta erit poſſeſſoribus hæreditas.

Noua coloniarum plantatio, & veterũ explantatio incolarum.

Perferũtur ex varijs inſulæ angulis mira quædã in hoc genere, & nõ tam mira quã miſerãda & dolẽda, ſi vera ſint, quæ circũuolãt nuncia; in iſta coloniarũ, quæ paſſim fit, deductione, omnẽ artẽ & operã à regijs miniſtris adhiberi, non tam ad plãtandos allophylos in quæſtũ ſuũ, quam ad explantãdos indigenas vtereſq; colonos, cũ irrecuperabili eorundẽ detrimẽto. Nolo hîc deſcribere nouos inquilinos, aut Catilinæ ſocios, aut Nemrothi ſobolẽ, robuſtos corã Domino venatores, & vel ære alieno obrutos, vel ſceleribus ſuis coopertos; tantũ eiectitios cõſidero, in quibus video viros antiquiſſimę nobilitatis, ipſos (vt ita loquar) Autochthones, é toto terrarũ ac poſſeſſio

Quales ſint noui iſti coloni plerique.

Quales veteres incolæ.

nũ tractu, quem maiores eorum & ipſi poſt eos inſidebãt, vno impetu exturbari, & tanquã in tranſmigratione Babylonica, in remotas inſulæ partes ablegari; vt ſi ex illuſtri ſtirpe quiſpiã incognitus remaneat, deprehenſus ſubeat periculũ capitis. Tolerabilior foret iſta ablegatio, ſi inter Cuthæos & Emathios collocatis Iſraelitis, legitima Dei terræ, cultũq; orthodoxũ fas eſſet retinere. Proh fidẽ ab Henr. II. acceptã & traditam, cũ Adriani PP. authoritate poteſtatẽ accepiſſet, hãc Inſulam occupãdi pactis conditionũ tabulis ſcitum & ſancitũ fuit, vti ius Eccleſiæ remaneret inuiolatũ, cenſus annuus penderetur ſedi Apoſtolicę; & ante omnia fides Catholica, & diſciplinæ honeſtas, ſicubi neglecta, propagaretur. Vitia explantare non homines, permiſſum ei commiſſumque fuit. Sed oppoſitum nunc vſu venire conſtat, vitia roborantur, & homines debilitantur, flagitia, perfidiæ, iniquitates nutriuntur & creſcunt, familiæ autem honeſtæ & illuſtres ſtirpitus auferuntur, vt nec vnus quidem relinquatur qui aris aut focis patrijs aſſideat.

4. Reg. 17. v. 30.

Vide hiſtoriam trãſmigrationis decem tribuum 4 Reg. 17.

Diploma Adriani habetur infrà in notis.

Forma conceſſionis ab Adriani facta Henr. II.

Magna eſt dignitas religionis ortho-

Efficacior eſt reſpe-ctus ortho-doxæ reli-gionis quã legum po-liticarum ſeueritas ad Hiber-nos in of-ficio con-tinendos.

doxæ, quæ morum corruptelas omne leniori via ſed potentiori poſſit abſter-gere. Vos noui coloni ſi haberetis fi-dem ſicut granũ ſynapis, diceretis hui arbori Moro, eradicare & tranſplantare in mare, & obediret vobis. Non Moros tantum, ſed Cornos, etiam & Corylos, Tilias, & Rhamnos, fide Chriſtianâ & Catholicâ fœlicius & facilius, quàm Cretenſi & Punica fide transferri poſſe cognoſcimus. Videte autem dum Rhã-nos vultis exſcindere, ne Prinos & Schinos inſeratis, quod ſi inſtar illius Romani qui ceruices hominum ſic æſti-mauit vt papauerum cacumina, vos quoque veſtra virgula cenſoria decu-tienda & detruncanda putabitis illu-ſtrium familiarum capita, videte ne innocentiæ vindex Deus vltionem ci-tò repoſcat.

Iſta ex no-tis diluce-ſcunt.

Dan c. 13. v. 55. & 59.

Tarqui-nius.

Clerus Catholi-cus quam vtiliter la-boret in Rep. ciuili, multis vitijs ex-purgãda.

Conſtat plus valuiſſe ad coercendos improbos in iſta gente, & ad furta, ra-pinas, homicidia extirpanda, Catholi-corum Sacerdotum pietatem, quam totam iuris humani ſeueritatem, car-ceres, cruces, ſuſpendia: Vt ſi Remp. opibus, viris, ac virtutibus, & pace flo-

rentiſſimam habere velitis, ſi quietos & fideles ſubditos, nihil conſultius, quam vt abſtineatis à perſecutione cleri Catholici, & vexatione ſuſcipientium, eidemque credentium laïcorum.

Sed quamdiu hoc ſibi perſuadere nolunt, quamdiu noſtris peccatis prioris adeo & præſentis æui offenſus Deus, patietur nos tam varijs exagitari modis, contra omnes aduerſariorum inſultus protegamur ſcuto fidei, neque eam abijciamus quantumuis multas & magnas experiamur indignitates. Exeamus ad Chriſtum extra caſtra improperium eius portantes: Non enim *habemus hic permanentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.* *Hebr. 13. v. 13.*

Scitis ipſi vos, & iam nimium cognoſcitis, (Vicecomites Vrbani) non eſſe in hoc ſæculo permanentes ciuitates, & illam ipſam Dublinenſem veſtram, cuius nuper fuiſtis honorati inquilini, nunc tetri carceris incolatu, quaſi extra æſtimationem ciuium facti, ſed licet recluſi tamen ſcitis quantas pertulerit caſuum viciſſitudines, quan-

Etiam ciuitates in Hibernia ſuis quibuſdam priuilegijs citra omne delictū exuuntur.

Conſule notas infrà, quo-

modo Dublinum Vvaterfordia, Vadipõt°, Galueia ſuis immunitatibus priuãtur.

tis aucta immunitatibus, nunc imminuta ſuis iuribus vileſcit, & vos infra capite cenſos, infra plebis fæcem, inſtar facinoroſorum, in ſentinam reiecti ſcitis, & ſentitis non eſſe perpetuas in hoc mundo ciuitates, non ideo tantum quia ciues morti obnoxij nequeant in eis perennare, ſed quia ipſæ etiam ſuum quendam experiuntur interitum fortunarum, exemptionum, immunitatum.

Pietas Dublinẽſium erga gentis Apoſtolum.

Vide Iocelin in vita S. Patric. c. 171.

Ea verò aliquando fuerat pietas & deuotio ciuitatis veſtræ erga gentis Apoſtolum S. Patricium, propagatorem illius fidei, pro qua nunc captiui detinemini, vt pro cultu diuino, & in honorem Sancti, de ſingulis nauibus chlamydem Primati competentem, aut cadum mellis aut ferri falcem, ſeu menſuram ſalis, de tabernis ceruiſiarijs metretas ſingulas, de officinis & virgultis donum conueniens in ſacrum tributum penderent; vt proinde leuius ferendum ſit quidquid expenditis in cauſa hac, quidquid aduerſi ſufferatis, ſi maiorum veſtrorum pij æmulatores eſſe velitis. Pro Deo qui dedit, ipſi expenderunt, & pro eodem qui pa-

Digitized by Google

tientiam veſtram coronabit vos ſuſtine- 1. Petri.2.
tis. *Si exprobamini in nomine Chriſti* (inquit D. Petrus) *beati eritis; quoniã quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus ſuper vos requieſcet. Nemo autem veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, ſi autem vt Chriſtianus*, & Catholicus, *non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine.*

Apud Atticam gentem bellatricem, turpius erat in prælio clypeum amittere, quam gladium, quia honoratius erat ſe ab hoſte defendere, quam hoſtem ferire; & cum is qui gladium amiſiſſet, vel nulla, vel leuiſſima pœna plecteretur, contrà qui abieciſſet ſcutum, capite id luebat. *Alexand. ab Alex de genial. dieb.* *Deus, immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum; ſcutum eſt omnium ſperantium in ſe. Deus qui accinxit me fortitudine, & complanauit perfectam viam meam. Coæquans pedes meos ceruis, & ſuper excelſa mea ſtatuens me. Docens manus meas ad prælium, & componens quaſi arcum æreum brachia mea. Dediſti mihi clypeum ſalutis tuæ: & manſuetudo tua multiplicauit me.* Manſuetudo illa & longanimitas veſtra in ſolitudine car- *2. Reg. c. 22. v. 31.* *Manſuetudo Catholicorũ pro fide captiuorũ.*

Digitized by Google

ceris, ab vſu rerum & negotiorum veſtrorum, à complexu amicorum, domeſticorum fruitione, à libertate & oble-ctamentis huius vitæ ſecluſi & abſtracti, laceſſiti verborum iniurijs, ignominijs appetiti, tanquam purgamenta huius mundi in cloacam miſſi, & inter cognatos & affines peripſema facti, *Gaudete & exultate quia merces veſtra copioſa eſt in cœlis.*

[1. Corint. 4. v. 13.]

Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu Concilij quoniam digni habiti sũt pro nomine Ieſu contumeliam pati: & vos eadem cogitatione armamini, quoties in conſpectum producti, aut reducti in carcerem, quoties interrogantibus iudicibus, Cancellario ſciſcitante, examinante Prorege, ſiſti vos pro tribunali contigerit, tametſi in vos intonent comminando, aut execrando vos exſpuant, repoſcentibus rationem fidei veſtræ cum fiducia ſatisfacite: alienam autem fidem obtrudentibus, vel impellentibus ad iniquum iuramentum, ſcutum æquitatis, & ſecuræ conſcientiæ clypeum obijcite: in illo ſuſcipite & frãgite aduerſantium ictus, & Amorrhæorum gladios retundite in petra pa-

[*Actor. 5. v. 41.* — 1. *Petr.* 4. — 1. *Petr.* 3.]

[*De diuerſis iuramenti formis vide alibi in notis.*]

tientiæ.

Confidite in illo qui *non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum.* Maioris animi eſt, & laudatioris fortitudinis, vim illatam conſtanter ſufferre, quam inferre violentiam. Siqua autem vis inferenda ſit, vobis ipſis illam inferte. Siquæ noxiæ ſæcularium bonorũ appetitiones reuiuiſcerent, quæ vos illicitis cupiditatũ ſcintillis vſtulantes retropellerent in ſæculum, & ad deſerendam conſtantiã inflammarent, affundite aquam ſalutaris pœnitentiæ, flammam orientem ſopite & exſtinguite, ne vos ipſæ extinguant interitu ſempiterno.

1. Corint. 10. v. 13.

Fortius eſt ſufferre quam inferre iniuriam.

Audebunt poteſtates ſæculi (& quid non audebit iniquitas) protrudere vos ad egena ſectæ elementa, vt tanquam imperiti rerum & veritatis ignari inſtruamini in rudimentis errorum, vt conſeratis cum ipſorum myſtagogis, quaſi adhuc ambigeretis de religione à vobis tenenda, vt hauriatis quod propinant doctrinæ venenum: Sed obſtruite fauces veſtras aduerſus Circæos calices, ne degeneretis in beſtias; occludite aures ad Syrenios cantus, ne vana dulce-

Noua hæreticorum ars concutiendi ſimplices Catholicos per cõferentiã cum miniſtris ſectarijs.

Digitized by Google

dine illecti, incidatis in Syrtes & Scopulos hæreſeon: State in ſemitis antiquis, quas tenuerunt & triuerunt patres veſtri, à quibus quiſquis receſſerit, in præcipitium ruet, & niſi reſipiſcat, æternũ corruet. Nolite circumferri omni vento doctrinæ, quia typhus iſte modernorum dogmatum, inflat ſuperbo faſtu ſectatores ſuos, ſed relinquit ſiticuloſos & inanes.

Hibernorũ veterum zelus & induſtria in ſalute Anglorũ procurãda.

Hæccine reddis populo fideli, vetuſto inſtitutori tuo, popule olim religioſiſſime, nunc verò vanitatum & inanitatum cultor? Exciditne tibi quàm præclarè olim de gente Anglorum promeriti fuerint Hibernorum Hierarcharum cunei? quid Aidanus, Adamnanus, Columba & alij? conſule Annales tuos & priſca monumenta: Conſule inclytam illam & ſanctitate olim celeberrimam Auelonam tuam. Conſule Lantisfarnã, Malmesburiam, Ionam aliaque ſexcenta pietatis Hibernorum impreſſa dudum apud vos, nec dum penitus ſuppreſſa, licet proh dolor obliterata veſtigia. Hanc reddis vicem genti magi-

Vide venerabilem Bedam in hiſt. Angl. l 3. c 4. 5. 19. & item l. 4. c. 25.

Conſule Chorographum Camd. in Belgis. p 165. vlt. edit. & in ſua Hiber. pag. 130. De his latius in notis elucidarijs. Auelona Glaſtenbury.

ſtræ, quæ te ad veritatem fidei & ad humanitatem omnem quam Chriſtiana religio complectitur, labore multo & ſudore traduxit? Iſtamne percipient remunerationem, qui tibi prædicauerunt veritatem euangelicam, quando clerus Britannicus ſeruitutis ſuæ & oppreſſionis per vos inflictæ nimio dolore exulceratus, conſilio non optimo, ſed pertinaci tamen conſenſu ſtatuerũt excludere vos à beneficio regenerationis, vt quos è terreſtri patria ac patrimonio paulo antè exturbaſtis viciſſim vos arcerent ab hæreditate patriæ cæleſtis, niſi tenebras veſtras miſſi à D. Gregorio præcones, deinde opitulatores Hiberni diſpuliſſent.

Ita Gildas & ex eo. Beda l. 1. c. 22.

Vide Bedã l. 3. c. 5.

Num vt Ecfridus Nordamhumbrorum Rex ſtatuerat priſcis temporibus in poteſtatem redigere, ne dicam funditus exſcindere gentem hanc innoxiam, & nationi Anglorum amiciſſimam: Ita vos eorum progenies, eundem populum nõ è fundis ſolùm eijcere, ſed etiam (quod ad ſacrum fontem regenerationis ſpoponderunt Eccleſiæ, de fidei & vnitatis tunica inconſutili, ad exitum vitæ conſeruanda) vultis nudos, & inermes, ac

De Ecfridi tyrãnide in Hibernos.

Beda l. 4. c. 26.

votifragos, extra totam ſanctorum Inſulam vſque ad inferos amandare?

Hiberni Anglorũ in fide Magiſtri.

Parum videbatur Hibernis inter Anglos fidei ſementem facere, niſi etiam copioſam inter eos ſegetem demeterẽt, modumque inſuper edocerent eos in poſterum excolendi, & pro operariorũ ſupplemento tum in ipſa ſuâ Inſula, tũ in Anglia Seminaria conſtituerent: & qui pietatis[1] & eruditionis cauſa ex Anglia in Hiberniam alumni commearẽt, frequentiſſimi autem veniebãt, (vt nullius eſſet nominis apud Anglos qui non ad iſtud virtutis & litterarum veniſſet emporium)[1] tamen omnes Hibernorum ſumptibus alebantur.

Ipſa Monaſteria primitus erant quædam Seminaria.

Vide Molanum in natalibus SS. Belgij 30. Octob. & Bed. l. 3. c. 19. necnõ Iocelin. in vit. S. Patr. c. 93 c. 175. &c.

Audiant hæc & obſtupeſcant, quicũque videre, vel audire potuerint quam ingrata nobis & iniqua talio rependitur? vetus illa & vera fides nobis pro magno crimine improperatur; primitiui illi fidei noſtræ Proceres, atque inter ipſos primarij Seminatores Chriſtianæ religionis deridentur vt fatui, deſpuuntur vt ſuperſtitioſi, & contumelijs proſcinduntur à nouis ſymmiſtis. Et quia re-

1. *Anglos libentiſſimè ſuſcipientes Hiberni, victum quotidianum ſine ptetio, libros quoque ad legendum, & Magiſterium gratuitum præberi curabant. teſtis horum eſt Beda l. 3. hiſt. c. 27.*

recedere nolumus ab eorum doctrina, conſortio hominum & luce communi iudicamur indigni, & tanquam tenebriones in ergaſtula compingimur.

Angli exſtruxerũt hæreticã Academiã in Hibernia: etiam in qualibet Diœceſi mercede conducitur hæreticus Ludimagiſter ad inficiendã iuuentutẽ, & vix vſpiam toleratur Catholicus Præceptor. de quo plura in Annot.

Eſto, inquient dogmatiſtæ, erexerint priſtinis ſęculis maiores veſtri ſcholas & Gymnaſia pro natione Anglicana, ereximus vobis (ſed veſtris tamen ſumptibus) Academiam Dublinenſem. Erexiſtis ſanè, ſed ita vt Iaſon Ephebiũ Hieroſolymis poſuit, ad trans-ferendũ contribules ſuos à ritu legitimo ad cultum exoticum & peregrinum. O ſi fuiſſet illud gymnaſium veſtrum non diſſimile ſcholæ[1] Liſmorenſi ſub Chriſtiano & Malcho, aut Glindalacenſi ſub Laurentio, vel Monaſterio Benchorenſi olim florentiſſimo, aut ipſi etiam Dublinenſi Lycæo quod nutu Alexandri Archiepiſcopi, Edouardi Regis auſpicijs, Iohannis ſummi Põtificis auctoritate, Primo vniuerſitatis Cancellario Guilielmo de Rodiardo Decano Eccleſiæ

2. 2. Machab. 4.

1. Veteres Sanctorũ ſchola in Hibernia. Vide Bernard. in Sancto Malachia, & vitam S. Laur. apud Sur.

5. Medij temporis vniuerſitas Catholica ibidem.

6. Annales Hiberniæ Thoma Ioannide Geraldino Comite Kyldariæ tunc Iuſticiario Hiberniæ.

7. Habetur in Annalibus MS. apud Guil. Houvard.

Digitized by Google

Cathedralis S. Patricij eiuſdem ciuitatis erectum fuit, ad vos vndequaque cõflueret flos iuuentutis noſtræ.

Vide infrà in notis quid Gardinerus cancellarius in cõſultatione diſſerit.

Sed quia illud nobis inuidebant æmuli, noluimus pro farina furfures, pro vuis algas, pro ficubus fungos, pro veritate errores nobis ingeri. Faceſſãt noua plantaria quibus radix orthodoxæ doctrinę ſubuertitur. Pereant armentaria perfidię quibus propugnaculum fidei ſubruitur.

Obligatio parentibus innexa vt liberos ſuos hæreticis tradant inſtituendos.

Vidi ipſe, & niſi vidiſſem vix fidem apud me inueniret, vidi tamen inſtrumẽti autographum lato munitum ſignaculo, per quod viro primarię nobilitatis onus imponitur, vt ſi fundi cuiuſdam beneficio gaudere, aut conceſſionẽ à Rege factam cupiat viribus ſubſiſtere, liberos ſuos in Collegio illo heterodoxo inſtituendos aſſignet, quòd ſi ſecus fecerit, fruſtranea opinor cenſebitur conceſſionis ſyngrapha.

Fruſtra tamen id tentatur.

Quid excogitari robuſtius potuit ad irretiendos hominum animos, quam hæreditatibus, prędijs & poſſeſſionibus ſic alligatam eſſe normam educationis. Cęterum ligamenta illa quamuis alijs forſitan viderentur fortiſſima, tamen

Hibernis

Hibernis quaſi Generoſis Catulis Samſoniæ ſtirpis, telæ aranearum apparent. Et ſicuti ſolent ligna ad ardorem ignis conſumi: ita vincula quibus illigandi adoleſcentes noſtri, & per illecebras patrimonij viderentur trahendi, ardore charitatis & fidei eorum diſſipata ſoluuntur.

Quid inquiunt ſupra ætatem prudẽtes iuuenculi! quid ante oculos pennatorum retia veſtra fruſtra proijcitis? quid eſca fallaci obtegitis veſtræ aſtutiæ pedicas quibus ſimplicium pedes innodare vultis? Intelligimus ab antiquo veſtrum ingenium veſtrumque illud veteratorium artificium. * Eligimus potius voluntarium exilium, & magis in Louanienſi, Duaceno, Pariſienſi, Burdegalenſi, Salmãtino, Compoſtellano, Vliſſiponenſi Collegio eſurire, quam huius vitæ commoditatibus (cum exitio animæ) abundare in tabernaculo contagionis. Moyſes ne filius haberetur filiæ Pharaonis deſertum petijt, magis eligẽs affligi cum populo Dei, quàm tẽporalis peccati habere iucũditatẽ; maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.

** Inſcijs & aliquãdo inuitis parẽtibus aufugiũt adoleſcentes ad Catho. Vniuerſitates.*

Hebr. 11. v. 25.

Nos viciſſim obſcuritatem & contẽptum præferimus veſtris illis fuco lemniſcatis laureolis; & ne illuuione veſtra abſorbeamur, tolerabimus potius quantumcunque inediam in recentibus illis aſylis; vel etiam in veteribus refugijs Pariſino & Ticinenſi in quibus Doctores noſtrates Claudius, Clemẽs, & Iohannes, auctore Carolo magno Imperatore primam inchoationem fecerunt ſtudiorum generalium: vel certè in Luxouiano, Sangallenſi, Bobienſi monaſterijs, in quibus cõtribules noſtri Columbanus & Gallus cum cœtu diſcipulorum regularem vitam inſtituerunt, vel denique in Herbipolenſi, Feſulana, Lucenſi, Tarentina ciuitatibus, in quibus Chilianus, Donatus, Frigdianus, Cathaldus noſtri omnes, Epiſcopales Cathedras tenuerunt; vel poſtremo in quibuſcunque Belgij, Galliæ, Germaniæ vel Italiæ partibus, vbi ex noſtris innumeri, aut ſolitariam vitam in ſilentio & ſanctitate tranſegerunt, vt Fiacrius, Chillenus, Vltanus

Hibernici Doctores primi aperuerunt vniuerſitatem Ticinenſem apud Inſubres & Pariſienſẽ apud Gallos. Vide D. Antoninum in hiſt. P. 2. tit. 4. § 12

Luxouienſe in Burgũdia Bobienſe in finibus Liguriæ, à Sãcto Columbano. & Sãgallenſe ab eius diſcipulo Sãcto Gallo inſtitutũ.

Herbipoli, Quilianus; Feſulis, Donatus; Lucæ Frigdianus, Tarenſi Cathaldus. Vide Bartholomæum Caſſaneum in Catal. par. 10. cont. 32. & Naucler. tom. 2. Gener. 28. De his, latius infrà in notis, vbi etiam citabuntur auctores.

Furſeus & alij; aut doctrinã quam prędicabãt etiam fuſi ſanguinis ſigillo munierunt vt Rumoldus, Foillanus, & ſimiles.

Oſculabimur in exilio terram quam ipſi calcauerunt, & virtute ſua in vita ac morte conſecrauerunt. Pium erit ſacra eorum ſcrinia venerari, geſta perlegere, meditari ſanctitatem, quâ ipſi in hoc mundo, velut ſtellæ lucidiſſimæ emicuerunt. Vtcunque etiam mores imitari, quibus gloriam cœleſtem promeruerunt, & ex imitatione tantorum heroũ ludibria fortunæ, honoreſque huius ſæculi deſpicere. Sed quid?

Exilij amœna, Sanctorũ memoria.

Ne quidem ipſum exilium ſine indignatione Regis nobis erit permiſſum. Olim cum floreret in Angliæ Academijs Catholica religio interdicti erant Hiberni ab educatione ibidem: nunc verò cum eædem hęreſibus ſcateant, proh Deum immortalem interdicuntur alibi educari: Seſquiannus eſt paulo minus, ex quo prodijt edictum, quo reuocantur omnes ſine diſcrimine, quotquot ad exteras ditiones profugerũt, & ne, præter mercatores, & nautàs, vlli exeant ſeriò cauetur. Rurſus; per nouum hoc

Ipſum exilium Hibernis vetitum.

Vide ordinationes Hib an. 1. & 2. Hẽr. 6. & an. 5. Hen. 5. & anno. 4. eiuſd. & Ed. 4. an. 17.

De hoc edicto agetur infrà in notis.

Contraria Anglorũ edicta. anno reſcriptum, omnes ſacerdotes regulares & alij, repetita indignatione Regis, præcipiuntur hinc egredi. Et quid tandem fiet? vna tempeſtatis vnda impellit ad littus, repellit inde vna altera, & vtrobique efferueſcit regis indignatio. Niſi redeant è profugio ſacerdotes cum alijs ſuccenſebit, quia eius voluntati non obtemperatur. Niſi rurſum omnes exeant, ſtomachabitur quia prohibentur remanere. Mira & inaudita miſerorum iactatio. Sed qui dominatur poteſtati maris, & motum fluctuum eius mitigat, inclinare cum voluerit poteſt cor Principis, vt cuius ira quando vult commoueri, exardeſcat ſicut fremitus leonis, eiuſdem erga nos benignitas inſtar roris ſuper herbã eliqueſcat.

Pſal. 88. v.10.
Prou. 21. ver. 1.
Prou. 19. v.12.

Inuocatio Dei vt Principem & populũ Anglorũ illuminet. Tu ſumme moderator orbis Deus, cuius eſt omnis poteſtas & imperium, cuius nutricij ſunt Reges pij, & nutrices Reginæ, qui dixiſti de tenebris lumen ſplendeſcere, qui promiſiſti (neque irritum eſſe potuit quod promiſeras) dicens, *Adaucam ſeruum meum Orientem*, Exorere ſtella lucida & matutina, illuceſce in corde Regis ac Regiorum; Suggere ſanum & ſalutare conſilium, vt am-

Eſa.49 v. 23.
2. Cor. 4. v. 6.
Zach 3.v. 8.
Apoc. 22. v.16.

plectantur illam veram & vnicam fidem Catholicam, quam Chriſtus Filius Dei nobis tradidit, quam lex adumbrauerat, prophetæ prædixerant, prædicârunt Apoſtoli, confirmârunt martyres, edocuerunt Confeſſores, Profeſſi ſunt clerici deuoti, pij Eremitæ, Monachi ſancti, virgines caſtæ, & quotquot vnquam in Eccleſia Chriſtiana ſalui fuerunt; quã Petrus & Ioſephus, Fugatius & Damianus in Britannia, quã Auguſtinus, Laurentius, Mellitus in Anglia proſeminârunt; quam poſt eundem Petrum & Iacobũ Apoſtolos Palladius, Patricius, Albæus, Queranus & Canicus in Hibernia; quàm propagârũt in Scotia Ninianus & Columba, quamque omnes Scotiæ Reges, à primo qui fidem ſuſcepit, vſque ad præſentem, eundẽque primum Inſulæ Monarcham firmiſſimè retinuerunt.

Fidei Catholica dignitas.

Eiuſdem fidei prædicatio & propagatio per quos facta in Anglia Hiber. & Scotia.

De his plura in notationibus.

Vide H. Boetium I. Leſlaũ & alios Scotarum hiſtoricos.

Exorere inquam & illumina receſſus opacos, diſcute tenebras ſectæ maleſuadæ; depelle noxia errorũ vermina, erucas, bruchos, & locuſtas, à quibus candidæ & rubicundæ roſæ depaſcuntur: erigantur * leones humi repẽtes, ad leonem de tribu Iuda Chriſtum Dominũ,

Ioel. 1. v. 4

** Inſignia Regũ Angliæ.*

Apoc. 5. v 5.

eiuſque in terris Vicarium, vt qui roſas ſimul & regna vniuit, vniat etiam diſſociatos in religione animos, & exerrãtes diu ouiculæ, tandem redeant ad caulam Catholicæ vnitatis, vt iam non Pſalmum de torcularibus perſecutionum,
Pſal. 80. ſed in conſummationem tabernaculi
Pſal. 28. concinamus. *Dominus virtutem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo in pace.*
Eſai. 9. *v.* 3. & 4. *Tunc lætabuntur coram te ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda quãdo diuidunt ſpolia. Iugum enim oneris eius &*
Iudic. 7. *v.* 12. *virgam humeri eius & ſceptrum exactoris eius ſuperabis ſicut in die Madian.* Tu Domine
Eſa 40. *v.* 11. 12 vniuerſorum qui menſus es pugillo aquas, & cœlos palmo ponderaſti, qui apprehendiſti tribus digitis molem terræ, & libraſti in pondere montes, & col-
Eſai. 9. *v.* 6. les in ſtatera; cuius principatus eſt ſuper humerum tuum, & nomen tuum Admirabilis, Conſiliarius, Deus pacis, concede hanc pacem ſeruis tuis, immuta voluntates hominum, vt voluntati tuæ rectiſſimæ & ſaluberrimæ obſecundent, vt omnes intra eandem arcam Ec-
Geneſ. 7. cleſiæ Catholicæ liberemur à diluuio, omnes ſub eodem paſtore & Duce trãſ-
Exod. 13. eamus mare rubrum, & in terram pro-

Digitized by Google

miſſam lacte & melle manantem perueniamus incolumes.

Sin autem articulum deſiderati iſtius temporis nondum attigimus, & præfecti Ægyptiorum nos grauare perrexerint operibus duris luti & lateris, non deficiamus animo, dabit enim Deus his quoque finem. Ipſe nouit deducere ad inferos tribulationum, & ad torrentem voluptatis reducere, ſcit percutere, & ſanare, & miſerationis eius non eſt terminus. Non exiſtimemus nos ab eo deſeri ſi corripimur, *flagellat enim omnem filium quem recipit.* Non vult nos abijcere vt ſpurios, non vt alienos præterire: ſeuerè nos regit vt corrigat, & virgam directionis, virgam Regni ſui, in noſtras ceruices inflectit, quia filij ſumus acquiſitionis, non autem ſubtractionis genimina. Magna eſt ira cum peccantibus non iraſcitur Deus.

Exod 1. v. 14.

1. Reg 2. v. 6.

Deut. 32. v. 39.

Pſal. 144. v. 9.

Deus flagellat, ſuos ad ſalutem.

Pſal. 44. v 7.

Heb. 12 v. 39.

Audite Apoſtolum Hebræorum 12. *Tanquam filijs offert ſe vobis Deus; quis enim filius quem non corripit pater; Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes ſunt omnes, ergo adulteri, & non filij eſtis.* Rectè Auguſtinus nihil eſſe infœlicius dixit fœlicitate peccantium, quæ pœnalis nu-

Niſi à Deo tanquam filij corripiamur tanquam ſpurij abijcimur.

Epiſt. 5 ad Marcell.

tritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis interior roboratur. Præſtat itaque durè hîc tractari à pio patre & medico ad ſalutem, & ad hæreditatem, quam molli palpatione præcultum, & in delicijs enutritum, ab omni iure patrimonij cœleſtis in æternum expungi.

Gẽtilium exemplis monemur conſtantia.

Multa paſſi ſunt, & quotidie patiuntur homines hominum cauſâ, & in cauſa ſalutis noſtræ, in propugnando honore Dei vel trepidare vel recedere nõ pudebit? Attica pellex ne amaſij ſecretum proderet, in medijs cruciatibus linguam ſimul & vocem exſpuit. Num facta nobis frõs meretriciâ perfrictior, quæ ſponſum animæ noſtræ erubeſcat, vel fidem ei obligatam deſerat, cũ nondum in equuleo poſiti, necdum fidiculis teneamur conſtricti? Anaxarchus cũ in exitium ptiſſanæ pilo contunderetur à tyranno: tunde tunde aiebat Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tũdis. En fortitudinẽ philoſophi qui inanis aucupio gloriæ, & falſæ ſimulachro patientiæ, de tali ſuo exitu etiam iocabatur; & nos qui habitamus domos luteas terrenum habentes fundamentum, ſed ſpe fælicioris vitæ ſubnixi pro ea

Vide Cic. in Tuſc. queſt. & Val. M.

Ierem. 3. v. 3.

Laertius in vit.

Iob 4. v. 19.

dem nobis certius emerenda nihilne ſuſtinendum putabimus? verendum ne ſi nimis in hoc lauti velimus eſſe, conueniat in nos illud Prouerb. 27. *Si contuderit ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius;* Vt vel inuitis patiendum ſit, ſed quia inuitis & repugnantibus, nihil nobis proficiant paſſiones.

Zeno Eleates conſultus à Dionyſio quidnam ipſi Philoſophia conduceret, quum reſpondiſſet contemptum mortis, flagellis tyranni obiectus ſententiam ſuam ad mortem vſque ſignabat. Meliori magiſterio edocti ſumus, non eſſe in cauſa fidei metuendos illos, qui licet corpus occiderint, nequeunt tamen ad animam penetrare, eiue vllũ nocumentum afferre. *Tertul. in Apolog. & alibi.* *Matt. 10. v. 28.*

Et vbi fortè legerit Heraclitum philoſophũ bubulo ſtercore oblitum, perituræ laudis auiditate peſſima, ſe deuouiſſe voraci incendio, memineris inde tuam confutari pigritiam, qui caminum tribulationis refugias, in quo non perdẽdus ſed purgãdus excoquaris. Rectè Eccleſiaſticus: In lapide, luteo lapidatũ eſſe pigrum, & omnes loqui ſuper aſper- *Apud Laertium.* *Eccl 2. v. 5.* *Cap. 22. v. 1.*

Digitized by Google

natione illius : De ſtercore boum lapidari pigrum & omnem qui tetigerit eum excutere manum.

Ibidem.

Exhortatio ad fortitudinem & conſtantiam.

Cum igitur mollitiem noſtram redarguant lingua pellicis, pilum & follis Anaxarchi, flagellum Zenonis, flamma Heracliti; & ſimilia plurimorum, quos prætereo pro vanitate exantlata ſupplicia, quantam merebimur aſpernationẽ omnium, niſi iſtorum exemplo ſpiritum aſſumamus, vt ſi non tantundem pro cauſa honeſtiſſima, ſaltem aliquid ſufferamus incommodi. Si tanti vitreum quanti verum Margaritũ: Si tanti emerunt flatum auræ popularis, & corruptibilis gloriæ lacinias miſerrima humanæ laudis mancipia, quanti emenda nobis erit palmata illa veſtis immortalitatis, quam Athletis ſuis efformauit Deus noſtrorum certaminum ſpectator & Iudex. Si in cauſa mundi tanta pati potuerunt homines mundo dediti, quid in cauſa Dei qui mundum condidit pati dubitauerint ſerui Dei? Si eneiues fuerimus, aut retrogradi in iſta fidei palæſtra, non ſolum priuabimur corona victoriæ, ſed etiam nomen noſtrum in ipſo ſæculo dehoneſtabimus, quin & ijs

Verba Tertul. l. ad mart. c 4.

Philoſophi gẽtiliũ mancipia vana gloria.

Siquis vt cancer retrogradus fuerit in cauſa fidei apud omnes dedecebitur.

ipſis qui nos in præuaricationē pertrahebant ſpreti & exoſi remanebimus.

Conſtantius Chlorus Auguſtus, Magni Conſtantini Pater, vt Aulicorum ſuorum in Deum fidem experiretur, optionem illis liberam dedit vel vt dijs immolantes officium apud ſe retinerent, vel recuſantes, ex aula eius & ſeruitio abirent, verum ijs qui abire potius quā fidem in Deum verum abijcere maluerunt, ſuo rurſum lateri admouit, abiectis alijs quos ſibi futuros putauit infidos, qui fidem in verum Deum abiecerunt. Quin & Theodoricus Gothorum Rex, diaconū quēdā mirificè dilexit, qui vt Regis animum ſibi magis deuinciret, relicta orthodoxa fide cum Arrianis conſenſit, ratus ſe in hoc Theodorico gratificaturum ſi homouſianam doctrinam abiuraret, quo cognito Rex quem tantopere dilexerat, confeſtim capite truncari iuſſit, dicens non ſeruaturum hominibus ſinceram conſcientiam, qui Deo fidem non ſeruauit.

Conſtantius Aug. ſapienter explorat fidelitatē ſuorum Aulicorū.

Apud Caſsiod. in trip. hiſt. l. 1. c. 7.

Apud Theodorū lect. in Collectā.

Theodoricus Rex perfugam religionis obtrūcat.

Hugoni noſtro longè alia mens ab iſto diacono & aulicis, ac ſalubrius cōſilium fuit, qui cum à Iacobo Rege ore manuque inuitaretur ad ingreſſum ſa-

Comitis Hiberni egregia fidei profeſſio.

Digitized by Google

celli, in quo cœna Caluinitica celebrã-da erat, dũ numeroſa Comitum & nobilium caterua ingredientem principem comitaretur, ipſe honeſto & vero conſcientiæ prætextu aditum declinauit, adijciens ſi ſe transfugam religionis Catholicæ Rex faciat, facturum quoque exſortem ciuilis ac ſyncerae fidelitatis in Regem. Atque ita plerumque accidit: neque enim reus læſæ Majeſtatis diuinæ, (cuius cultus & religio in fidei fundamento recumbit) diu immunis eſſe ſolet à lædenda Majeſtate humana, quando vel proditionis exequendæ nõ deeſt opportunitas, vel honeſto, æquo & decoro, cuius apud pleroſque in ſæculo tenuiſſima eſt conſideratio, vtilitatis ratio præponderat, quæ longè maiorem hominum multitudinem ferè illaqueat ſuis illecebris.

Proditor religionis, etiam Regis & Reip proditor euadet.

Ex qua Hugonis conſtantia, cum in alijs ad ſeruiendum Regi tunc promptiſſimus, detrectaret obſequium animæ ſuæ noxium, & religioni perniſioſum, neque Regi profuturum, tũ maximè apparuit, quàm cara illi & antiqua eſſet fidei recta profeſſio, vt vel vna iſta fuga, honorificentior fuerit multis vi-

Qui fidelis Deo, ipſe etiam Regi fidem ſeruabit.

ctorijs & trophæis, quæ de aduerſa Anglorum gente reportauit in bello, quo, tot annis, Elizabetha regnante, pro aris & focis decertauit,

Sed nec multò minus illuſtre alterius Comitis in negotio religionis officium, quem ſera poſteritas eò laudabit pleniori voce, quo minus ipſe auidus præconij laudis humanæ, teſtimonio conſcientiæ fretus, aliam non expectat cõſtantiæ mercedem quàm æternæ vitæ, quâ nihil optabilius ab immortali Deo retributionem.

Alterius Comitis in fide cõſtantia.

Fruſtra ego calamum detriuero ſi omnibus commemorandis velim inſiſtere: Et dum hæc ipſa percurro leui adumbratione, alia ex alijs in immenſum protuberant, ac dum heſternis hodierna conglomerantur, vix erit reperire exitum, abſque Theſei filo, ex iſto exemplorum labyrintho. Exempla dico & geſta, non vnius aut alterius priuati hominis, ſed diuerſarum ciuitatum & populorum, quibus vnum eſt pro fide certamen, & ſola victoriæ gloria in eo poſita eſt, vt in fide tuenda, & profitenda, nullis ſe patiantur machinationibus ſuperari.

Prouinciæ Ciuitates, & populi Hiberniæ fidei tenaces.

Digitized by Google

Lagenia, Momonia, Conacia, vltonia, Media.

Heſterna hîc dixerim, quæ paucis retro annis per vniuerſas Regni prouincias, per Lageniam, Momoniam, Conaciam, Vltoniam, & Mediam peruaſerunt noſtros Catholicos perſequutionis fulgura. Quid commemorem

Dublinū.

Dublinum Imperij arcem, in qua tantò exploratior eſt tanquam in ipſo tribulationis camino Catholicorum fortitudo, quantò ipſi viciniores ſunt auribus & oculis Dominorum, quorum ſagacitas vſque eo penetrat, vt nec minimus in angulo ſuſurrus eorum notitiam prę-

Naſia.

terire poſſe videatur. Quid Naſiam adiungam aliaque in illo tractu caſtella & oppida fidei confeſſione conſpicua.

Canicopolis. Vulgò Kilkenia

Quid Canicopolim referam, cuius eò illuſtrior erat in hoc religionis agone de hoſte triumphus, quòd ex Senatu Ciuitatis triumuiri electi, & quaſi martyres deſignati, communem ſibi cum cæteris ciuibus cauſam diuturna carce-

Secuto veluti interregno per mortem Elizabethæ cum nondũ ſatis cõſtaret de ſucceſ-

ris ſufferentiâ, tuebantur, & ex tribus his fidei antagoniſtis nobilitata eſt vnius honorifica morte, quam ex ægritudine contracta in carcere, per ærumnas exilij augeſcentem voluntariè ſuſcepit, ne conſentiret profanando Sacrario, quod

paulò antè reſtitutũ in vſum primæuum diuini cultus, denuò contaminare volebant aduerſarij, & locum ſacratum polluendo, tabefacere Sanctuariũ Domini cruore tribunalitio? Quid Vvexfordiam rememorem? Quid Roſpõtẽ? Quid Burgũ Thom-Antonij, aliaque Lageniȩ loca honeſtata iam & condecorata multis Chriſti confeſſoribus, quorum intrepida confeſſio coram poteſtatibus ſæculi maiori ſunt ornamento, quam vel aurata laquearia, vel arcus triumphales, vel ſtatuæ marmoreæ, vel denique maiorum ſtemmata antiquitatis honore & fumo renidentia.

Quid Momoniam adiecero? quid Vvaterfordiæ laudes enumerem? quid Corcagiæ præconia? quid Limirici gloriam? quid Caſſelliæ, Killociæ, Quinſaliæ, Yogheliæ, Dungaruaniæ vt cætera prætermittam; ampliora ſunt iſta & nobiliora quam vt multorum dierum elaborata ſcriptione recenſeri, multò minus exornari poſſent Catholicorũ geſta, & egregiæ eorundem perpeſſiones:

ſoris mente quoad religionẽ, nonnullæ ciuitates & oppida quaſi poſtliminio vendicãt Eccleſias vſui Catholico. Et in his Canicopolitani monaſterium ordinis Prædicatorũ è tribunali reſtituunt in Sacrariũ. quo eorum facto Ordines Regni offenduntur, eoſque perſequũtur. in qua perſecutione Ciuis primarius moritur exul, poſt multam carceris macerationem.

magiſtratuum abdicatio, ciuiũ incarceratio, bonorum rapina & direptio; ac dum ipſa familiarum capita in Ergaſtulis obſoleſcerent, Notariorum turba, & Aſſeclæ amanuenſes domos penetrant & expilant, ac officinas mercatorum integras, & mercimonijs inſtructas, confiſcationis obtentu voci præconis ſubijciunt: & quod horridius eſt, quæ in alimentum paruulorum paupercula mater repoſuit farinulam, ſalſamẽta, legumina, illa omnia tanquam in auctione conclamata, perſtabant auari prædones diuendere, eiulantibus ad iſta promiſcuè pueris, cum matribus, & eſurientibus non erat qui panẽ frangeret.

Scribarũ inſolẽtia.

Nota impietatem perſequutorum.

Vltonia, Conacia, Mediæ prouinciarũ vexatio.

Ardmachia, Galueia Vadipontus. Nobiles & plebei.

** Vulgò Drogheda.*

Quid iſta recenſeam quæ melius ipſi nouiſtis, quàm dura & dira pertulerint in Conacia, Vltonia, Media, paſſim in vrbibus & agris ludibrio habiti quicunque, & cuiuſcunque ordinis Catholici. Clamant Ardmachia, Galueia*, Vadipontus. Sed iſta maioris ſunt otij & acuratioris penicilli, quo alius quiſpiã veritatis aſſertor, & patrij honoris vindex, toti orbi Chriſtiano conſpicienda depinxerit ea quæ in hoc genere commemoranda,

Digitized by Google

memoranda, illuſtria nobilium adeo & plebeiorum facinora, in defenſionem fidei, religionis, & veritatis, per heroicã confeſſionem ſunt perpetrata, quorum enumeratione accendi ad conſtantiam poſſumus, quantumuis nobis pectora conglacient veterno torporis & ſocordiæ.

Sed & hodierna ipſa quæ cernimus, ac quaſi manibus noſtris attrectamus, excutere nobis debet omnem teporem & inertiam. Vbique perſonant voces è propinquo, & nuncia de longinquo circumſtrepunt, hunc à ſatellitibus quæſitum, illum captum, iſtum reuinctum, alterum examinatum à iudicibus, & in arctam clauſuram actum, quòd Regiæ iniunctioni non ſubſcriberet: Huius ciuitatis Prætorem, illius oppidi Præpoſitum, hos Vicecomites Vrbanos, illos Agrarios Domicellos, omnes in iudicio ſiſti & longè à ſuis domicilijs euocatos, mancipari ſeueriori cuſtodiæ, quòd contra mandatum legis diuinæ: nolint regis mandato obtemperare. Teſtes horum ſunt non auriti tantum ſed oculati, neque oculis tantum iſta hau-

Reuiuiſcit vexationũ proſecutio.

2. Machab. 7.

Chriſti Confeſſores) meque etſi exſortem veſtrarum paſſionum , tamen orationum & meritorum conſortem precor efficite. Datum è meo Muſæolo hac die 17. Decembris, Anno 1611.

Veſtris omnium obſequijs.

Addictiſſimus in Deo Seruus,
T. N. Philadelphus.

COROLLARIA QVÆDAM EX
prȩmiſſis deducuntur.

I. COROLLARIVM.

De fœlicitate ſubditorum qui Catholicis principibus ſubſunt; recapitulata Hibernorum conſtantia: diuinæ opis imploratio neceſſaria ad perſiſtendum in vera Hierarchia, non obſtante huius æui Anarchia apud Britannos.

QVANDO igitur ex his quæ produxim⁹ euidẽter appareat quantis ærumnis, & calamitatibus exponantur Catholici noſtri, in hac fidei palæſtra; eſt quòd diuino numini gratias agant immortales pro conſtantiæ dono, qua ſingulari-

Digitized by Google

Chriſti Confeſſores) meque etſi exſortem veſtrarum paſſionum , tamen orationum & meritorum conſortem precor efficite. Datum è meo Muſæolo hac die 17. Decembris, Anno 1611.

Veſtris omnium obſequijs.

Addictiſſimus in Deo Seruus,
T. N. Philadelphus.

Digitized by Google

COROLLARIA QVÆDAM EX prę miſſis deducuntur.

I. COROLLARIVM.

De fœlicitate ſubditorum qui Catholicis principibus ſubſunt; recapitulata Hibernorum conſtantia: diuinæ opis imploratio neceſſaria ad perſiſtendum in vera Hierarchia, non obſtante huius æui Anarchia apud Britannos.

QVANDO igitur ex his quæ produxim⁹ euidĕter appareat quantis ærumnis, & calamitatibus exponantur Catholici noſtri, in hac fidei palæſtra; eſt quòd diuino numini gratias agant immortales pro conſtantiæ dono, qua ſingulari-

Digitized by Google

Chriſti Confeſſores) meque etſi exſortem veſtrarum paſſionum , tamen orationum & meritorum conſortem precor efficite. Datum è meo Muſæolo hac die 17. Decembris, Anno 1611.

Veſtris omnium obſequijs.

Addictiſſimus in Deo Seruus, T. N. Philadelphus.

Digitized by Google

COROLLARIA
QVÆDAM EX
premiſſis deducuntur.

I. COROLLARIVM.

De fœlicitate ſubditorum qui Catholicis principibus ſubſunt; recapitulata Hibernorum conſtantia: diuinæ opis imploratio neceßaria ad perſiſtendum in vera Hierarchia, non obſtante huius æui Anarchia apud Britannos.

QVANDO igitur ex his quæ produxim⁹ euidēter appareat quantis ærumnis, & calamitatibus exponantur Catholici noſtri, in hac fidei palæſtra; eſt quòd diuino numini gratias agant immortales pro conſtantiæ dono, qua ſingulari-

Digitized by Google

Chriſti Confeſſores) meque etſi exſortem veſtrarum paſſionum , tamen orationum & meritorum conſortem precor efficite. Datum è meo Muſæolo hac die 17. Decembris, Anno 1611.

Veſtris omnium obſequijs.

Addictiſſimus in Deo Seruus,
T. N. Philadelphus.

Digitized by Google

COROLLARIA
QVÆDAM EX
pręmiſſis deducuntur.

I. COROLLARIVM.

De fœlicitate ſubditorum qui Catholicis principibus ſubſunt; recapitulata Hibernorum conſtantia: diuinæ opis imploratio neceſſaria ad perſiſtendum in vera Hierarchia, non obſtante huius æui Anarchia apud Britannos.

QVANDO igitur ex his quæ produximꝰ euidẽter appareat quantis ærumnis, & calamitatibus exponantur Catholici noſtri, in hac fidei palæſtra; eſt quod diuino numini gratias agant immortales pro conſtantiæ dono, qua ſingulari-

COROLLARIA QVÆDAM EX præmiſſis deducuntur.

I. COROLLARIVM.

De fœlicitate ſubditorum qui Catholicis principibus ſubſunt; recapitulata Hibernorum conſtantia: diuinæ opis imploratio neceſſaria ad perſiſtendum in vera Hierarchia, non obſtante huius æui Anarchia apud Britannos.

QVANDO igitur ex his quæ produxim⁹ euidẽter appareat quantis ærumnis, & calamitatibus exponantur Catholici noſtri, in hac fidei palæſtra; eſt quòd diuino numini gratias agant immortales pro conſtantiæ dono, qua ſingulari-

Digitized by Google

bis reſtitutionem, vel cruore ipſo emẽdam putaretis. Indoletis, ni fallor, ſectariorum tenebris & cœcitati, deploratis ignorantiam, iram Dei deprecamini, ne eos in ſua obſtinatione præduros deuoueat æternis ſupplicijs: Et tanquam pij parentes, conſideratis phreneticorum verbera filiorum, magis eorũ phreneſim dolentes, quam veſtram percuſſionem.

Hæreticorum miſeranda phreneſis.

Sed feriant, mulctent, & mactent, ſi ſic irritatus peccãtis ſæculi Deus, per veſtram caſtigationem placabitur: Incidatur per diuinam iuſtitiam tibia, vel brachium, vt cordi languido vel capiti medela opportuna ſubueniat. Ipſe ſi dolebitis, medicus eſt; ſi moriemini, reſuſcitator eſt; ab ipſo lenimen eſt afflictionum, ab ipſo vulnerum ſanatio, ab ipſo vita & ſanitas, & poſt vitæ huius periodum, æternitas tormentorum deſerentibus veritatem; & ſectantibus eam, inque eâ perſeuerantibus requies perenniter duratura.

Lenitor dolorum Deus & ſuorũ remunerator.

Quam vobis perſeuerantiam in hac vita, & in altera requiem opto ex animo (Venerande Antiſtes cæterique

Digitized by Google

eum vltor eſt; ſi damnum, reſtitutor eſt; ſi dolorem, medicus eſt; ſi mortem reſuſcitator eſt. Abſit à vobis Confeſſores Chriſti, abſit vltionis appetitus; abſit offenſionum & iniuriarum vindicta; abſit animus turbidior, vel in iram irrũpens, vel irrepens in ſimultatem; abſit à vobis alia vlciſcendi cupiditas, quam vt ſaluis hominibus, interficiantur errores, vt deſtructâ Niniue, Niniuitæ ſint incolumes, vt Caluiniſmo abolito, Proteſtantiſmo exſtincto, deletis Atheiſmo & Syncretiſmo, atque omniũ errorum & hæreſeon fuco deterſo, reſplendeat vultus natiuus & aperta facies Catholicæ religionis, cuius olim Maieſtas, ſi vſpiam, in Inſulis Britannicis non exiliter effloruit. Sed nunc proh dolor! (cum D. Bernardo ex canticis illud verè poſſumus occinere) Vinea noſtra floruit, nõ floret, floruit eruditione, ſanctitate, virtute; nunc ad inſtar agri quem homo ſtultus & piger neglexit, vrticis & ſentibus inhorreſcit. Floruit viris doctis & ſtrenuis, viris ingenio excelſis, iudicio ſolidis, omnium ſcientiarum inſtrumento excultis, militari glo-

Concluſio exhortationis.

Errorum non errãtium deſtructio optatur.

D. Bern.

Cantic. 2. v. 15.

Inſulæ Britannicæ quomodo olim religione floruerint & doctrina.

principibus vniuocæ profeſſionis, quã magnum & ineſtimabile bonũ, ſit vitæ ſecuritas, & libertas; cuius pretium non ſatis intelligitur in terra ſuauiter viuentium, nec tam vtendo quam carendo cognoſcitur; quam magna dulcedo fruentium perſonæ pariter & fortunarum ſuarum incolumitate, habentium pacem ex omni parte in circuitu; quemadmodum *habitabat Iuda & Iſrael abſque timore vllo, vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, à Dan vſque Berſabee, cunctis diebus Salomonis*? Quando de rore cœli, per veram fidem, & de pinguedine terræ, per abundantiam pacis, hæreditatẽ benedictione poſſideret Iacob, quam magna & immenſa fœlicitas ſubditorũ, vbi eorum obſequium erga Principem ſuum ancillatur cœleſti Principatui; Vbi iura Regni non pugnant cum Religione; vbi fidem fidelitas non exterminat.

3. Reg 4. v. 25.

Semitam Catholicorum in Hibernia diuidit acies nouaculæ, & ſubtus ex vtraque parte aperitur pręcipitium: Si fidelis Deo fueris, infidus Regi habeberis; ſi fidelis ſis Regi, contra Deum, patet indè inferorum barathrum; ſi Deo

Digitized by Google

ti Reges : Imperator Auguſtus ; Hiſpaniarum Catholicus ; Luſitaniæ, Aragoniæ, Nauarræ, Hungariæ, Bohæmiæ; multi etiam inuncti & diademate inſigniti, Galliarum Chriſtianiſſimus, Syciliæ, itidem & Ieroſolimorum: ſiue illi inaugurati tantum, ſiue etiam corona redimiti, ſeu denique oleo ſacro delibuti, nemo Regũ Chriſtianorum, à Chriſto nato, vel cognito in orbe, delibauit apicem Eccleſiaſticum; aut regio diademati alligauit infulam hierarchicam, eâ quâ nunc ratione aſſuitur vtraq; poteſtas, ciuilis & ſacra, in vertice laicali Regis Britanniæ,

Cæterum ita expedire volunt regimini ipſorum; vt vnus ab omnibus diſſocietur; & ille ſolus ſit ſæculi Phœnix, cæteri Reges tantum Phœnicopteræ; ille ſolus ſe eximat à compage ſubordinationis, quam cæteri meritò recognoſcunt; ſolus ipſe abſolutus ſit à vinculo vnionis; ſolus ſit in omnibus, & ab omnibus independens; quamtumuis reclamet orbis Chriſtianus vnanimi omnium Ordinum conſenſu; quamuis Cõcilia generalia, decreta Sanctorum patrum, tota ſchola Catholica, Regna &

Reſpub. atque ipſi etiam ſectarij omnes extra Britannicas ditiones iſti Primatui refragentur.

Atenim dum illius Monarchiam ſic abſolutam fabricantur, Anarchiam potius & meram confuſionem inducunt; quarè dum Catholici tiaram hanc diſſutam cupiunt, & diſſociatam à Regali culmine, non diminutam principis authoritatem, ſed Ephororum aſſeſtrice ſapientia, Theopompi ſolium ſtabiliri optant. Et quod maius eſt, ordinem iuris à Chriſto legiſlatore inſtituti, nec poſſe, nec debere ab homine quocunque, & quaſcunque leges condente, abrogari contendunt.

II. COROLLARIVM.

IN QVO,

Ex verbis Regis elicitur argumentum pro inculpata Catholicorum conſtantia.

ET quia hæc veritas noſtris Catholicis medullitus infixa eſt, æquum eſt nos meminiſſe verborum illorũ, quę Rex noſter in ſermone ſtelliferi con-

dem fornacem conijcientur.

Iam verò coniecti ſunt multi in carceres & cuſtodias, quia iſtis nouitatibus non acquieuerunt: Detinentur modò in caſtris, & ergaſtulis, noua & recentia veteris fidei mancipia. Vincti ſunt in Domino; vincti pro Domino; quibus minātur illi qui omnibus apud nos dominantur; nec contenti mulctâ graui, quâ ſupra facultates onerant captiuos, etiam eorum ſeruituti inſultant, & conſtantiæ obganniunt.

Proh pudor, quam illi ſeruiliter aſſentantur Regi, qui nos inſectantur, quòd in Primatum eius non iuramus; non verecundantur verbo aſſerere, ſcriptis aſſeuerare, & multâ contentione aſtruere inter omnes Chriſtianos principes, Magnæ Britanniæ Regem eſſe abſolutum Monarcham, quia ſolus inter omnes aſſumpſit iſtam Eccleſiaſtici culminis Præcellentiam, quâ ſe ſtatuit independentem, & liberum ab omni ordine & norma iuriſdictionis cuiuſcunque alterius, non in ciuilibus modò, ſed etiam in Eccleſiaſticis.

Multi ſunt in orbe Chriſtiano Principes abſoluti, multi inclyti, & inaugura-

Digitized by Google

clinent in alterutram partem, ſiuè ad ſiniſtram recedendo è tramite fidei, ſiuè deorſum labendo à fidelitatis auſpicio, in ruinam & exitium proruunt; Vtrumque enim officium, & pij Catholici, & boni ſubditi quam aptiſſimè moderari debent, quod arduum eſt in aduerſo regimine; nec facilius id aſſequeris vt viã carpas inoffenſo pede, quam vt per cœca labyrinthi antra, abſque Theſei filo gradiaris.

Rogandus igitur fidelis Deus, vt fidelibus ſuis adſit Hibernis; nec patiatur illos tentari ſupra id quod poſſunt, ſed faciat cum tentatione prouentum, vt poſſint ſuſtinere; & ſupercertare ſemel traditæ ſanctis fidei. Encomium illud hui⁹ Nationis, *quòd tenaciſsima ſit Catholicæ fidei*, verum & vetuſtum eſt; nec cadet in terram, niſi vt multum fructum afferat, quamuis ipſi in terram proſternantur, & è terris ſuis eijciantur, vt dictum eſt. *Iudas Apoſtolus in Epiſt. Cathol. v. 3.*

Quod nunc ſentiunt, id olim iudicârunt Hiberni, ſtultitiæ, vel etiam leuitatis, aut (quod deterius eſt) magnæ eſſe ſuperbiæ indicium, antiquis Eccleſię vſibus & traditionibus non acquieſce-

Digitized by Google

clauis (quem ſuprà retulimus parte prima obſeru. 13. & quatuor ſequentibus; in quem ſenſum antea etiã locutus fuerat in publicis Regni Comitijs) de ſua æquabilitate in ſubditos Catholicos, & benignâ animi propenſione, ſic ab eis non abhorrere, vt inſuper etiam diligere ſe non inficietur perſonã Papiſtæ, qui alioqui vir bonus ſit, & honeſtè educatus, aliam religionem nunquam imbiberit; odiſſe tamen perſonam Apoſtatæ Papiſtæ.

Cum igitur Catholici Hiberni, hac educatione à teneris vnguiculis imbuti ſint, nec alijs in religione opinionibus vel tenuiter vnquam intincti fuerint; neque verò aliam facilè admittant alimoniam, quam quę hoc ſapore fuerit condita; tametſi lamię denudent vbera ſua; & catulos lactare velint ſtillicidio medicato; tamen adhęſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti, reſpuens lacticinia nouitatum: in hoc ſaltem exultare illi & gloriari poſſunt, ſe quã longiſſimè abeſſe ab Apoſtaſiæ nota, quam Regi execrabilem eſſe ſciunt; & cum ingenuè inſtituti ſint in fide Catholica, cur non ſperent poſſe eorum innocen-

Thren. 4.

tiam

Digitized by Google

tiã locum habere apud Regem, cui cara & antiqua eſt bonorum virorum ingenuitas, quamuis ab ipſius in religione placitis, aliâ doctrina præoccupati diſſentiant.

Quoties autem Gubernatores Regni, alijvè quicunque miniſtri Regij, expugnare volent hanc firmitatem noſtram in ſuſceptâ ſententiâ; nobiſque obijciant, (quod antehac ſæpius obiectum fuerat) quaſi moliamur, vel ſceptrum è manibus extorquere, vel coronam capiti detrahere, dum eius religioni nos ſubducimus; vitream iſtam obiectionẽ reijcere poſſumus, authoritate & teſtimonio ipſius Regis, cuius nunc verba recitauimus, *poſſe illum* (adeoque velle) *diligere Papiſtam virum alioqui bonum & honeſtè educatum, qui aliã religionem nunquam imbiberit.* Neque verò, ſi vel Primatum eius Eccleſiaſticum negemus, vel detrectemus adire Eccleſias à noſtrâ profeſſione alienas, ideò vel dextram Regis exarmamus, vel verticem affligimus; ſed laruam ſolummodò amouemus, quâ vultus Regis obnubilatur, ne recto radio poſſit adſtantes illuſtrare. Spectrum eſt, vel ſtatua marmorea quæ prohibet

liberum acceſſum fideliter obſequentium, dumque aditum impedit, viamque obſtruit vt prototypum inoffensè veneremur, antitypi offenſaculum cupimus amoliri.

De Imperio & poteſtate interp. Fed. Morello. tom. 6.

Refertur à ſancto Chryſoſtomo, cum „ aliquando Diui Conſtantini ſtatua „ lapidibus percuſſa fuiſſet, & plerique „ illum ſtimularent ad eos perſequen- „ dos, & pœnâ afficiendos, qui in- „ iuriam ipſi tam grauem fecerant; „ dicerentque iſtos, ſaxa iaculando, „ totum Imperatoris vultum ictibus „ contudiſſe; tum Conſtantinũ ipſum, „ contrectatâ manu facie, & leniter ri- „ dendo reſpondiſſe: nuſquam vulnus „ impreſſum vultui meo video: quin & „ caput ſanum eſt, & facies omnis inco- „ lumis. Ita illos rubore & pudore af- „ fectos ab hoc iniquo conſilio deſiſte- „ re fecit.

Quam vellem ita cõtingeret, in cauſâ quam tractamus Regij Primatus, qui nobis aliud non cenſetur quam ſimulacrum quoddam, obumbrans verius quam exornans natiuum Regis vultũ; quòd ſi velum ab imagine ſeparari volumus, ne aſpectum impediat, non ideò

deſtruimùs veram Principis effigiem, vel ideam, quæ amoto inani vmbraculo, lucidiùs incurret in oculos intuentium; dum autem marmoreum ſpectrum interpoſitum, à viua & veraci imagine internoſcimus; iudicij ſanioris indicium eſſe nobis videtur, non autem argumētum perfidiæ, quam deſpuimus. Hoc igitur ablato inuolucro, ſi manu faciem Rex attrectauerit, integram, & illæſam inueniet, quemadmodum & cæteri Principes in ſeſe experiuntur.

Sapienter illud à S. C. obſeruatum eſt in ſua defenſione iuris Regum; *Hiſtorias abundare exemplis florentiſsimarum Eccleſiarum, ſub contrariæ religionis Principe.* *Iacobus Rex pag. 178. circa finem.* Quidni ita, Superis fauentibus, eueniat etiam Hibernis, vt retentâ ſuâ ſibi religione incolumi, in cæteris Regi obſequantur; vt talem S. M^tas. ad Proregem Sin Ioannem ſcribat epiſtolā, in fauorem noſtrum, qualem Antiochus Syriæ Rex, in gratiam Hebræorum, olim miſerat ad Lyſiam Gubernatorem, in hunc modum.

Rex Antiochus Lyſiæ fratri ſalutem. Patre noſtro inter Deos translato, nos volentes eos qui ſunt in Regno noſtro ſine tumultu agere, & *2. Machab. c. 11. v. 22. &c.*

rebus ſuis adhibere diligentiam, audiuimus Iudæos non conceßiſſe patri meo, vt transferrentur ad ritum Græcorum, ſed tenere velle ſuum inſtitutum, ac propterea poſtulare à nobis concedi ſibi legitima ſua. Volentes igitur hanc quoque gentem quietam eſſe, ſtatuentes iudicauimus templum reſtitui illis, vt agerent ſecundum maiorum ſuorum conſuetudinem. Benè igitur feceris, ſi miſeris ad eos, & dextram dederis; cognita noſtra voluntate, bono animo ſint & vtilitatibus proprijs deſeruiant.

Quod hic de Antiocho Rege, pariâ vel etiam maiora de Cyro Perſarum, de Artaxerxe, de Aſſuero Regibus ſacra ſcriptura commemorat; De Ptolomæo Philadelphi Ariſtæas; de ipſo Pharaone, & de terra Geſſen, Patriarchæ Iacob, ſobolique & familiæ eius attributâ, meminit hiſtoria Geneſeos; vt omittam alia plura citerioris æui exempla, quorum nonnulla iam attigi ſuprà obſeru. 31. & 32.

Horum imitatione, vtinam luberet Iacobo Regi, condeſcendere noſtris votis, & concedere mitigationem malorum, quibus indies magis magiſque affligimur. Dico indies, quia his quæ iã conſcripſimus cumulus ſcribendorum

Digitized by Google

accreſcit: dico magis; quia à nouis ingenijs, nouâ ſolertiâ, nouæ etiam prodeunt adinuentiones: dico magis magiſque; Nam quod hactenus ferè inauditum eſt (vt cætera taceam) ipſos plebeios, quos vel exterrent vel alliciunt ad frequentandas Eccleſias hi qui præſunt, cautione ſcriptâ obligant, & ſyngraphâ mulctatitiâ, in poſterum non receſſuros ab illâ ſchiſmaticâ communione, vt perpetuò inhæreſcant fæcibus Proteſtantium. Sed de his alijſque recentioribus technis; de laqueis hæreditatum; & hæredum illaqueatione; de pupillorum inſidioſâ emancipatione, alijſque huius generis retibus & compedibus Catholicorum, vberior alibi erit dicendi locus; & iam nonnulla attigimus in prima parte Analectorum, necnon in his obſeruationibus.

III. COROLLARIVM.

De Regum ad Regem interuentu & ſperato euentu eiuſdem.

VT autẽ Regi lubeat annuere quod petimus, quos potius interuento-

res pro noſtra puſillitate dabimus & obteſtabimur, quàm potentiſſimos,& piẽtiſſimos Reges, quos initio deprecati ſumus, vt conſtantiam noſtram corroborent, & obſtantia nobis impedimenta dimoueant, noſtrumque Principem inclinent ad cogitationes manſuetudinis & clementiæ.

Homil. 3. ad populũ Antiochenum.

Irato Imperatore Theodoſio,& grauiter incitato,aduerſus populum Antiochenum, legauerunt ciues Flauianum Patriarcham, ad mentem eius emolliẽdam, & vltionem quæ parata erat infligi, deprecandam: in ipſa verò ciuitate S. Chryſoſtomus, ad placandam diuini numinis iram, & vt vitam in melius cõmutarent, ciues vniuerſos magno animi ardore exhortabatur.

Et cum multa diſertiſſimè de legationis tenore prænunciâſſet, & ipſius legati ſermonem concinno ſchemate adumbrâſſet, de miſeris ciuibus timore conſumptis,& per ſingulos mori dies expectantibus; quòd pulſi, exulantes, reis miſerabilius viuentes, ſanguinem in manibus geſtantes, & de vita ſua non confidentes eſſent. Tandem in perſona legati ad Imperatorem hæc tibi (ait)

Digitized by Google

pœna ſufficiat, ne vlterius irâ procedas: mitem tibi ſupernum iudicem, per humanitatem in conſeruos, redde: Cogita vrbis magnitudinem, quod non de vna, vel de duabus, vel tribus, vel decē animabus nunc vobis eſt conſideratio, ſed de millibus infinitis, &c.

Et infrà. Hæc ſacerdos & plura his cū " maiore dicet fiducia; hæc imperator " audies: Et ille humanus & hic fidelis: " vnde vtriuſque bonam habemus ſpem, " magis autem & ſupra Magiſtri fidem " & Regis humanitatem, Dei miſericor- " diæ fidimus: Etenim & rogato Regi, " & roganti ſacerdoti, ipſe medius aſſi- " ſtet, Regis cor emolliens, ſacerdotis lin- " guam excitans; huius verba ſecundans, " illius mentem præparans dictis multa " cum venia ſuſcipiendis, & petitionibus " concedendis. "

Nouo & inuſitato legationis genere ad Regem exorandum, Regū interuentionem depoſtulat Hibernia: ſi crimen eſt, quod illi pietatem eſſe firmiter credunt, à recepta vnione cum Eccleſia Romana non recedere, exoratus ab Orthodoxis Regibus, Rex Iacobe, ſufficiat tibi pœna inflicta, ceſſet vlterior

Digitized by Google

afflictio ; cogita ſupernum iudicem; cogita externam noſtram educationem; cogita internum iudicium mentis, & intimam populi perſuaſionem; cogita omnes conatus quibus hactenus cogi non potuimus ad defectionem. Cogita Regni amplitudinem, quòd non de vna vel altera ciuitate, non de vna regione vel altera, ſed de multis prouincijs, de vna integra & inclyta Inſula, multas animarum myriadas continente res agitur; dignumque eſſe tam numeroſum & multiplicem cœtum, vt eius ratio habeatur, in negotio præſertim eiuſmodi, in quo cum toto Catholico orbe indiuulſè communicant.

Chryſoſt. Homil. 4. ad pop. Antioch.

Nullius accuſantur flagitij, niſi quòd religionis zelo flagrant. Maxima laus accuſatio, & crimina laudes fiunt; & teſtimonium indubitatū, inimicis ipſum perhibentibus. Cœlum & terram conteſtamur, nos ab omni reatu læſæ Maieſtatis humanæ immunes eſſe, & niſi nomen ipſum vertatur in pręiudicium, aut fidei profeſſio fiat nobis in precipitium, ab alio quouis in principem facinore, aut proditione, eiuſuè ſuſpitione nos quam longiſſimè abeſſe.

Hæc & his plura Reges deprecatores, Regi dominatori inſinuaturos confidimus, vt rogato & rogantibus medius aſſiſtat ſpiritus ille mediator Dei & hominum; qui & horum linguam, & illius mentem ſic gubernare poteſt, vt cum iam vitam non niſi precariam trahere videamur, ſuſpirijs, & ſingultibus plenam, tam ſolenni interceſſione horum tam Auguſtorũ interuentorum, nanciſcamur incolumitatem & pacem.

Si nos indigni ſumus qui audiamur, illi digniſſimi ſunt qui exaudiantur: ſi nos orare vix audemus, illi cum non dedignentur orare, dignabitur oratus exorari. Deumque nos humiliter precabimur vt vniuerſos diu fœliciter ſoſpitet; tam Regem Britanniæ cui fideliter ſeruire tenemur, noſtræque ſalutis & incolumitatis auctorem; quam etiam Reges & Principes Orthodoxos eiuſdem noſtræ ſoſpitatis & reconciliationis aſſertores. Fluctuat animus inter ſpem & metum; quid mirum ſi fluitet oratio, ſordeatque; nam & amnis exundans citò lutum colligit, & vndoſus ſermo de abſtruſis euẽtibus nec conſtans eſſe ſolet, nec terſus aut illimis. *Ambroſ.*

Digitized by Google

ANNOTATIONES IN PARÆNETICAM T. N. Philadelphi ad Epiſcopum Dunéſem, cæteroſque pro fide Catholica captiuos & confeſſores in Hibernia.

Ad Lectorem beneuolum prælocutio.

AVTHOREM præcedētis epiſtolæ ad ſcribendum impulit cōmiſeratio quædam patriæ ſuæ hæreſibus reſperſæ, & compatriotarum ab hæreticis pro fide Catholica vexatorum condolentia, quam ſcripto tradendam duxit tum ad exonerandam animi ſui triſtitiam (quæ dum expromitur, neſcio quomodo minuitur), tum etiam & multò magis ad leniendos Cō-

Digitized by Google

feſſorum Chriſti afflictos ſpiritus, qui vt coram per mutuum ſermonem, ita inter abſentes per litterarum alloquium demulcentur. Atque inde etiam rationum momentis deliniti, & ex ſcripturis ſacris conſideratonū thimiamate peruncti, corroborarētur animo ad omnia ſufferenda, quæ Deus permittit ad eorum probationem & expiationem. Vt cum ſibi perſuaſerint fidelē Dominum non paſſurum eos tentari ſupra id quod poſſunt, ſed facturum cum tentatione prouentum, vt poſſint ſuſtinere, hinc mente erigantur in cœlum ad illam diuinam prouidentiam veneranter ſuſpiciendam, eique paſſionum ſuarum humili obſequio famulandum; quod quidem famulitium magnam apud ipſam habet ſupernè repoſitam remunerationem.

Ita in Deum rapti, vel cum Apoſtolo ardenter diſſolui cupiant & eſſe cum Chriſto, vel cum D. Chryſoſtomo piè ingemiſcentes dicant, *Heu quam ſordet terra cum cœlum aſpiciamus.* Iſte ſiquidem pius cœlorum intuitus generabit in animo non admodum refractario, neque diuinis repugnante inſpirationibus,

Digitized by Google

quendam deſpectum terræ huius, rerumque terrenarum & caducarum, quę noſtrum curſum remorari poſſunt, & impedire liberam cum Deo conuerſationem.

Et quia huc voluit captiuos Chriſti manuducere huius parę neticę ſcriptor, & ad hoc eos maximè permoueri poſſe putauit, commemoratione rerum illuſtrium, quas ipſi oculis ſuis vel manibus ipſis explorârunt, hinc eos commonefecit eorum quæ in conſpectu noſtro vel nuperrimè facta ſunt, vel etiamnum modo fiunt. In quibus quædam non ita liquidiſſimè ſunt expoſita, vt ſtatim à quolibet percipi poſſet ſcribẽtis animus. Ac rurſus in ijs quæ paulò vetuſtiora ſunt, quædam attinguntur, quæ licet explicatiſſimè promerentur, niſi tamen vltra coniecturam probabilem authoritate & teſtimonio veterum, ac rationum adminiculo fulcirentur, apud quoſdam vix fidem mererentur, præſertim apud illos, qui ne leuiter creduli eſſe videantur, nimium increduli deueniunt ad ea, quæ pro honore gentis Hibernorum veriſſimè aſſeruntur.

Idcirco annotanda quædam erant

quæ obſcuris lucem, dubijs fidem, firmis authoritatem, infirmis robur adijcerent. Interea tamen dolendum eſt, ea ex quibus maximè cùm ornamentum, tum etiam præſidium rebus noſtris antiquioribus afferri queat, vel iniuriâ tẽporum intercidiſſe, vel hominum quorundam iniuriâ perijſſe, vel denique nimis ſolicita aliorum prudentiâ, an dolo dixerim, interuerſa eſſe plurima veterum monumenta.

Nam & Archiuis publicis ferè expilatis, & pluſquam decimatis iam ſcrinijs Eccleſiaſticis, monaſteriorum autem ſcriptis omnino interceptis, quid potuit eſſe reſiduum, vnde & per quod fugientem veritatem valeas expiſcari?

Porrò ſi vſpiam apud priuatum aſſeruari intelligunt hi (qui cum imperio præſunt) fragmentum aliquod veteris hiſtoriæ Ms. prece illud ſiue pretio corradunt, vel ſi nec prece aut pretio obtinent, ſuccedunt precibus minæ & præcepta, quibus refragari, paulo minus quam lethiferum eſt.

Accidit hoc non ita pridem in Codice .... Accidit & circa alterũ Codicẽ familiæ .... in fundo.........

Quia nõdum tutũ videtur loca vel per-

ſonas nominare, ideo conſultè relinquuntur lacunæ ſuo tempore cũ licuerit explendæ

Nam cum Prorex ſecundò & tertiò idque ſeriò ſatis petijſſet, herus autem loci (qui idem hæres erat & cuſtos libri) procraſtinando tergiuerſaretur, quamuis Magnatũ preces imperia ſint, quia tamen in magno pretio librum haberet, quippe ſanctorum continebat hagiologium, & domus ſuæ volebat vt eſſet quaſi monile & monimentum perpetuum, vſque eò diſtulit eius traditionem, donec iteratis precibus minæ adderentur, per quas metu victus ceſſit loco, & librum conceſſit Proregi accõmodato magis quam donatò, vt inde quædam quæ placerent tranſcribenda curaret. Sed nec dum reſtitutus eſt iſte, vel alius antiquæ notæ Annalium tomus, quẽ conſcripſerat Iohannes Clyn Minorita, & monaſterij Canicopolitani alumnus, opere perducto ad annum Domini 1350. quem librum quidam ex Iuſticiarijs itinerantibus natione Anglus (cuius memoria apud Catholicos Lageniæ non redolet odorem ſuauitatis, ob motam ab eo pridem duriſſimam perſequutionem, de cætero non peſſimus iuſtitiæ adminiſtrator) accepit quidem accommodatò, ſed incõſulto poſ-

ſeſſore in Angliam auexit; in hoc ſaltē cōtra iuſtitiæ normam peccaturus tantus Iuſticiarius, ſi inuito Domino retineat pignus ex amore traditum.

Poſt multorum annorum detentionem tandem reſtituit.

Strenuus fuiſſe fertur in iſto artificio conquirendi vndequaque, auferendique aut ſupprimendi vetuſtos codices præſertim in prouincia Momoniæ (quā prçſidali auctoritate gubernabat) Georgius Carevv, quē præsēti anno ex Anglia reducem, veluti Syndicum & viſitatorem vidit Hibernia: qua autem arte exculpſerit nobiliſſimo viro (Carteorū CorYphæo, quē mox in vincula dedit, & in Angliam captiuum ablegauit) ampliſſimum & antiquiſſimum volumen Ms. alij dum referunt, vberrimè lugent tum libri amiſſionem, tum etiam ipſius viri primarij infortunium.

Sed quod Præſes in vna prouincia, id fecit per vniuerſum regnum Henricus Sydnæus, & alij ante eum Proreges, qui omnia quæ colligere poterant, vno quaſi euerriculo aſportârunt, vt iſtud inter alia ſibi demādata quando in hoc regnum mitterentur, iniunctum fuiſſe videatur, vt quam diligentiſſimè abolerent omnem vetuſtatis memoriam in

Hibernia. Qua in re cum ſe nimis audacter & flagitioſè extuliſſet ſub Henrico Octauo Prorex Leonandrus Greius, de quo fama obtinet demolitũ fuiſſe monumentum SSS. Patricij, Columbæ & Brigidæ in ciuitate Dunenſi, quũ ille prouinciæ malè habitæ reus ageretur, & capitis damnaretur, inter alia obiectum fuiſſe hoc Patricij templum profanaſſe, perhibet eſſe certum Guil. Cãdenus in ſua Vltonia. Sed quod iſti Greio tum crimini datum fuit, noſtrâ nunc memoriâ magnæ laudi ducitur, & obſequium Deo præſtari putatur, quoties in odium regularis ſeu monaſticæ profeſſionis clauſtrorum rudera diſſipantur, & deſtructis nidis ſpes omnis redeundi obſtruitur innocuis illis auiculis.

Vide Cãden. in ſua Vltonia.

Non tantum exteri ſed ipſi etiam indigenæ iniquiores olim fuerunt in vetera & ſacra monumenta. Nam cum illi, ſiue inter ſe, ſiue etiam cum Anglis de ſumma rei, bello decernerent, tanto ardore & impetu obuia quæque vaſtabant, vt neque Eccleſiarum tabularijs, neque ipſis ſanctarum reliquiarum ſcrinijs parcerent ab incendio, de quo ſuf-

fecerit

fecerit vnum exemplum afferre ex illo quem retulimus Iohanne Clynn locuplete Chronicorum ſcriptore ordinis S. Franciſci religioſo. Ita enim ſcribit ad annum Domini 1346. die veneris ter- „ tio Nonas Maij, Dermicius Mac Gille- „ fadrick monoculus, qui ſemper inſidijs „ & proditionibus intendere conſueuit „ per omnia,& parui pendens, villam de „ Aghbo in Oſſoria combuſſit, aſſociato „ ſibi O Karioille & ſecũ ducto, & etiam „ cœmiteriũ & Eccleſiam S. Kanici Ab- „ batis, viri ſanctiſſimi, patroni patriæ, & „ loci fundatoris ſcrinium cum oſſamen- „ tis & reliquijs eius igne crudeliſſimo „ tanquam degener filius in patrem cru- „ deliter deſæuiens combuſſit & cõſumpſit: & de Ecfrido Rege, quid in iſto genere effecerit, verbis ipſius venerabilis Bedæ audiamus. *Anno inquit Do-* „ *minicæ incarnationis* 684. *Ecfridus Rex Nor-* „ *dumhumbrorum miſſo in Hiberniã cum exer-* „ *citu duce Berto, vaſtauit miſerè gentem inno-* „ *xiam, & nationi Anglorum ſemper amiciſſi-* „ *mam, ita vt nec Eccleſijs quidem aut monaſte-* „ *rijs manus parceret hoſtilis. Ita ille l.* 4.c.26. „

Iam & de Noruegis & Danis quid velim adijcere? qui cum omnia infeſta-

Digitized by Google

rent armis & patriam hanc hoſtiliter aggreſſi, eamque vi occupantes cum imperio tandem tenuiſſent, ſaltem initio haudquaquam imbuti myſterijs fidei Chriſtianæ, ſacra & profana miſcebant; & qui iteratis vicibus Regionem inuaſiſſent, non pauca ſubduxerāt gentis illius Ms. ex quibus etiamnum modo apud Regem Daniæ in ſuis Archiuis multa extare dicuntur rerum Hibernicarum volumina. Ad quem noſtrâ hâc memoriâ quum pro Elizabetha Regina legatione fungeretur Eques Mareſcaltus, intellecto quòd in eius comitatu Hibernus quiſpiam eſſet, deductus eſt ad tabularia Regia, & oſtenſis illis voluminibus Hibernicè conſcriptis, quæ per Maiores ſuos, cum Hiberniæ principatum obtinuiſſent inde aſportata dicebat, auidè cupiebat ab interprete aliquo, eiuſdem nationis viro enucleari. Sed quum aduerſa ſorte Hibernus ille parum verſatus eſſet in ſuo vernaculo idiomate, ſiue quòd in Anglia magis quam in ſua patria vitam duxiſſet, ſiue etiam quòd in Hibernia neglexiſſet Hibernicè legere aut ſcribere, quam non ſatis callebat ipſe linguam, quomo-

do poſſet alijs explicare?

Vbi hoc obiter obſeruo, cum Anglo-ſaxones tam feri aliquando & literarũ rudes fuiſſent, vt nullum haberent lectionis aut ſcriptionis vſum, in hoc eis ſubuenit Hibernia, vnde ſuos illi characteres & ſcribendi elementa ex Hibernorum ſchola mutuati ſunt, vt & ipſorum Anglorum teſtantur Annales, & *Camdens.* conuincunt vetuſtiſſimæ apud eoſdem leges & chartæ charactere Hibernico conſcriptæ. At vice verſa, poſt expugnationem Anglicanam, ſic proſecuta eſt Hibernos Anglorum natio, vt omni ſtudio connixi ſint primogenium illud idioma inter eos exterminare.

Cæterum Rex Daniæ adeo exoptauit iſtorũ codicum ſuorũ expoſitorem nanciſci, vt tunc cum oratore Anglo ſeriò dicatur egiſſe, vti ipſe non iniuſſu Reginæ Elizabethæ curaret peritũ interpretem ex illa natione ad ſe mitti. Neque verò poſt reditum ſuum neglexit id orator, & re communicata cum Regina ac ſanctiore Senatu in Anglia, inuentus eſt in carcere quodam Londinenſi, (Mareſchalſiam vocant) pro fide Catholica tum captiuus Donatus

Digitized by Google

Dalæus hiſtoriarum Hiberniæ adeo & idiomatis callentiſſimus, qui ſuam in ea re operam collocare paratus erat, & ex illa occaſione ſuam ſperauit libertatem. Sed in illo ſenatu regio quidam ſubacto ingenio conſiliarius, quem non expedit nominare, diſſuaſit iter & totum negotium, ne fortè id officeret regimini Anglicano, atque ita politicis rationibus adducti, ab incepto deſtiterunt.

Et quamuis non multum velim contendere, num priſcis ſæculis maiores noſtri fuerint nimis accurati, aut verò plurimum ſoliciti, vt ſcriptis conſignarent omnia ſua monimenta, magiſque vt olim de Romanis quidam dixit, rebus præclarè gerendis quam quæ geſſerant aptè deſcribendis vacauerint, verũque eſſe potuerit quod ſcriptor antiquus de illis tradiderat, nobiliũ genealogias quam rerum nobiliter ab ipſis geſtarum memoriam eos ſtudioſius conſeruare ſolitos.

Cum his tamen verum eſt, multos ibi extitiſſe non ſolũ veteres illos ſanctos, & expolitos ſcriptores, verumetiã medij temporis Magiſtros; neque ſolum in ipſa Hibernia, ſed & multò magis in ex-

teris regionibus, quorum hîc Catalogum fruſtra cõfecero, quia in immẽſum excreſceret.

Atque vtinam fas eſſet in vnum ea colligere, vt tanquam ex naufragio, aliquæ ſaltem tabulæ ſaluæ remanerent poſteritati. Sed multa interciderunt, multa etiam in antiquis bibliothecis recondita eſſe poſſunt, quæ ſi lucem aſpiciant, mirum quantum illuſtrabunt Hiberniã. Et iam huius luminis ſcintillas excuſſit è Germaniæ bibliothecis vir pius & eruditus Henricus Caniſius Profeſſor Canonum Ingolſtadij in ſuis tomis veteris lectionis. Facem etiam prętulit aliorum induſtriæ Iohannes Molanus S. Theologiæ Doctor in ſuis Natalibus Sanctorum Belgij, cui ſuccedaneã parat operam, rei antiquariæ magnus perſcrutator P. Heribertus Roſvveydus ſocietatis Ieſu.

Plurima huc ſuppeditari poterunt ex iam dicto Danorum Regis Dominio; Italia etiam & Gallia quædam eructabunt; & iam nonnulla edidit P. Arnoldus Vvyon in ſuo ligno vitæ ordinis D. Benedicti. Sed fortè plus cæteris parturiet Britannia, ſi tamen partum

Digitized by Google

ſuum velit eniti, quem iam diu viſceribus conceptum, & in arce Londinenſi atque alibi (vt ferunt) ſuis obuolutum ſecundinis in vtero geſtat, niſi fœtum iam vt exeat geſtientem, ne ſaluus egrediatur & integer, vel herbis in vulua præfocandum, vel egredientem pugione detruncandum putauit.

Aliquid iam præſtitit recens Chorographus, cui multa ſe debere agnoſceret Hibernia, niſi quòd aſperſum nouellis erroribus, & velificantem præſentaneis honoribus tranſuerſum ſubinde traheret contra iudicium ſuum cupiditas ſæcularis; ſed eius induſtriam & candorem eruendi vetera ſchædia, in multis decolorauit humanus timor offendendi eos, per quos cupit aſſurgere; quanquam in poſtrema editione ſuæ Chorographiæ in pluribns ille ſe correxerit.

Cęterum ex tam multis Archiuis quę vel iſtinc vel alibi perluſtrari poſſunt, ex tot membranis antiquis ac veteribus regeſtis, ex tot vetuſtis codicibus vel prælo excuſis vel calamo exaratis, qui tineis & blattis in pabulum dati, vel ſitu & carie fugientes in bibliothecarum

Digitized by Google

pluteis exoleſcunt, aut congeſti in angulos deliteſcunt, ſi doctâ manu & mēte attenta euoluantur, quis ſcit quin nouo lumine Remp. Eccleſiaſticam adeo & ciuilem collustrent vetera ſanctorum & doctorum monumenta?

Atque inter cætera nunc ſummoperè à noſtratibus deſiderantur.

Celſi Ardmacani ſumma Theologica; quam in Viennenſi Bibliotheca Cæſarea reperiri, me legiſſe memini in quodam authorum elencho impreſſo.

Item eiuſdem teſtamentum ad Eccleſias Conſtitutionum, lib. 1.

Ad Sanctum Malachiam Epiſt. complures.

Opera etiam Sancti Columbani Lageníenſis, eiuſque

Liber contra Arianos, de quo Auctor in ipſius vita apud Laurētium Surium tomo. 5. . . .

Commentaria eiuſdem in Pſalteriū l. 1.

De moribus Monachorum metricè, quod fortaſſe idem erit cum monoſticho Columbani apud Henricum Caniſium tom. 1. quē ex fide Codicis Ms. Friſingēſis, verò auctori vendicat, antea S. Aldelmò immerito aſcriptum à P.

Digitized by Google

P. Martino Delrio. Sed idem ille Columbanus auctor eſt tum Monoſtichi, tum etiam epiſtolæ contra auaritiam, de qua Caniſius ſuprà, & Bibliotheca Patrum. Certè Sigebertus c. 60. de viris illuſtribus ſcribit eum multa compoſuiſſe vel ad canēdū digna, vel ad docēdum vtilia. S. Brendanus Abbas Benchorenſis ſcripſit de legibus monachorum librum vnum, & reuelationes de futuris temporibus. l. 1. vt teſtatur Arnoldus Vvyon.

Eiuſdem præterea Collationes ad Monachos. lib. 1.

Monaſteriorum methodus. lib. 1.

Epiſtolæ ad Commilitones. lib. 1.

Deinde S. Malachiæ Primatis Ardmacani

Conſtitutionum communium lib. 1.

Legum cœlibatus lib. vnus.

Nouarum traditionum lib. vnus.

Ad D. Bernardum Clareuall. Epiſtolæ complures, & quæ primo omniū loco numeranda eſſent S. Patricij Hiberniæ Apoſtoli, Archiepiſcopi Ardmacani & primatis Hiberniæ, cuius aurea monumenta vtinam extent vel auro obryzo redimenda: Saltem hîc vel ip-

Digitized by Google

ſos titulos operum nõ prętermittamus.

Odeporicon Hiberniæ.

Hiſtoria Hiberniæ ex Ruano, ſeu quo alio relatore à prima gẽtis origine.

Itenerarium Confeſſionis.

Ad Hibernicas Eccleſias epiſtolæ complures.

De tribus habitaculis lib. 1.

De futura electorum vita l. 1.

Abiectoria quædam 366. lib. 1.

Ad Cereticum tyrannum Epiſt. 1.

Ad Britannos Epiſtolæ plures.

Sermonum lib. vnus.

De Antiquitate Analonica, & ad Analonicos incolas Epiſtolæ. Sunt autem hi Analonici Glaſtonienſes in Anglia, de quorum monaſterio epiſtolam Ms. ex Angliæ archiuis deſcriptam per Marianum victorem (Epiſcopum Reatinum, cuius extant eruditæ in D. Hieron. elucubrationes) & S. Patricio inſcriptam, pro ſuo erga me amore mihi communicauit R.D. Geraldus Voſcius, qui Ephrẽ Syrũ sũmo labore & ſtudio latinè reddidit. Sed eandem poſt modum reperi in quadam perantiqua ſanctorum Angliæ & Hiberniæ legenda typis excuſa, de cuius epiſtolæ fide erit

Quidam putãt poſtrema hac non primo noſtro Apoſtolo, ſed alteri Patricio vel eiuſdem nepoti, vel citeriori æquiuoco conuenire.

Digitized by Google

alibi fortaſſe dicendi locus. Interea cõſulatur Camdenus in Belgis, qui S. Patricium Apoſtolum noſtrum 30. annos vitam monaſticam in illo cœnobio duxiſſe ſcribit; & tandem hæc addit.

Primis his temporibus. 1. circa annũ
" 698. viri ſanctiſſimi hîc Deo inuigila-
" runt, & præcipuè Hibernici, qui ſtipen-
" dijs regijs alebantur, & adoleſcentes
" pietate artibuſque ingenuis inſtruebãt;
" ſolitariam enim vitam amplexi ſunt, vt
" maiore cum tranquillitate ſacris litteris
" vacarent, & ſeuero vitæ genere ad cru-
" cem perferendam ſe exercerent.

Sed redeamus ad ſcriptores Hibernos, quorũ deſtituti operibus laboramus, ſaltem ne tituli pereant, vt ex ipſis inſcriptionibus pateat quanta eruditione & pietate floruerint.

Vide Trithem. l. 4. c. 136. & M. Vveſtmon. in Flor. hiſt.

S. Aidani commentaria in ſacras Scripturas,
Homeliæ, & alia nonnulla.
Item Adamnani opera,
De locis terræ ſanctæ, lib. 1.
De paſchate epiſtolæ plures.

Nam vita S. Columbæ ab eo cõſcripta, iam exijt in lucem operâ & ſtudio Hẽrici Caniſij, qui etiam alia multa edidit

diù multumque deſiderata, qualia ſunt quæ de S. Virgilio Hiberno, de Sancto Blethmac. de S. Brigida per Cogitoſum, De S. Kiliano, Colmano, Totuano & alijs, quæ ſumma diligentia per eum conquiſita publicæ vtilitati dedit.

Quid referam de Claudio Clemente Hiberno, qui primus inſtitutor Pariſiẽſis Vniuerſitatis ſub Carolo Magno Imperatore, poſtea factus Antiſiodorenſis Epiſcopus, inter cætera inſignia eius opera, hæc conſcripſit, quæ ſequuntur: vt ab Arnoldo Vvyon numerantur, lib. 2. in ſuis prætermiſſis de ligno vitę.

In 5. libros Moyſis,
In Ioſue lib. vnus,
In Iudicum lib. vnus,
In Ruth lib. vnus,
In Pſalterium lib. vnus,
In Mathæum de Euangeliſtarũ concordia lib. 1.

In Epiſtolas Pauli Commentarij ſunt manuſcripti Caſſini, ſub nomine item Claudij Epiſcopi Antiſiodori littera Longobarda ſcamno quinto ad ſiniſtrã. Summa verò eius & commentarij in Epiſtolam ad Galatas excuſi ſunt Pariſijs an. 1542.

Digitized by Google

Poſterioris etiam æui multos Illuſtres viros habuit Hibernia, quorum ſcripta digna eſſent, quę ad poſteritatē trāſmitterentur. Inter alios autē recenſentur

Quodlibeta Theologica Petri Hibernici, quem Thomæ Aquinatis præceptorem fuiſſe in philoſophis apertè docet hiſtoria ordinis S. Dominici.

Thomæ Hiberni Palmerani de Chriſtiana religione, lib. 1.

De Illuſionibus dæmonum, lib. 1.

De tentatione Diaboli, lib. 1.

De remedijs vitiorum, lib. 1.

Flores Doctorum, lib. 2. &

Flores Biblici multorum iam manibus teruntur.

Cornelij Hibernici de quo Hector Boetius.

Iohannis Clinn Minoritæ monaſterij Canicopolitani

De cuſtodijs prouinciarum, lib. 1.

De Franciſcanorum monaſterijs, & eorum diſtinctione, lib. vnus.

De Regibus Anglorum, lib. 1.

Annalium Chronicon.

Radunfus Kelley ex monacho creatus Caſſellenſis Archiepiſcopus

Digitized by Google

elaborauit

De Iure Canonico lib. vnum.

Epiſtolarum famil. lib. 7.

Dauid item Obuge Kildarienſis multa edidit, quæ ab Antonio Poſſeuino enumerantur in ſuo apparatu ſacro, vbi etiam meminit Brigidæ Lagenienſis, à qua conſcriptos dicit libros duodecim obſcurarum reuelationum diuerſos ab illis, quos Brigida Sueciæ conſcripſit, & Giraldus Cambren. inter alia huius virginis monumēta, commemorat inſignem concordantiam quatuor Euangeliſtarum, angelo dictante conſcriptā. *Topogr. Hib. diſtinct. 2. c. 38.*

Numerantur autem opuſcula Dauidis multa; & ipſe Oxonij in Anglia, tum etiam Treueris in Germania in ſummo pretio habitus eſt, tandem factus Prouincialis Ordinis Carmelitarum in Hibernia.

Eius Sermonum ad Cler. lib. 1.

Propoſitiones diſputatæ,

Lectiones Treuirenſes,

Regulæ iuris, lib. 1.

Epiſtolæ ad diuerſos. 32.

Contra Giraldum Bononiēſem, &c.

Recenſentur etiam Philippi Noriſij Decani S. Patricij ciuitatis Dubliniēſis.

Digitized by Google

Lecturæ Scripturarum,

Declamationes & Sermones ad populum.

Mauritij Hiberni Archiepiſcopi Tuamenſis ex ordine S. Franciſci iam edita eſt prior pars Dictionarij ſcripturalis: altera pars breui emittenda promittitur, & habetur totum opus in antiqua membrana & minuto charactere manuſcriptum in Bibliotheca monaſterij Fratrum Prædicatorum de vrbe ſupra Mineruam, vbi etiam reperies vitã S. Donati Feſulani Epiſcopi, natione Hiberni in pulpito quodam ad manum dextram.

Nec Panderum de ſalute populi. Neque Gulielmi Darcæi militis aurati tractatum de ruina Hiberniæ videre contigit.

Et quamuis iſtum non viderim, doleo tamen exitij Hiberniæ cauſas tam multas & tam manifeſtas eſſe, vt nec celari poſſint, quibus vtinam æquè promptè poſſet medela afferri. Sed vulnera intueri cuiuis obuium eſt, mederi autem ſolus ille poteſt, qui iure optimo dici meruit ἀλεξίκακος. Ipſe eſt de quo verè

Iſa. 1. v. 6. dixit Iſaias: *A planta pedis vſque ad verticē,*

Digitized by Google

non eſt in eo ſanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circumligata nec curata medicamine, neque fota oleo. Et quod iuxta iſtam prophetiam in capite olim pro membrorum ſalute impletum eſt; idem ſuo quodam modo nunc impletur in membris pro honore capitis.

Iſte enim eſt modò ſtatus Hiberniæ; licet ictibus, & gemitu intumeſcit ſedens ſuper flumina Babylonis, & ibi deplorans ruinam ſuam, & occaſum quo ex tam ſublimi cecidit, vt cum aliquando eſſet veluti firmamentum cœli reſplendeſcens lucidiſſimis ſtellis, aut veluti paradiſus Dei fontibus irriguus, cuius emiſſiones aquarum viuẽtium redundârunt in regiones longinquas; *Atque in medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis, lignum vitæ afferens fructus duodecim, & folia ligni ad ſanitatem Gentium,* Nunc areſcente radice & vena exſiccata negligitur, obſcuritate & tenebris circumſepta. *Apoc. c. vii.*

Protulerat Eccleſia Hibernica fructus duodecim, quis dubitat? Protulerat zelum charitatis in Præſulibus, ſanctimoniam in Sacerdotibus, religionem in Monachis, deuotionem in Moniali-

bus, diſciplinam in Clericis, caſtitatem in Virginibus. Protulerat iuſtitiam in Principibus, fidelitatem in Populis, in Iudicibus æquitatem, doctrinam in Veteranis & Magiſtris, honeſtatis reuerẽtiam in Iuuenibus & Subditis, denique in Ciuibus mutuam concordiam & communitatem.

Refert Iocelinus de gentis Apoſtolo,
" egregiam, & vix ab æuo auditam noui-
" tatem. Circuibat, inquit, totam inſulam
" & perãbulabat eam cum ſuorũ filiorũ,
" quos in Chriſto parturierat, multitudi-
" ne sãctiſſima (& quonã quęſo fructu ſuæ
" perambulationis?) vbique viam Do-
" mini in veritate docens, aut ad fidem
" conuertit, aut in fide confirmat incolas
" prædicationis efficaciâ. Omnes ergo
" inſulani ad quos vel ſaltem notitia no-
" minis eius peruenit, propter nouum &
" inſigne ac tam vtile miraculum, ſeſe
" ſuaque dedentes, illi manus dederunt,
" eiuſque doctrinæ inſtitutis atque præ-
" ceptis tãquam Angelo lucis, vt proprio
" Apoſtolo deuotè obtemperauerunt.
" Videns optimus agricola duritiam agri
" Dominici emollitam, conabatur ſenti-
" bus ſenſim extirpatis, tribulis euulſis,

ruderibus

ruderibus erutis ipſum ſaluberrimi ſeminis augmento copioſius fœcundare, quatenus non ſolum triceſimum aut ſexageſimum, verum etiam centeſimũ poſſet fructum feracius facere. Deinde (ſubiungit Ioſelinus) mirabilem decimationem rerum omnium, & perſonarum vtriuſque ſexus à ſancto Patricio factam, &c.

Fecit ergo totam inſulam in funiculo "
diſtributionis diuidi; diuiſam cum om- "
nibus incolis vtriuſque ſexus decima- "
ri, omneque decimum caput tam in ho- "
minibus quam in pecoribus in partem "
Domini iuſſit ſequeſtrari. Omnes ergo "
mares monachos, fœminas ſanctimoniales efficiens, numeroſa monaſteria ædificauit, decimamque portionem terrarum ac pecudum eorum ſuſtentationi aſſignauit: Et poſtea rem omni memoria dignam tradit, ob quam meritò hæc regio, SACRA ET SANCTORVM INSVLA apud veteres inſcribitur.

Infra breue temporis ſpacium (inquit Iocelinus) nulla eremus, nullus penè terræ angulus aut locus in inſula tam remotus, qui perfectis monachis aut monialibus non repleretur: ita vt

Digitized by Google

Hibernia ſpeciali nomine INSVLA SANCTORVM, vbiq; terrarũ iure nominaretur. Viuebant enim ſecundum regulam à ſancto Patricio illis præfixam, mundi contemptu, cœleſtium appetitu, ſancta mortificatione carnis, ac abdicatione voluntatis propriæ, pares Ægyptiis monachis merito atque numero; ita vt exteras atque longinquas regiones illuſtrarent verbo ac religionis exemplo.

Deinde ſubijcit rem omnino obſeruandam; Nullus, inquit, in diebus ſancti Patricij aut multo poſt tempore ſucceſſorum eius in pontificem aut ad regimen animarum promouebatur, niſi diuina reuelatione aut aliquo ſigno euidenti dignus demonſtraretur.

Putas hoc nunc fieri in Anglicano regimine, aut quomodo fieri poſſet ab Heterodoxis.

Accidiſſe audiui diebus anteactis in Regia ciuitate conſultationẽ. Eiectitius quidam Anglus, cuius vernaculum nomen ſi latinè reddas, Bufo proſiliet. Is multos annos inter Catholicos vixit, diu etiam vt fertur, in ipſa vrbe orbis capite, ſed tametſi inter nos, non tamen ex nobis, quia ſi fuiſſet ex nobis, vtiq;

1 Ioh.

manſiſſet nobiſcum. Sed quia nobis oneri fuit magis quam honori, quia apoſtema fuit non autem viuum membrum, intercisa vomica ſaniem eiecimus, & cum ſanie bufonem exſcreauimus. Fit de Catholico quem finxit, hęreticus quem celauit; fit de regulari ſanctæ ſocietatis, irregularis de contubernio Satanæ. Exuit agnum, lupum induit, & lupa comitatus quãuis lupanari dignior quam choro vel clero, fit tamen non ſolum de clero, ſed etiam capitularis in clero; nec tantum capitularis, ſed etiam Decanus Capituli, fit mox Epiſcopus retento Decanatu. Pompaticè humum calcat, ſuperbè obequitat & famulitio ſtipatus æquales deſpicit, maioribus vix aſſurgit; factus tandem ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus, ludit & illuditur, cõmutat ſuam cum famulo focariam, facti vterque in quos illud Ieremiæ conueniat. *Equi amatores & emiſſarij facti ſunt: vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat*: ſuam abijcit, ſumit famuli, rurſus hanc reijcit & ſuam reſumit, & reſumptam iterum pellit, nec quieſcit, *dum ſemper redit agricolis labor actus in orbem*. Sic ex viro regu- *Iere. 5. v. 8*

lari in Búſonem, & ex Buſone in equum degenerat; lupum exuens, lupum induens; & cum lupa ſe turpiter oblectās, quomodo non accelerarer diuinam vltionem? vt ſequatur quod ibidem ait Ieremias. *Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciſcetur anima mea?*

Tales habuimus & alios Antiſtites non Apoſtolos ſed Apoſtatas, neque Apoſtolicos ſed Apoſtaticos, abiectos & excucullatos, mancipia libidinum & Reip. heluones. Vellent quidem ordines Regni iſtorum caſtigationem diſſimulare, ne propalata flagitia dedecorent religionem, iſtarum turpitudinum propagatricem; ſed rurſus verentur ne publicis exclamationibus ipſi appetiti, naufragium honoris ſui faciant, niſi in eos animaduertant.

De morte & martyrio Douanij propriè dicendi locus erit in 3. parte Analectorum. 14.

Quanto interuallo ab iſtis & ſimilibus diſtat Douanius noſter Dunenſis, cui iſta parænesis eſt inſcripta. Et tametſi ætate iam ſenuerit; tametſi arbor illa vitæ (cuius ſuprà meminimus, & protuliſſe diximus fructum duodenarium) iam ferè apud nos exaruerit; Attamen Iobo teſte, lignum habet ſpem: ſi præ-

ciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant: ſi ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cum primùm plantatum eſt.

Non deeſt aqua perſecutionis, non deſunt tribulationis lachrymæ per quas irrigatur plantarium hoc Eccleſiæ Hibernicanæ. Sed qui irriguum hoc inferius ſic inundare patitur Deus, cum placuerit ei, largiter infundet irriguum ſuperius gratiæ ſuæ, quâ plantula iſta nunc modicè regerminans, ſuccreſcat rurſum, & fructus proferat ſicut in diebus antiquis. Interim orandus eſt Deus pro ſalute vtriuſq; gentis, tum eius quæ regitur, vt piè, iuſtè & ſalubriter regatur, tum etiam eius quæ regit, vt ſic alteram ſanctè, æquabiliter & prudenter gubernet, ne vel offendiculum ponat ſubditis in via ſalutis æternæ, vel laqueum violentiæ ceruicibus inijciat per iniuſtam dominationem temporalem.

ROMA
Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCHVS
SECTIONVM,
ARTICVLORVM ET
Obſeruationum huius operis.

Sectio prima complectitur miram & veram relationem ſtatus Catholicorum in Hibernia, diuiſa in IX. Articulos.

ARTICVLVS I.

VNde tam multa admiranda in Hibernia tam paucos habeant admiratores, &c. 34

II. Difficultas aggrediendi ſcriptionem propter diuerſa & aduerſa hominum iudicia, &c. 37

III. Primum admirandum de conſtantia Hibernorum in vera & auita Religione; & admirationis cauſa multiplex

Digitized by Google

expenditur. 38

Prima cauſa admirationis ex natura doctrinæ. 40.

Secunda cauſa admirationis ex conditione docentium eam & vrgentium. 43

ARTICVLVS *IIII. In quo tanguntur modi particulares vrgendi, quos proximo ſemeſtri continuârunt nouatores aduerſus* Catholicos. 45

V. Breuis paralellus perſecutionis veterum ac Nouatorum: eiuſque accommodatio quintuplex. 54

VI. De opulentia Hiberniæ, & egeſtate Hibernorum conſideratio, &c. 62

VII. In quo conſiſtat vera opulentia & fœlicitas Chriſtiana. 76

VIII. In quo oſtenditur Nouatorum morem & furorem aduerſus orthodoxos bellè conuenire cũ veteri vſu Arianorũ. 83

IX. In quo illuſtratur officium tam principis quam ſubditorum in hac diuerſitate & diſſonantia Religionis. 88

Digitized by Google

Sectio ſecunda in qua tractatur mira & vera imago, ſiue idea iactationis ac trepidationis Catholicorum in Hibernia, & cōtinet XI. Articulos.

ART. I. *In quo expenduntur conſiderationes diſrupti, & inopinatè interciſi Parlamenti.* 97

II. Diſcrepantia ſuffragiorum in Comitijs vnde orta, & quomodo ſe geſſerint Catholici. 99

III. Deſcribitur metus Catholicorum & pietas eorum. 104

IIII. Deſcribitur cōfuſio Comitiorum ſimilitudine pugnæ Naualis: & de querelis per Catholicos exhibitis. 110

V. In quo illuſtratur præſens conditio Catholicorum in Hibernia ex conſideratione vetuſtiſſimarum vrbium vel Rerumpub. ex D. Auguſtino. 121

VI. In quo hieroglyphico nautili piſcis exponitur modus viuendi Catholicorū in Hibernia. 128

Digitized by Google

VII. In quo conſiſtat vera gloria Catholici hominis: & quis proprie urbanus, quis barbarus, ſit. 134

VIII. De Antiqua Hibernorum dignitate, & gloria, &c. 143

IX. Quibus paſſibus illa gloria Hibernorum decreſceret. 151

X. Quibus vijs & modis poſſit illa gloria reuiuiſcere. 159

XI. De iniqua conditione Hibernorum; & ſponſione fidelitatis eorum citra præiudicium Religionis. 169

Sectio Tertia, de mera effigie miræ adminiſtrationis, & regiminis tam Eccleſiaſtici, quam politici in Hibernia, quę continet XI. Articulos.

ART. I. *In quo Suſannæ anguſtiis aſſimilatur Catholicorum afflictio.* 173

II. In quo detegitur origo afflictionis: & umbra eius in Aurelio Commodo exprimitur. 176

III. Quo declaratur inueterata alter-catio ſtatus Eccleſiaſtici, & ciuilis, vnde orta & aucta fuit ſchiſmatis materia. 181

IIII. De continuatione ſchiſmatis, & inter Nouatores diſsidio, cui per conferentiam Regalem medela quæritur 197

V. De ſupplantatione fidei & explantatione indigenarum. 204

VI. Viſitatio ſtatus Eccleſiaſtici ex Regali commiſsione 212

VII. De circuitu Proregis in autumno præterito. 231

VIII. De Coloniarum apparatu & progreſſu. 241

IX. Scopus Proregis, eiuſque greſſus indagantur in iſto circuitu. 249

X. Occulti Proregis cuniculi, & inſigne ſtratagema detegitur. 262

XI. Admonitio ad Proregem. 266

Concluſio cũ quatuor Apoſtrophis. 273

Prima Apoſtrophe ad Regem Britanniarum. 276

Secunda Apoſtrophe ad Iuſticiarios Gu-

bernarchas Hiberniæ. 284

Tertia Apoſtrophe ad Catholicos *Hibernos tã Eccleſiaſticos quã ſæculares.* 294

Quarta Apoſtrophe ad domeſticos fidei, pro fidei & ingenij cultu extorres Hibernos Collegiorum *alumnos.* 310

Præludium ad nouas obſeruationes de conſtantia Hibernorum in rebus fidei. 321

Obſeruatio *I.* De Tribunalibus & *Terminis Iudiciorum, in quibus Hibernorum conſtantia tentatur, &c.* 324

Secunda, *De Magiſtratibus collatiuis, & quibus conferantur.* 328

Tertia, *De Prouincijs, &* Prouincia*libus* Catholicorum *grauamine per Vicecomites, &* Iuſticiarios. 330

Quarta, De ſemeſtri Iudiciorũ agitatione, & in ijſdẽ vexatione Catholicorũ. 333

Quinta, De inquiſitione & punitione Catholicorũ *per* Clerum *hæterodoxũ.* 334

Sexta, De zelo & ſedulitate Catho*licarum fœminarum circa paruulorum baptiſmum. &c.* 337

Septima, De admirando Catholicorũ ardore & cõcurſu ad confirmationem. 339

Octaua, Conſideratio digniſſima circa Hibernorum conſtantiam nouiſſimis his temporibus. 341

Nona, De Catholicis agrariis tam plebeis, quam Domicellis, eorũmq; in Angliã traiectu & ſupplicatione ad Regẽ. 343

Decima, Tangitur diſcrimen regiminis SinIohannis & Ciceſtrij Proreg. & diuerſus vtriúſq; ſcopus vexandi Catholicos ſignatur. 347

Vndecima, De primo motore, primoq; mobili grauaminis Catholicorũ. 348

XII. De SinIohannis Proregis aduentu; & facibus ei ſubditis ad perſequendum Catholicos. 350

XIII. *Quando & quomodo creatur Prorex SinIohannis.* 355.

XIV. De mixtis adinuentionibus & circumuentionibus in fide, & fundis Catholicorum. 360

Quædam Regulæ obſeruandæ pro bo-

Digitized by Google

no Regni Hiberniæ. 361

XV. In qua Regularum Ciceſtrij *ſuccincta diſcuſsio continetur.* 367

XVI. *In qua prima ſuggeſtio diſcutitur & inconueniens declaratur.* 369

XVII. In qua Secundum inconueniens expenditur. 372

XVIII. In qua explicatur calumnia ſuggeſtoris omnes Catholicos P*rincipes ſuggillantis.* 375

XIX. *In qua diſcutitur ſecunda ſuggeſtio politica.* 378

XX De *quadruplatorum & hæredipetarum aſtutia.* 380

*X*XI. *In qua examinatur alia regendi & plantandi methodus eiuſdem ſuggillatoris.* 382

XXII. *In qua panditur ardens ſtudium* Caluiniſtarum *ſupplantandi orthodoxos indigenas.* 384

XXIII. *In qua conſideratur aſtuta ſubintroductio pœnalium contra* Catholi*cos ſtatutorum ſub Elizabetha.* 390

Digitized by Google

Sequuntur duo actus parlamentares Catholicis omnibus pernicioſiſſimi.

1. *Actus ſeu ordinatio, & ſtatutum, quo reſtituitur coronæ antiqua iuriſdictio (ſi ſuperis placet) ſuper ſtatum Eccleſiaſticum, &c.* 393

2. *Actus pro vniformitate communium precum, & officij Eccleſiaſtici atq; adminiſtratione ſacramentorum.* 416

XXIIII. *Obſeruatio, De pœnalium ſtatutorum executione.* 430

XXV. *Comparatio modernæ perſecutionis cum priſca.* 433

XXVI. *De varijs conatibus ſatagentiū frœnum erroris ex ore eijcere.* 434

XXVII. *De ærumnoſa Catholicorum querimonia ad Principes Catholicos ac potiſſimè ad Regē Hiſpaniarum.* 439

XXVIII. *De vaticinali viſione Eliæ Prophetæ ſub Rege Achab, & Ieſabele Regina.* 443

XXIX. *De eiuſdem viſionis quaſi vaticinali expoſitione & accommodatio-*

Digitized by Google

ne ad ſtatum Hiberniæ. 445

XXX. *De ijs quæ ipſum Regem noſtrum mouere debeant ad liberiorem Religionis profeßionem Catholicis indulgendam.* 456

XXXI. *De nouißimo Regis Iacobi Edicto contra catholicos.* 460

I. *Corollarium, De fœlicitate ſubditorum qui catholicis principibus ſubſunt, &c.* 535

II. *Corollarium, In quo ex verbis Regis elicitur argumentum pro inculpata catholicorum conſtantia.* 543

III. *Corollarium, de Regum ad Regem interuentu, & ſperato euentu eiuſdem.* 549

Annotationes in Paræneticam. 554

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS RERVM MEMORABILIVM *in hoc libello contentarum.*

ANalecta hæc cur inſcripta ſint VValliæ Principi. pagina 24
Arrianorum fraudes in ſuæ doctrinæ propagatione Proteſtantes Britannici æmulantur. 83
Accuſatus ſuæ cauſæ arbiter factus. 120
Angli rationem formandi literas ab Hibernis acceperunt. 150. 563
Adrianus 4. Papa natione Anglus Hiberniæ Dominium Anglo conceſſit. 155
Angli Turcas tormentis puluereque tormentario primi armârunt. 169
Ars Impreſſoria primò inuenta. ibidem;
Arthurus Ciceſtrius ſupplantationẽ Catholicæ Religionis, & explantationem Catholicorum ex auita poſſeſſione in ſe ſuſcipit. 207
Ardmachana Eccleſia totius Hiberniæ Primatum tenet. 227
Ablegatio Hibernorum ex auitis ſedibus nulla in eis inuenta culpa. 306
Angli piſcantur & adhamant ad hæreſim. 372
Aduerſariorum ſedulitas in conquirendis Ca-

P

tholicis. 378
Angli Hibernorum gloriam diuerſis calumnijs obſcurare moliuntur. 134
Acris inſectatio Catholicorum per viam commiſſionis ex prærogatiua Regia. 432
Angli deſtructis nonnullis Catholicis Academijs vnum hæreticum Gymnaſium in Hibernia extruxerunt. 511
Aurelij Commodi Deificatio Henrici 8. Primatui aſſimilatur. 176
Angli qua occaſione Hiberniam inuaſerunt. 154
Anglorum ingratitudo erga Hibernos illorum inſtitutores. 153. 508
Anglorũ edicta contra Catholicos cõtraria. 516
Armorum ſtrepitu terrentur Hiberni Catholici in Comitijs, ad leges condendas eorum profeſſioni repugnantes. 102
Alphinus Rex D. Patricio ſeruitium vouit.
Angli ſequuntur rebellem Ieroboamum prohibendo Hibernis aditũ ad Petri cathedram. 195
Anglorum Præſidiariorum in omnem ſexum & ætatem in Hibernia ſanguinolenta crudelitas. 142
A proprijs patrimonijs deturbati plurimum negotij Anglis ſemper dederunt. 261
Antiochi Regis ad Lyſiam Guburnatorem epiſtola in fauorem Iudæorum. 547
Antiquarũ legum prouiſio pro hæredibus. 380
Has leges iubet ſuggeſtor annullari. 381
Angli inſultãt Hibernis quaſi à Deo derelictis. 75
Antiquorum Angliæ Regum in Eccleſiam obſeruantia. 177

Digitized by Google

BAro de Inſecoin quòd cognatum ſuum ſacerdotem S. I. hoſpitio exceperit, incarceratur & mulctatur. 55
Benedictus Abbas Artifices lapidearum ædium & vitrearum feneſtrarum primus in Angliam induxit. 167
Britannia ſæpe ſubiugata. 219
Baronis de Coraghmore iuuenis in fide conſtantia. 72
Britannicorum Dominiorum cum Romano Imperio ſub Conſtantio arriano collatio. 82
Bicorni dilemmate cogitur Miniſter ab actione deſiſtere. 216
Barbariei origo vnde petenda. 143
CIceſtrij depopulandæ Hiberniæ molimina. 170
Catholici ab adminiſtratione Reip. excluduntur, quòd in primatum Regis in Eccleſiaſticis nolint iurare. 57
Cauſidici Catholici ab aduocationis exercitio ablegati propter eandem cauſam. 57
Catholici in triuio, adacto per pectus ſtipite ſepeliuntur. 28
Catholicorum Comitia ineuntiũ apparatus. 105
eorumq; fortitudo & pietas. 103
Comitialium orthodoxorum perplexio, eorumque ſtatus & confuſio exemplo belli naualis illuſtratur. 111
Catholici ſuis principibus fideliſſimi. 157
Ciceſtrius Prorex Hibernorum atrox aduerſarius. 236. idem Neronem æmulatur. 308
Cautiones & recautiones nouis colonis datę. 390

Caini & Romuli cum fratribus diſſidium in Dominatoribus Hiberniæ obumbratur. 122
Comitatus Regni Hiberniæ triginta numerantur. 50
Comparatio modernæ perſecutionis cum priſca. 433
Comitis Hiberni egregia fidei profeſſio. 523
Catholicorum apud Turcas quam apud Anglos melior conditio. 126. 169
Coloniarum diuiſio. 383
Ciceſtrij & Sin Ioannis Proreg. diuerſa regiminis intentio. 347
Catholicorum in Hibernia conditio varijs rebus aſſimilata 32. 125. 538
Catholicorum in Hibernia auſa poſt obitum Elizabethæ Reginæ. 133
Chriſtiani vera dignitas in quo conſiſtat. 135
Confœderatio malorum in bonorū ruinam. 206
Coloniorum nouorum contagio. 218.
Comitiorum ingens diſſidium. 102
Conſtantinus ſuos adulatores ab iniquo conſilio deſiſtere fecit. 546
Catholicorum Hibernorum de VValliæ Principis matrimonio cum Hiſpaniarum Regis filia ſpes. 452
Ciceſtrij Proregis cum Carræo comite conuentio qualis. 268
Ciceſtrij Hibernos & Catholicam fidem extinguindi varia molimina. 270. eiuſdem de Hibernorum in fide tenacitate affatum. 203
Conuentus trimeſtris in ſingulis comitatibus in quo Catholici citantur. 331

Digitized by Google

Calaminæ Inſulæ. 239
Claudius Clemens Hibernus Antiſiodorenſis Epiſcopus, primus inſtitutor vniuerſitatis Pariſienſis. 571. 514
Conſtantius Chlorus Aulicorum ſuorum fidelitates explorat. 523

DVo ſtatuta quibus maximè offenduntur Catholici. 26
Diſcrimen inter municipales & collatiuas præfecturas. 329
Deprecatores iniuſticiæ iniuſtè incarcerãtur. 104
Domus Parlamentaris veluti nauis fluctuãs dum de prolocutore certatur. 113
S. Dominicus Oſſorienſis Hiberniam mellificio locupletauit. 168
Deſtinatio Miniſtrorum in Hiberniam. 210
Dubliniẽnſes perpetuum ſeruitium S. Patricio vouent. 229
Deſperationis acerrimus ſtimulus. 260
Deluſa Miniſtri hæretici auaritia. 336
Documenta politica Religionem euertentia. 383
Dermicius Morchardi filius Orientalium Hibernorum vltimus Rex. 154
Dauidis Abiſſinorum Imperatoris literæ ad ſummum Pontificem. 195
Diabolicus Plebeos Orthodoxos irretiendi modus. 549
Deputatus ſiue Prorex Viceprimatis locum tenet. 399
Dani & Noruegi Hiberniam inuaſerunt. 562
Deplorant Hiberni veterum monumentorum

Digitized by Google

ablationem. 557
Dominij Hibernici à ſede Apoſtolica ducta origine. 194
Decimatio tam rerum quam perſonarum in cultum diuinum à S. Patricio facta. 577
E Edicta contra Catholicos promulgata. 44
Excommunicatio in eoſdẽ effulminata quòd Eccleſias Proteſtanticas non adeant. 51
Eccleſiæ Hibernicæ imago in nautili piſce figuratur. 130
Efficaciſſima Hibernos in officio continendi ratio. 160. 272. 502
Exhortatio ad Eccleſiaſticos. 298
Ethelbertus ex Anglorum Regibus primus Chriſtianus. 163. eiuſdem in Auguſtinum & ſocios beneficentia. 302
Exortatio ad Catholicos laïcos. 304
Emancipãdorum hæredũ miſera implicatio. 379
Electores Magiſtratuum quàm iniquè grauantur. 326
Exhortatio ad conſtantiam. 498. 522
Epiſcopus in carcere detẽtus fidei cauſâ. 469. 470
Eccleſiæ Hibernicæ ſtatus dominantibus Anglis. 190
Errorum non errantium deſtructio optatur. 531
Egeſtatis Hiberniæ iiſdem exprobratores & auctores. 61
Egfridi Northumbrorum Regis in Hiberniam impetus. 151. 561
Eccleſiaſtici quid à Rege expoſcant 302.
Elogium Hiberniæ quale. 321. 539
Eccleſia Hibernica olim protulit fructus duo-

decim. 575
Eadgarus Anglorum Rex magnam Hiberniæ partem deuicit. 152
FOelicitas & opulentia Chriſtiana in quo conſiſtant. 76.77.78
Fœlicitatem Britannicam errantium in fide nec veram nec ſolidam eſſe conuincitur. ibidem.
Falluntur qui vrbanitatem Hibernorum & alia huiuſmodi Anglis attribuunt. 156
Filiæ in parentem pietas ingenioſa. 299
Formula ſupplicandi ſubditorum in Comitijs cui attribuenda. 387
Fœminæ Catholicæ ab hæreticis malè tractatæ. (483
Fidei Catholicæ prædicatio & propagatio in Anglia, Hibernia, & Scotia per quos facta. 517
Forma iuramenti pro primatu Elizabethæ Reginæ, qualis. 402
Fidei Catholicæ parens barbaries à barbaro hæretico barbarè aſſeritur 362.376
Facilis Hiberniæ regendæ ratio ex ſimilitudine corporis naturalis. 280.281
Filij maiores procerum Hibernorum in Angliam euocantur veluti ad Ephebiũ Iaſonis. 59
Fœlix euentus ciuilis commercij tolerati inter diuerſæ Religionis homines. 282
Fidei & morum rectitudo veram conſtituit ciuilitatem. 140
GRauiſſimum ſubſidium per vniuerſum Regnum impoſitum. 98
Gentium variarũ in Hiberniã impreſſiones. 144
Gentilium exẽplis monemur ad cõſtantiam. 520
Gulielmi Cæcilij Angliæ Theſaurarij de ſuis An-

glis qui Hiberniam calumniebantur affatũ. *64*
eiuſdẽ de peruertẽdis Hibernis deſperatio. 202
HIbernorum in Catholica Religione inuicta conſtantia. 39
Hiberniæ encomia ex varijs ſcriptoribus. *62. 63. 64. 65. 66.*
Hæretici parentis in conuerſam ad fidem filiam immanitas. 72
Hibernia per quinque fratres ex Nemidi ſtirpe in quinque partes diuiſa. 145
Herimon primus Hiberniæ Monarcha, de cuius ſtirpe *191* Reges ſibi inuicẽ ſucceſſerũt. 146
Hibernia olim bonarum literarũ mercatura. 150
Hibernia quibus conditionibus Anglis conceſſa. 186. 189. 233.
Henricus 8. omnimodam authoritatem ſibi aſſumit. *196.* idem primns Angliæ Primas, ſecundus Edoüardus eius filius etiamnum puer. 177. 438
Hiberniæ dimenſio. 287
Hibernorum olim zelus & induſtria in ſalute Anglorum procuranda. 508
Hiberniæ inclinationis quot ſunt cauſæ. 151. 154
Henricus II. Angliæ Rex primus Hiberniam obtinuit, idem formam tradidit conuocandi Parlamentum. 436
Hæretici more Gentilium, Catholicorum gloriam offuſcare nituntur. *60*
Hibernicarum rerũ cur tam pauci ſcriptores. 35
Hibernia dicta ſacra inſula. Eadem Sanctorum patria. 149
Hibernia vera India ingratis Anglis. *64*

Digitized by Google

Hæretici & Pagani ſolum abſolutè barbari. 140
Hiberni fidei Catholicæ tenaces. 513
Hibernia ſpeciali nomine inſula ſanctorum nominatur. 578
INiquum Anglorũ regimẽ ipſo Rege teſte. 142
Implacabilis Anglorũ in Catholicis feritas. 170
Irritabula nouatorũ ab Hibernis retundũtur. 42
Iuſticiarij pacis depoſiti ab officio in deſpectum Catholicæ Religionis. 46
Intruſionis laqueus. 59
Iuſtæ Hibernorum querimoniæ iniuſta interpretatio. 119
In quo conſiſtat Chriſtiani vera dignitas. 135
Iuuentutis Hibernicæ capeſſendæ diſciplinæ induſtria. 159
Inueterata inter Eccleſiaſticum & ſæcularem ordinem altercatio. 182
Imaginis Crucifixi miraculum. 192
Iacobus Rex ex Hibernia oriundus. 220
In Patriam redeuntium apparatus. 315
Iurati quæſitores incarcerantur, & quare. 325
Iuridica defenſio ſubditis negatur. 344
Inſula viuentium peregrinationi deſtinata. 483
Inſtabilitas omnium rerum in Hibernia. 499
Ipſum exilium Hibernis vetitum. 515
Impietas perſecutorum 528
Ioannis Boyni Mariſhalli commiſſio, qualis. 358
Inſulæ Britannicæ olim Religione & doctrina floruerunt. 531
Inſignis Catholicorum ſolertia in propulſanda infamia. 103. eorumque pietas. 106
Inuicta Hibernorum in fide conſtantia. 458

Induſtria Catholicorum in Comitijs ne frœnum erroris ſub Henrico 8. admitterent. 436
Iocelinus de S. Patricio Hibernorum Apoſtolo relatio celeberrima. 576.
LVdicra vinctorum Catholicorum liberatio. 53
Leges Anglicanæ aranearum telis ſimiles. 120
Linguæ Hibernicæ prærogatiua. 138
S. Laurentij Dublinienſis Archiepiſcopi miraculoſa mors. 184
Literæ Apoſtolicæ ad Regem Angliæ ſuper querelam Hibernorum. 194
Laïca viſitatio Cleri. 335
Legationes ad Regem Galliarum, & alios. 435
Lingua externa an barbarum efficiat. 118
Legatio populi Antiocheni ad Theodoſium Imperatorem Hibernis accommodatur. 550
Louellus læſæ Maieſtatis reus in damnum lageníenſium innocentium vertitur. 254
Leonardus Graius Prorex SSS. Patricij, Columbæ & Brigidæ monimentum demolitur. 500
Leandri conſilium. 118.
MOloſſi in Catholicos immiſſi. 28
Magiſtratuum municipalium & vrbanorum abdicatio ob detrectatum iuramentum Regij primatus. 47
Mulcta quæſitoribus iuratis impoſita Religionis cauſâ. 49
Mulctæ pauperibus hactenus deſtinatæ, nunc à rapacibus Miniſtellis occupantur. 50
Minorennium miſera conditio. 60
Miniſtri de Miniſtris cenſura. 212

Digitized by Google

Magiſtratuum electorum iniqua electio. 325
Magiſtratus Vrbani ex diuerſis Regni partibus Dublinum accerſiti. 342
Malignitas Politici Metatoris. 362
Meditatio de mundi contemptu. 470
Mercatoris pietas à Deo remunerata. 492. 493
Miniſtrorum per quos fides proteſtantica plantatur in Hibernia vita & mores. 213. 215. 578
eorumque crudelitas in Catholicos. 222
Monaſteriorum poſt ſchiſma Anglicanum deſcriptio. 481
Magnum beneficium ſub Catholicis Principibus viuere. 537
M. Coriolanus intendens vaſtationem vrbis aſpectu prolis placatur. 24
Merlini Vaticinium. 159
S. Malachias marmorea oratoria primus in Hibernia excitauit. 168
Mulctæ arbitrariæ orthodoxorum. 221
Mutatio rei alicuius inueteratæ, & precipuè Religionis non caret periculo. 89
NOuatorum mollis & diſſoluta diſciplina. 41
eorũq; genuina deſcriptio ex Apoſtolo. 43
Nobilis hæres poſſeſſionibus priuatur ob detrectatum iuramentum Regij primatus. 60
Nobilium infantes in Angliam accerſuntur vt fide Proteſtantica imbuantur. 74
Nouarum & veterum Coloniarum ſuffragatorum in Comitijs diſparitas. 100
Noua induſtria corrumpendi Quæſitores Iuratos. 332. 359
Noua Coloniarum plantatio, & explantatio in-

Digitized by Google

colarum. 500
Nouiſſimum Regis Iacobi edictum contra Catholicos. 460
Noua hæreticorum ars concutiendi ſimplices Catholicos per conferentiam cũ Miniſtris. 507
Nouis Colonis iniuncta conditio. 383. 386
Nicolai VValsh in fine vitæ reſipiſcentia. 68
Naturalis Hibernorum vigor & dexterit[illegible] 66
Norvegi Hiberniam deuaſtauerunt. 152
Noxiorum pœna ad innoxios deriuata. 312
OBuelata Hibernorum carnificina. 30
Obſeruatio circa baptiſmũ paruulorũ. 337
Originarios inquilinos Angli faciunt vagos & profugos. 371
Obligatio parentibus innexa vt liberos ſuos, hęreticis tradant inſtituendos. 512
Oaſtmannorum in Hiberniam aduentus. 152
Omnia vetera monimenta Hibernica ab Anglis interuerſa & ſuppreſſa. 557. 558. 559
Ororicius Midiæ Regulus. 154
PErſecutorum impietas. 528
Proregis iniqua molimina ad deturbandos indigenas Hibernos ex auitis poſſeſſionib⁹. 249
Paganicã ruditatẽ deterſit Catholica Religio. 147
S. Patricius Hiberniæ Apoſtolus. [illegible]
Puluis tormentarius à quo inuentus.
Prolocutoris perfidia, eiuſq; di[illegible]
Prætenſorum Antiſtitum [illegible]
Catholicos conuocar[illegible]
Prærogatiuæ Regiæ [illegible]
Primat⁹ Regij am[illegible]
Parlamenti t[illegible]

Digitized by Google

Politicorum impiæ ſuggeſtiones. 278
Primatus Anglicani monſtroſa origo, portentoſuſq; progreſſus. 195. 198. 199
Proditor Religionis, etiam Regis & Reipub. proditor euadet. 524

QVæſitores iurati incarcerati & mulctati. 48. iidem cum inſcriptione periurij frontibus affixa per plateas deducuntur. 49
Quid quæq, factio in comitijs intenderit. 116
Quatuor termini Iudiciorum quotannis in Hibernia. 324
Quales ſunt noui Coloni & quales veteres. 500
Quando & quid faciendo captus Epiſcopus. 471
Quid ſit carcer pio Catholico. 496.
Quod de Aſiaticis perhibetur illos perſequente Dario, idem Hibernis eiectitijs contingere poteſt. 261

REliquiæ & SS. Imagines Idiotarum ſcriptura ex D. Gregorio, ab hæreticis comburuntur. 56
Religio Catholica pediſſequam habet ciuilem prudentiam 164
... iuæ ſeditionis ſeminariũ. 262
... s ... nis Scopus. 222
... le ingenita Hibernorum ad Ca... a affectione. 68
... ontificum conſilia in tradendo ... 132
... & emungẽdi barbariẽ. 377
... rocuranda conformitate ... tio fidei. 2...
... m proſecutio.

colarum. 500
Nouiſſimum Regis Iacobi edictum contra Catholicos. 460
Noua hæreticorum ars concutiendi ſimplices Catholicos per conferentiam cũ Miniſtris. 507
Nouis Colonis iniuncta conditio. 383. 386
Nicolai VValsh in fine vitæ reſipiſcentia. 68
Naturalis Hibernorum vigor & dexterit[illegible] 66
Norvegi Hiberniam deuaſtauerunt. 152
Noxiorum pœna ad innoxios deriuata. 312
OBuelata Hibernorum carnificina. 30
Obſeruatio circa baptiſmũ paruulorũ. 337
Originarios inquilinos Angli faciunt vagos & profugos. 371
Obligatio parentibus innexa vt liberos ſuos, hęreticis tradant inſtituendos. 512
Oaſtmannorum in Hiberniam aduentus. 152
Omnia vetera monimenta Hibernica ab Anglis interuerſa & ſuppreſſa. 557. 558. 559
Ororicius Midiæ Regulus. 154
PErſecutorum impietas. 528
Proregis iniqua molimina ad deturbandos indigenas Hibernos ex auitis poſſeſſionibꝰ. 249
Paganicã ruditatẽ deterſit Catholica Religio. 147
S. Patricius Hiberniæ Apoſtolus. 148
Puluis tormentarius à quo inuentus. 168
Prolocutoris perfidia, eiuſq; diuina punitio. 387
Prætenſorum Antiſtitum ad conſultandum in Catholicos conuocatio. 358
Prærogatiuæ Regiæ quouſq; ſe extendant. 432
Primatꝰ Regij amplitudo. 398. eiuſq; ſtatua. 540
Parlamenti tam inopinatè diſrupti cauſæ. 97

Politicorum impiæ ſuggeſtiones. 278
Primatus Anglicani monſtroſa origo, portentoſuſq; progreſſus. 195. 198. 199
Proditor Religionis, etiam Regis & Reipub. proditor euadet. 524
QVæſitores iurati incarcerati & mulctati. 48. iidem cum inſcriptione periurij frontibus affixa per plateas deducuntur. 49
Quid quæq, factio in comitijs intenderit. 116
Quatuor termini Iudiciorum quotannis in Hibernia. 324
Quales ſunt noui Coloni & quales veteres. 500
Quando & quid faciendo captus Epiſcopus. 471
Quid ſit carcer pio Catholico. 496.
Quod de Aſiaticis perhibetur illos perſequente Dario, idem Hibernis eiectitijs contingere poteſt. 261
REliquiæ & SS. Imagines Idiotarum ſcriptura ex D. Gregorio, ab hæreticis comburuntur. 56
Religio Catholica pediſſequam habet ciuilem prudentiam 164
Rediuiuæ ſeditionis ſeminariū. 262
Regalis viſitationis Scopus. 222
Regis perſuaſio de ingenita Hibernorum ad Catholicam fidem affectione. 68
Romanorum Pontificum conſilia in tradendo Hiberniæ dominio. 132
Recta ratio corrigēdi & emungēdi barbariē. 377
Regis conſultatio de procuranda conformitate ſubditorum in negotio fidei. 21
Reuiuiſcit vexationum proſecutio.
Digitized by Google

colarum. 500
Nouiſſimum Regis Iacobi edictum contra Catholicos. 460
Noua hæreticorum ars concutiendi ſimplices Catholicos per conferentiam cũ Miniſtris. 507
Nouis Colonis iniuncta conditio. 383. 386
Nicolai VValsh in fine vitæ reſipiſcentia. 68
Naturalis Hibernorum vigor & dexterit[as]. 66
Norvegi Hiberniam deuaſtauerunt. 152
Noxiorum pœna ad innoxios deriuata. 312
OBuelata Hibernorum carnificina. 30
Obſeruatio circa baptiſmũ paruulorũ. 337
Originarios inquilinos Angli faciunt vagos & profugos. 371
Obligatio parentibus innexa vt liberos ſuos, hęreticis tradant inſtituendos. 512
Oaſtmannorum in Hiberniam aduentus. 152
Omnia vetera monimenta Hibernica ab Anglis interuerſa & ſuppreſſa. 557. 558. 559
Oroticius Midiæ Regulus. 154
PErſecutorum impietas. 528
Proregis iniqua molimina ad deturbandos indigenas Hibernos ex auitis poſſeſſionib⁹. 249
Paganicã ruditatẽ deterſit Catholica Religio. 147
S. Patricius Hiberniæ Apoſtolus. 148
Puluis tormentarius à quo inuentus. 168
Prolocutoris perfidia, eiuſq; diuina punitio. 387
Prætenſorum Antiſtitum ad conſultandum in Catholicos conuocatio. 358
Prærogatiuæ Regiæ quouſq; ſe extendant. 432
Primat⁹ Regij amplitudo. 398. eiuſq; ſtatua. 540
Parlamenti tam inopinatè diſrupti cauſæ. 97
Digitized by Google

Politicorum impiæ ſuggeſtiones. 278
Primatus Anglicani monſtroſa origo, portentoſuſq; progreſſus. 195. 198. 199
Proditor Religionis, etiam Regis & Reipub. proditor euadet. 524
QVæſitores iurati incarcerati & mulctati. 48. iidem cum inſcriptione periurij frontibus affixa per plateas deducuntur. 49
Quid quæq, factio in comitijs intenderit. 116
Quatuor termini Iudiciorum quotannis in Hibernia. 324
Quales ſunt noui Coloni & quales veteres. 500
Quando & quid faciendo captus Epiſcopus. 471
Quid ſit carcer pio Catholico. 496.
Quod de Aſiaticis perhibetur illos perſequente Dario, idem Hibernis eiectitijs contingere poteſt. 261
REliquiæ & SS. Imagines Idiotarum ſcriptura ex D. Gregorio, ab hæreticis comburuntur. 56
Religio Catholica pediſſequam habet ciuilem prudentiam 164
Rediuiuæ ſeditionis ſeminariũ. 262
Regalis viſitationis Scopus. 222
Regis perſuaſio de ingenita Hibernorum ad Catholicam fidem affectione. 68
Romanorum Pontificum conſilia in tradendo Hiberniæ dominio. 132
Recta ratio corrigẽdi & emungẽdi barbariẽ. 377
Regis conſultatio de procuranda conformitate ſubditorum in negotio fidei. 2[illegible]
Reuiuiſcit vexationum proſecutio.
Digitized by Google

colarum. 500
Nouiſſimum Regis Iacobi edictum contra Catholicos. 460
Noua hæreticorum ars concutiendi ſimplices Catholicos per conferentiam cũ Miniſtris. 507
Nouis Colonis iniuncta conditio. 383. 386
Nicolai VValsh in fine vitæ reſipiſcentia. 68
Naturalis Hibernorum vigor & dexterit[as]. 66
Norvegi Hiberniam deuaſtauerunt. 152
Noxiorum pœna ad innoxios deriuata. 312
OBuelata Hibernorum carnificina. 30
Obſeruatio circa baptiſmũ paruulorũ. 337
Originarios inquilinos Angli faciunt vagos & profugos. 371
Obligatio parentibus innexa vt liberos ſuos, hęreticis tradant inſtituendos. 512
Oaſtmannorum in Hiberniam aduentus. 152
Omnia vetera monimenta Hibernica ab Anglis interuerſa & ſuppreſſa. 557. 558. 559
Ororicius Midiæ Regulus. 154
PErſecutorum impietas. 528
Proregis iniqua molimina ad deturbandos indigenas Hibernos ex auitis poſſeſſionib⁹. 249
Paganicã ruditatẽ deterſit Catholica Religio. 147
S. Patricius Hiberniæ Apoſtolus. 148
Puluis tormentarius à quo inuentus. 168
Prolocutoris perfidia, eiuſq; diuina punitio. 387
Prætenſorum Antiſtitum ad conſultandum in Catholicos conuocatio. 358
Prærogatiuæ Regiæ quouſq; ſe extendant. 432
Primat⁹ Regij amplitudo. 398. eiuſq; ſtatua. 540
Parlamenti tam inopinatè diſrupti cauſæ. 97

Digitized by Google

Politicorum impiæ ſuggeſtiones. 278
Primatus Anglicani monſtroſa origo, portentoſuſq; progreſſus. 195. 198. 199
Proditor Religionis, etiam Regis & Reipub. proditor euadet. 524
QVæſitores iurati incarcerati & mulctati. 48. iidem cum inſcriptione periurij frontibus affixa per plateas deducuntur. 49
Quid quæq, factio in comitijs intenderit. 116
Quatuor termini Iudiciorum quotannis in Hibernia. 324
Quales ſunt noui Coloni & quales veteres. 500
Quando & quid faciendo captus Epiſcopus. 471
Quid ſit carcer pio Catholico. 496.
Quod de Aſiaticis perhibetur illos perſequente Dario, idem Hibernis eiectitijs contingere poteſt. 261
REliquiæ & SS. Imagines Idiotarum ſcriptura ex D. Gregorio, ab hæreticis comburuntur. 56
Religio Catholica pediſſequam habet ciuilem prudentiam 164
Rediuiuæ ſeditionis ſeminariũ. 262
Regalis viſitationis Scopus. 222
Regis perſuaſio de ingenita Hibernorum ad Catholicam fidem affectione. 68
Romanorum Pontificum conſilia in tradendo Hiberniæ dominio. 132
Recta ratio corrigẽdi & emungẽdi barbariẽ. 377
Regis conſultatio de procuranda conformitate ſubditorum in negotio fidei. 21
Reuiuiſcit vexationum proſecutio.

Digitized by Google

colarum. 500
Nouiſſimum Regis Iacobi edictum contra Catholicos. 460
Noua hæreticorum ars concutiendi ſimplices Catholicos per conferentiam cũ Miniſtris. 507
Nouis Colonis iniuncta conditio. 383. 386
Nicolai VValsh in fine vitæ reſipiſcentia. 68
Naturalis Hibernorum vigor & dexterit[illegible] 66
Norvegi Hiberniam deuaſtauerunt. 152
Noxiorum pœna ad innoxios deriuata. 312
OBuelata Hibernorum carnificina. 30
Obſeruatio circa baptiſmũ paruulorũ. 337
Originarios inquilinos Angli faciunt vagos & profugos. 371
Obligatio parentibus innexa vt liberos ſuos, hęreticis tradant inſtituendos. 512
Oaſtmannorum in Hiberniam aduentus. 152
Omnia vetera monimenta Hibernica ab Anglis interuerſa & ſuppreſſa. 557. 558. 559
Ororicius Midiæ Regulus. 154
PErſecutorum impietas. 528
Proregis iniqua molimina ad deturbandos indigenas Hibernos ex auitis poſſeſſionibꝰ. 249
Paganicã ruditatẽ deterſit Catholica Religio. 147
S. Patricius Hiberniæ Apoſtolus. 148
Puluis tormentarius à quo inuentus. 168
Prolocutoris perfidia, eiuſq; diuina punitio. 387
Prætenſorum Antiſtitum ad conſultandum in Catholicos conuocatio. 358
Prærogatiuæ Regiæ quouſq; ſe extendant. 432
Primatꝰ Regij amplitudo. 398. eiuſq; ſtatua. 540
Parlamenti tam inopinatè diſrupti cauſæ. 97
Digitized by Google

Politicorum impiæ ſuggeſtiones. 278
Primatus Anglicani monſtroſa origo, portentoſuſq; progreſſus. 195. 198. 199
Proditor Religionis, etiam Regis & Reipub. proditor euadet. 524
QVæſitores iurati incarcerati & mulctati. 48. iidem cum inſcriptione periurij frontibus affixa per plateas deducuntur. 49
Quid quæq, factio in comitijs intenderit. 116
Quatuor termini Iudiciorum quotannis in Hibernia. 324
Quales ſunt noui Coloni & quales veteres. 500
Quando & quid faciendo captus Epiſcopus. 471
Quid ſit carcer pio Catholico. 496.
Quod de Aſiaticis perhibetur illos perſequente Dario, idem Hibernis eiectitijs contingere poteſt. 261
REliquiæ & SS. Imagines Idiotarum ſcriptura ex D. Gregorio, ab hæreticis comburuntur. 56
Religio Catholica pediſſequam habet ciuilem prudentiam 164
Rediuiuæ ſeditionis ſeminariũ. 262
Regalis viſitationis Scopus. 222
Regis perſuaſio de ingenita Hibernorum ad Catholicam fidem affectione. 68
Romanorum Pontificum conſilia in tradendo Hiberniæ dominio. 132
Recta ratio corrigẽdi & emungẽdi barbariẽ. 377
Regis conſultatio de procuranda conformitate ſubditorum in negotio fidei. 2r
Reuiuiſcit vexationum proſecutio.
Digitized by Google

Regis Iacobi de ſcriptura Anglicana & Geneuenſi cenſura. 199
Rex Brittanniæ abſolutus Monarcha à ſuis decantatur. 541
Religio Hibernis inſtar omnium. 39
SAcerdotum cenſuræ plus ineſt virium Iudicum ſententijs. 160
Suſannæ anguſtijs Catholicorum afflictio aſſimilatur. 174
Silueſtri prophetica viſio. 187
Subtilis titulorum indago & indigenarum explantatio. 241. 242.
Sin-Ioannis inuehitur in Catholicos. 350
Satellites & lictores emiſſi cōtra Catholicos. 356
Supplicatio quorundam Hibernorum Antiſtitū ad Regem Hiſpaniarum. 440
Suggeſtiones politicæ Ciceſtrij Proregis. 361 364. 365.
Scoti ex Hibernia oriundi. 219
Scriptores Hibernici. 567.
THomę Butleri Ormonię Comitis reſipiſcentia. 70
Theodoſij Iunioris ad Conſtantinopolitanū populum exhortatio. 106
Taloenſium Coloniorum infamia. 215
Titulus Catholici in crimen vocatur. 293
Theodoricus Rex arrianus Catholicis publicum exercitium permiſit. 457
VErba Regis in Camera ſtellata. 351
Verba Proregis. 356
Varia & repugnantia molimina. 385

Digitized by Google

Viſio Eliæ per quatuor articulos Hiberniæ ſtatui accommodatur. 445
Varij caſus quibus diuitiæ pereunt. 498. 499
Vicecomites Dublinienſes in carcerem detruſi fidei cauſâ. 487
Viduæ Siculæ pro Dioniſio vota. 117
Vſſerij nouatoris iniquum conſilium. 84
Vniuerſitates Hiberniæ antiquitus. 138
Vrbanitatis in Europæ partes vnde deducta communicatio. 162. 163.
Varij prætextus in alienas poſſeſſiones irrependi. 244
Violenta & inaudita templorum reparatio. 225
Vitrea & friuola Anglorum obiectio aduerſus Hibernos Catholicos reijcitur. 545
Veteres indigenæ vim paſſi. 101

ERRATA.

PAgina 47. linea 6. prouinciarium, lege prouinciarum. p. 55. lin. 1. iniuriam, leg. iniuriarum. p. 67. lin. 25. diutila, leg. diutula. p. 98. lin. 8. randuſcula, leg. rauduſcula. p. 99. lin. 28. verebantur, leg. verebamur. p. 101. lin. 16. ad-tu. leg. aditu. p. 102. lin. 27. nexus Gordius, leg. nexura Gordium. p. 108. lin. 10. orabat, leg. orabant. p. 112. lin. 15. tricynias, leg. trycimias. p. 118. lin. 18 falces, leg. faſces. p. 151. lin. 17. ſint, leg. ſunt. p. 162. lin. 6. quas nunc obtinet, leg. quæ nunc obtinent. p. 189. lin. 18. proquiſiti, leg. perquiſiti p. 193. lin. 16. Nulta, leg. Multa. p. 194. lin. 17. dilationem, leg. delationem. p. 204. lin. 20. in ſinu, leg. in ſinum. Ibidem, obſorbere, leg. abſorbere. p. 206. lin. 15. incendit, leg. incedit. p. 209. lin. 11. tranſlati, leg. tranſacti. p. 220. lin. 21. obſtrudere, leg. obtrudere.

Digitized by Google

Ibidem, lin. 21. noſtrum. leg. noſtrorum. p. 222. lin. 1. occultos, leg. occultò. Ibidem, lin. 24. Anognoſtis, leg Anagnoſtis. p. 226. lin. 5. niſi, leg. ſi. p. 229. lin. 19. ſolcaribus, leg. ſotelaribus. p. 244. lin. 13. cuitiis. leg. cuius. p. 264. lin. 17. diſpongeret, leg. diſpungeret. p. 266. lin. 16 bene eſſe, leg. bene eſt. p. 28,. lin. 3. approbrātibus. leg. approbantibus. p. 297. lin. 1. tantum, leg. taurum. Ibidem, lin. 18. illaiſe, leg. illa ſe. p. 314. lin. 10. deguſtetis, l. deguſtatis. Ibidem, lin. 15. fouet. leg. fouit. p. 360. lin. 1. exactorationi, leg. exactorationibus. p. 375. ſacit, leg. facit. p. 402. lin. 18. Regniæ. leg. Reginæ. Ibidem, lin. 22. Regniæ, leg. Reginæ. p. 430. lin. 14. ſit alis, leg. ſi talis. p. 425. lin. 12. aliaqua, leg. aliqua. p. 403. lin. 3 damnitſimos, leg. damnociſſimos. p. 443. lin. 28. obdormiſcerit, leg. obdormiſceret. p. 452. lin. 4. il-o, leg. illo. p. 469. lin. 28. oble-mentis, leg. oblectamentis. p. 456. lin. 15 effediendum, leg. effodiendum. p. 347. lin. 2. tangit' leg. tangitur. p. 479. lin. 19. Catholcus, leg. Catholicus.

Digitized by Google

Digitized by Google